
MANUALE
SIVE
LEXICON
PHARMACEUTICO
CHŸMICUM.
FRANCOFURTI
Sumptibus FRIDERICI KNOCHŸ.

DAVIDIS de SPINA,
FRANCOF. MED. DOCT. ET
ACADEM. ELECT. HEIDELBERG.
PROFESS. EXTRAORD.

MANUALE
SIVE
LEXICON
PHARMACEUTICO-
CHYMICUM,

INSTAR COMPENDII MEDICIS PRActicis & Pharmacopœis maximè commodum, continens medicamenta composita Polychresta tum usualia tum minus usualia, ex Notissimis Pharmacopœis & Celeberr. AuthoribusPracticis desumta, & partim ex Corpore Pharmaceut. Domini Physici JÜNGKEN huc translata.

Editio completa, cum Indice Locupletissimo.

Cum
Gratia & Privilegio Sac. Cæs. Maj.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
Sumtibus *FRIDERICI KNOCHII*
ANNO 1700.

PRÆFATIO
AUTHORIS AD LECTOREM.

QUamvis in animum nunquam induxerim nomẽ meum nũmero Authorum aſſociare, neſcio tamen, quo Fato factum ſit, ut, dum in proprium uſum Theſaurum aliquem *P*harmaceuticum ex Proavorum Manuſcriptis aliisque *P*racticis componerem, Bibliopola ad me pervenit, rogitans, ut in bonum publicum Manuale aliquod ſive Lexicon Pharmaceuticum Medicis & Pharmacopœis utiliſſimum conficiam; cui ipſius petito, an à me ſatisfieri debeat, diu anceps hæſi, tandem tamen Bibliopolæ gratificaturus, potiſſimùm verò ad Reipublicæ litterariæ medicæ incrementum promoven-

dum manum operi præterito hyeme admovi, in eum videlicet finem, ut Respublica nostra medica Dispensatorium aliquod acquirat completissimum in compendium redactum, quod re ipsa nihil aliud est quàm Extractum omnium Pharmacopœarum & Experientissimorum praxique clarissimorum Medicorum, in specie composita continet Avi mei, quondam in Academ. Heidelb. Med. Profess. ordin. aliquot Elect. & Princip. Archiatri, tandemque civitatis Francofurt. Physici & Practici Primarii, cujus medicamina Polychresta selectiora hactenus occultata in lucem nunc simul prodere hac occasione volui.

Conflatum etenim est Lexicon hoc Pharmaceutico-chymicum ex copiosissimis compositis tam usualibus quam aliis ex Authoribus Practicis præstantissimis petitis, nec non ex corpore Pharmaceutico Domini Physici Jüngken ante paucos annos in lucem edito desumtis, bre-

breviter extractis & huc quaſi tranſplantatis, opus revera orbi litterario medico omnibusq; medicinæ Studioſis perquàm utile, medicis Practicis verò Pharmacopœis & chirurgis ſummè neceſſarium, in quorum omnium gratiam ad eorum commoditatem maximam in itineribus opus hoc concinnatum proſtat; quin imo compendium hoc Pharmaceuticum, in quo cuncta compoſita uſualia & alia Practicorum optima medicamina continentur, vade meum aliquod eſt, quod Practicis ubique ad manus eſſe poteſt, etiam extra muſéa ſua exiſtentibus; nam quod militi arma & varia inſtrumenta bellica præſtant, hoc medico *P*ractico manuale hoc efficere poteſt, ex quo tanquam *P*romptuario & Armamentario completo pro neceſſitate, varia quæ lubet depromere poteſt *P*harmaca ad morbos debellandos quam maxime neceſſaria:

Medico *P*ractico itaque & *P*harma-

 co-

copœo, Manuale hocce ad manus habē-ti, non opus est, ut jam tot aliàs celeberrima evolvat Dispensatoria vel Pharmacopœas, quales sunt *Augustana, Norimbergensis, Londinensis Amstelodamensis, Brandenburgensis, Bruxellensis, Ultrajectina, Hagiensis, Persica & Bateana,* neque tot opera Practica Authorum cæteroquin Experientissimorum consulat, ex quibus tamen omnibus optima quæque fideliter excerpta sunt medicamina ad omnes casus & morbos, qui contingere possunt, utilissima; non enim reperiuntur hic medicamenta obscuri alicujus medicastri, non ex circumforaneorum vel agyrtarum aliorumque impostorum temeraria & vagabunda praxi, vel vetularum quarundam ineptis observatiunculis petita sunt, γὰρ ὒ τὰ φάρμακα τῆς φύσεος δηλητήρια, μὴ τὰ φάρμακα τῶν νόσων ἰατρικὰ, quoniam non hic sunt venena natu-

naturæ ſummè nociva ejusque œconomiam animalem deſtruentia, ſed morborum curativa illosq; radicitus exſtirpantia remedia, cum inutilis non ſit facta corraſio compoſitorum quorundam periculoſorum & incertorum, ſed ſelectiſſimorum ſolummodo, & multiplici experientia comprobatorum medicaminum, ex optimis, qui unquam vixerunt & adhuc vivunt, Expertiſſimis, *Practicis* deſumtorum, quales ſunt *Avicenna, Brunnerus, Bontekoe, Crollius, Cloſſæus, Craan, Charas, Dorncrellius, Deckerus, Dolæus, Eiſenmengerus, Ettmüllerus, Fiſcherus, Francus, Fauſtus, Helmontius, Hoffmannus, Horſtius, Hartmannus, Jüngken, Langius, Lemery, Ludovici, Mœbius, Maets, Marggravius, Mindererus, Michaelis, le Mort, Minſichtus, Poterius, Platerus, Quercetanus, Rulandus, Riverius, Rolfincus, Regius, Renodæus, Sennertus, Schrœderus, P. de Spina, Sylvius, Schæfferus, Timæus, Williſius, Wedelius,*

 Wei-

Weickardus, *Würtzius*, *Waldschmid*, *Zvvelfferus* aliique, qui quot sunt viri Doctissimi, tot sunt oracula medica.

Medico autē *Practico* tali sic instructo Armamentario *Pharmaceutico* ex dictis Authorib. Excellentiss. confecto, non expavescendi & pertimescendi sunt morbi nonnunquam sævissimi, nec non vulnera & ulcera facillime lethalia, sed ille potius è contrario etiam horrendis venereis contagiosis & pestilentialibus resistere potest affectibus, nec ipsis pernitiosissimis venenis exceptis, citissime sæpe vitæ filum abrumpentibus: Notandum tamen hic est, MANUALE hoc non propterea confectum esse, ut jam ipso Corpore Pharmaceutico chymico Domini *Physici* Jüngkeri, (ex quo partim composita in hoc manuali contenta translata sunt,) non indigeamus, sed sciendum, manuale hoc sine dicto corpore esse non posse, sed ipsum velut umbra corpus necessa-

riò

riò ſequi debere; in Corpore enim Domini Jüngken, quod bene obſervandum, prolixiùs de modo compoſitionis, doſi & uſu remediorum agitur, quin etiam interdum accedunt annotationes, non ſine utiliſſima ipſius compoſiti cenſura; hinc in fine medicaminum illorum, quæ in corpore *P*harmaceutico continentur ſemper pagina ſeu locus, ubi in Corpore inveniri poſſint, videre licet, ubi littera a partem vel ſectionem priorem, b poſteriorem denotat.

Accipe itaque, Lector Erudite, præſens hoc utiliſſimum Manuale Lexicon, tale videlicet quod ex meris compoſitis *P*olychreſtis, Laudanis, *P*rophylacticis, Alexiteriis, Theriacalibus, Bezoardicis & Alexipharmacis, id eſt, medicamentis multarum & laudabilium virium, quin imò virtutibus venenis efficaciter contrariis præditis confectum eſt, & ſi benignius te favere deprehendã, à me ſemper alia in Reipublicæ litterariæ medicæ in-

crementum in lucem producenda opera ulterius expectare poteris. Hiſce te Divinæ commendo tutelæ, me autem tuo favori. Faxit Deus, ut omnia cedant in Nominis ſui Gloriam, tuum, Lector Pharmaceutice, emolumentum, & Proximi ſanitatem!

Vale.

LEXICON PHARMACEUTICO-MEDICUM.

A.

ACETUM AGRESTINUM SOLUTIVUM, *Closs. ex Schr.*

Recip.

S*Ucci agrestæ sive emphacii depurat.* ℥ij.
Fol. sen. or. ʒij. *sem. anis.* contus. ℈j.
Rad. mechoac. in taleol. dissect. non autem pulverisatæ, ʒß. *garyophyll. integr.* n. ij.
Macerentur in lagena loco frigido & de isto aceto agrestino permisce cochl. ij. aut iij. in jusculis condimenti loco, in quibus prius dissoluta sit ʒß. cremor. Tart. Adultis detur dosis superior integra.

Hujus remedii assiduo usu hemitritæum & morbos chronicos, quamvis longâ patientiâ edomari, probatum est. *Vide corpus pharmaceutico-chymico medicum Jungken pag. 33. a.*

Acetum Alexicatum seu destillatum alexic. *Francofurtense ex Sch.*

℞. *Rad. Tormentill. Zedoar. Bistort.* ana ℥ß.
Angelic. Imperator. Hirundinar. ana ℥iß.
Pimpinell. Dictam. alb. Aristoloch. rot. veræ ana ℥ij.

Herb. Card. bened. Galeg. Scord. ana Miß. *Sed. Maj. Endiv.* ana Mij.
Fl. Calendul. Miiß. *Rosar. rub. Nymph. Borrag. Tanic. Sambuc.* ana Mij.
Poma citria recentia minimèque putrida. N. viij.

Incisis incidendis, ac contusis contundendis affunde ✝ acerr. ℔ X. stent in confusione donec probè impraegnatum extet acetum, quod usui asservetur, vel & destillando per alembicum evehatur. *Vid. corp. ph. p. 33. a.*

Acetum Antimonii.

℞. *Mineram antim.* tere ac elice ✝ per retort. prolectum funde super mineram novam, digere ♂ (2. 3.) dehinc destilla iterum per retortam idque repete, donec quantitatem cupitam acquisiveris.

Cum tamen labor hic admodum sit taediosus, dum parum aceti fundit, hinc alia methodo major hujus aceti acquiritur copia nimirum:

℞. *Mineram ♁ laevigat.* affunde ▽ *pluvial. destillat.* ad eminent. digit. aliquot, digere vase H. cl. in fimo equino, donec incipiant fermentari, ac spumam ejicere; Dein abstrahe ▽m, augendo ▽m in fine, redde capiti suo mortuo, & reaffusa ▽ quae abstracta erit, fiat cohobatio toties reiterando, donec prodeat liquor acidus instar ✝ti.

Vires. Inservit tincturae antimonii extrahendae, refrigerat efficaciter sanguinem, in febri praecipuè maligna & Ungarica, si cum Lap. Prunellae & ▽ destillata conveniente misceatur: curat inflammationem à pulvere nitrario ortam cum saccharo ♄i.

N. 1. ✝ hoc ♁ii melius evadet, si pulverisatae novae minerae ♁ii id affuderis ad emin. dig. 3. circula-

verts.

verisque (♂12.) sic tingetur rubro colore magisque acescet; tum effunde & abstrahe per MB sic ✠ ♁il exibit clarum & rubedinem post se relinquet in fundo.

N. 2. Acuari potest hoc ✠ suomet sale, nimirum.

Recip. ✠ *Antimonii* ℥iv. *Sal. Antimonii* ℥j. solve ac destilla per ✠c.

Dici poterit acet. destillat. Antimonii alcalisatum, sive radicatum.

N. Felicius forsan processeris, si sal ♁ in ✠ solvetis atque ex argilla & solutione hac massam, & exinde globulos formaveris eosque per retortam, ut ⌒ Sal Com. solet, destillaveris.

ALIUD.

Acetum ♁ii in majori copia obtinebis, si super cratem ferream mineram ♁ii frustulatim impones, superstructo aludele cum pluribus ollis perviis & alembico, subministrando carbones in aliâ areâ focaria accensos, ne acetum à carbonum vaporibus inquinetur. *Vid. corp. ph. p. 38. a.*

Acetum Aromaticum odoratum.

Mynsichti.

℞. *Rad. irrid. flor* ℥iß *fl. lavend. ros. r. tunic.* ana ℥j. *caryoph. cinam. acut.* ana ℥ß. *nuc. m. macis galang. min. zedo.* ana ʒiij. *cort. aurant. citri* ana ʒj. *styr. cal. myrrh. rub. benz.* ana ʒiß. *fol. rorism. rut. majoran. salv.* ana ʒj. *gall. mosch. ver. lign. al. sant. citr. spic. ind.* ana ʒß. *aceti vini viol. q. s. m. & acetum tinctum & bene impraegn. usui servetur.*

Cum intincto panno lineo naribus odoris ergo recipiendi admotum cerebrum confortat sensus excitat, spiritus recreat, animique defectione vires quasi emortuas copiose restaurat caeterisque cordis affectus opem unice praestat, *Vid. corp. ph. p. 34. a.*

Acetum Bezoardicum *Sylvii.*

℞. *Rad. petas* ℥ij. *angel. Zedoar.* ana. ℥j. *Fol. rut. hort.* ℥iv. *melliss. scab. calend.* ana ℥ij. *nuc. jugl. immatur. concis* ℔ij. *Pom. citri rec. concis.* ℔j.

Contund. prius radices deinde cum reliquis omnibus in aceti destillati ℔xij. macer. per n postea lento igne cinerum ad specierum fere siccitatem destillentur prolectumque acetum asservetur.

Usurpatur contra pestem & affectus epidemicos ad sudores proliciendos. *Vid. corp. ph. p.* 31. *a.*

Acetum Bezoardicum *Timæi.*

℞. *Confect. orviet.* ℥ij. *Diasc. Frac.* ℥iß. *Ther. Androm.* ℥j. *Rad. angel. contray. enul. pimp. torm. scorz. dict. alb. petasit. ana.* ℥vi. *Fol. scord. rut. millefol.* an. mj. *Flor. calend. tun.* ana. mß. *cord. frax. citri* ana. ℥ß. *Bacc. jun.* ℥iiß. *maceris zedoar.* ana ℥iij. *camph.* ℈ij. *croc.* ʒj. *myrrh. el.* ℥ß. *aceti ex succo rubi idæi q. s. m. & stent in inf. in loc. cal. donec acetum probè sit impregnatum tum colat. usui asservetur. A Timæo laudatur in Peste cum pauxillo scordii vel ther. Vid. corp. ph. p.* 32. *a.*

Acetum Bezoardicum minus de Spina.

℞. *Rad. angel. dict. alb. succisæ arist. rot. gent. pimp.* ana. ℥iij. *turb. el.* ʒij. *cort. citr. rec.* ʒiij. *Fol. scord. cardb. salv. rut. fl. calend. bacc. jun.* ana mß. *camph.* ʒß. *croc. integr.* ℈j *Acet. fort. q. s. m. dig. & F. acet. bez.*

Acetum Bezoardicum *Minsichti.*

℞. *Rad. Scorzon. angel. dict. alb.* ana. ℥j. *torm. Zedoar. enul. camp.* ana. ℥ß. *camph.* ʒiß, *pulv. & mixtis aff. sp. vin. à confect. bezoard. n. solar. residui & aceti vini*

samb.

samb. dest. ana. *ad 6. dig superemin. Et in vitro opt. clauso, donec perfectè tingantur, postea filtr. & ad usum reserv.*

Vires. Acetum hoc opitulatur Pesti & prodest à venenato animali ictis vel demorsis, valet etiam contra venena hausta, præservandi gratia, dosis est cochl. ß. mane, curandi v. ab ℥ß ad ℥j. *Vid. corp. ph. p. 35. a.*

Acetum Bezoardicum sive Theriacale *Norimbergensium.*

℞. *Radicum Chelidon. maj.* ℥iß. *Angelicæ, Imperatoriæ, Plantag. majoris seu latifol.* ℥iß. *Gentianæ Bistortæ, Valerianæ maj. Pimpinellæ, Dictamni albi, Carlinæ Zedoariæ,* ana. ʒj. *Fol. dictamni Cretici, Salviæ, Scabiosæ, Scordii, C. benedicti* ana. mß. *Cortic & semin. Citri* ana. ʒj. *Corn. Cervi* ʒiß. *Boli Armen. Croci* an. ʒij.

Ex his Crocus C. C. Dictamnus albus, & Bolus armena, in linteo ligentur, & macerentur in aceti acerrimi libris V. per diem & noctem, deinde digerantur in Balneo per triduum, in colatura verò dissolvantur *Theriacæ optimæ* ʒxj. & serventur. *Vid. corp. ph. p. 32. a.*

Acetum Bezoardicum sive Theriacale *Londinensium.*

℞. *Magma quod ab aqua Theriacali remansit*, post destillationem, huic adde: *Florum Garyophyllor.* ℥ij. *Lavendulæ* ℥iß.

Affundatur his *aceti rosacei & sambuccini* aa. ℔iiij. Fiatque sine ebullitione digestio in fimo per octiduum, mox per manicam Hippocrat. colatura. *Vid. corp. ph. p. 33. a.*

Acetum Bezoardicum ſive Antipeſtilentiale *Zvvelfferi.*

℞. *Radicum Angelicæ, Leviſtici* ana ℥iij. *Herb. recent. meliſſ. Rutæ hortenſ. Scordii noſtr.* ana ℥iiij. *Roſarum recent.* ℥iij. *Granor. juniper.* ℥iiij. *Cortic. citri rec. extim.* ℥iß.

Hæc inciſa & contuſa immergantur in aceti vini boni ℔.xij.

Facta aliquali digeſtione abſtrahatur acetum deſtillando in alembico vitreo, ad ſiccitatem. Aceto huic abſtracto denuò immitte:

Radicum Angelicæ, contrajervæ, Enulæ recent. Morſus Diaboli. Zedoar. ana ℥iß. *Herb. recent. Rutæ Scordii noſtr.* ana ℥ij. *Crocior. opt.* ʒij. *Cortic. citri rec. extim.* ℥iß. *Granorum juniperi, Myrrhæ rubræ* ana ℥j.

Stent in infuſione loco calido, vitro bene clauſo per ſeptimanam poſtea colentur atq; filtrentur, filtrato aceto adde, dum in uſum venire debet, pro qualibet libra.

Mellis citrati n. m. parati ℥ij. vel iij.

Efficax eſt in peſte & febribus malignis, cùm pro præſervatione, ante egreſſum matutinis horis, unum aut duo cochlearia ſumendo, dum curativè potiunculis ſudoriferis immiſcendo à ʒij. ad ℥ß. *Vid. corp. ph. p. 32. 6.*

Acetum Bezoardicum F. F. *Cl. Dn. D. de Spina ex Schrœd.*

℞. *Rad. enul. camp.* ℥ij. *Angelic. Oſtrut. Valerian. Vincetoxic. Chelidon. Pimpinellæ.* ana ʒvj. *Gentian. Diptamn. alb Ariſtoloch. rot. Tormentill. Scabioſ. Succiſ. Petaſit. Zedoar.* ana ℥iß. Bacc. jun. Miiij. Myrrh. elect.

elect. ℥ß. Fol. Rut. Chelidon. maj. Scord. Chamædr. Card. ben. ana Mij.

Incidantur & contundantur ut est moris, dein affunde: *Aceti vini acerr.* ℔. viij. *Spir. vini* ℔. iij. *Theriac. Androm.* ℥ij. *Spir. Tartari*, ℥ß. *Camphor.* ʒij.

Digerantur per dies aliquot (14) dein exprimantur filtrenturque per chartam. *Vid. corp. ph. p.* 34. *a.*

Acetum Confortans S. Closs. Pulß-Essig/ *ex Schrœd.*

℞. *Fol. Rut.* Miij. *Fumar.* Mj. *Baccar. juniper.* ℥ij. *Caryophyll. Macis, Nucis Mosch. Testicul. Castor.* ana ℥ß. *Contusis affunde* acetum rof. ℔. iij.

Insola per aliquot dies, vel macera retrò fornacem.

VIRES. Gravidis, Puerperis, & ab utero syncopizantibus prodest, odorando, tempora fricando, & pulsui utrique ex linteis eo madentibus alligando. In febribus malignis commodè additur Camph. ʒj. *Vid. corp. ph. p.* 35. *a.*

Acetum Diaphoreticum *Minsichti.*

℞. *Rad. salsap. chinæ* ana ℥j. *lign. sassafr.* ʒvj. *fl. samb.* ℥ß. *cass. lign.* ʒij. *incis. & contus. inf. in acet. vin. acerr. q. s. & macera tamdiu, donec rubini instar. ting. filtr. & F. Acetum cephalicum in lue venerea & temp. pestis usurp. Dosis à cochl. j. ad* ij.

Acetum Hystericum *Minsichti.*

℞. *Herb. rut. rec. exsic. gran. chamæact.* ana ℥j. *gum. Sagapen. galb.* ana ℥ß. *rad. peuced. cast. vet.* ana ʒij. *callor. equar. ass. fæt.* ana ʒj.

Inf. in aceti vini acerr. q. s. & f. dig. in B. M. p. 5. aut 6. d. donec acetum perfectam acquirat tincturam, dein filtra & ad usum reserva.

Prodest in suffocatione uteri, vertigine & Lethargo, externe & interne sumptum; dosis cochl. ß. ad j. *Vid. corp. ph. p.35. a.*

Acetum Mellis vel Sacchari *Collect. Leidens.*

℞. *Mellis vel Sacchari* ℔. iiij. *aquæ comm.* ℔. XL.

Coquantur simul ad quartæ partis exhalationem, dein ubi refrigeratum fuerit, decoctum adde fermenti acidi panis, q. s. vel ad quantitatem ovi aut circiter, fermentetur simul in sole, aut loco calido, ubi fermentatio cessat, infunde liquorem super sequentem mixturam.

℞. *Caulium uvarum* sive recentium sive siccatorum ℔ iiij. *fermenti acidi panis* ℔ ß. *Rad. Pyrethri* vel *Zingib.* vel *piperis longi* ℥j.

Includatur fermentum unà cum hisce pulverisatis, & sub caulibus abscondatur. In promptu adsint duo talia vasa, hac mixtura repleta; Hisce in uno vase superfunde liquorem. Macerentur simul per horas xxiiij. Dein effundatur liquor in aliud vas speciebus hisce repletum, & post xxiiij. horas materia illa in præcedente vase incalescet; cui denuò superfunde liquorem, hoc tam diu repetendo, donec acidissimus fuerit liquor, *vid. corp. ph. p.28. a.*

Acetum Mithridat. *Mins.*

℞. *Mithrid. Damoc. Terræ Sigill. Rad. Tormentillæ. Enulæ camp. Angelicæ.* ℥vj. *Corn. Cervi. s. igne calc. Pulv. serpentum. Myrrhæ rub.* ana. ℥j. ſ. *sem. citri excort. Acetosæ Bacc. juniperi* an. ʒiij. *Flor. Calendulæ, Tunicæ* an. ʒij. *Croci orient. Caryophyllor. Camphoræ.* an. ʒj. *Aceti vini rosat.* q. s.

Misce & acetum optimè coloratum ad usum repone. *Vid. corp. ph. p.36. a.*

Ace-

Acetum Myrrhatum *Minſ.*

℞. *Myrrhæ rub.* ℥j. *Rad. Gentianæ* ℥ſ. *Herb. Card. benedict. Rutæ. Abſinthii. Scabioſæ. Veronicæ. Scordii* an. ℥ij. *Croci orientalis. Caſſiæ ligneæ. Caſtorei.* ana ʒj.

Macerentur in aceti vini caryophyllati ſ. q per octiduum; poſtea filtrentur, & acetum clarum ad uſum ſervetur.

Acetum Prophylacticum *Cl. Dn. D. Arnoldi VVeikardi ex Schrœd.*

℞. *Rad. Angelic. Zedoar. Leviſtic. Pimpinell. Gentianæ Rut.* ana Mj. *Turbith el.* ʒij. *Cort. citr. recent.* ℥iij. *Baccar. Juniper.* bene matur. ℥iß. *Laur.* ℥j.

Inciſa & contuſa, ut moris, maceretur cum aceto acerr. Menſ. ij. poſtea deſtilletur per alembicum vitreum. Servetur pro uſu. *Vid. corp. ph. p. 37. a.*

Acetum Rhizoticum *Minſ.*

℞. *Rad. Tormentillæ. Serpentar. Pimpinellæ. Angelicæ. Valerianæ. Imperator. Succiſæ. Dictamn. alb. Enulæ camp. Vincetoxic. Zedoariæ. Petaſit.*

Infundantur in aceti vini ſalviati, ſ. q. & poſt debitam digeſtionem, acetum filtratum ad uſum reponatur. *Vid. corp. ph. p. 37. a.*

Acetum roſaceum *Zvvelfferi.*

℞. *Roſar. recent. Damaſcen pallid. & contuſ.* ℔ij. Immergantur in *aceti vini boni* ℔viij. Factaque digeſtione brevi deſtilletur, ſive abſtrahatur acetum per cucurbitam, vel alembicum vitreum, ad ſiccitatem ferè roſarum. Deſtillato aceto denuò injiciantur *roſarum recent. rubr.* ℥iiij. tempore hyberno.

Stent in infuſione diebus aliquot, poſtea colentur & filtrentur, uſuique reponantur.

Juxta hunc modum Zvvelfferus omnium herbarum & florum aceta conficere docet.

Ultrajectini in sua Pharmacopœa loco recent. *Flor. siccatos recipiunt*, & eum s. q. *aceti vini acerr.* æstivis caloribus in vase vitreo soli exponunt, per mensem & ultra, tunc verò reponunt colatum acetum. *Vid. corp. ph. p. 37. a.*

Acetum Rosaceum Pharmacopœæ *Londinensis.*

℞. *Rosarum rubr.* medio maturitatis sereno cœlo collectarum, exungulatarum & in umbra per triduum aut quatriduum, ut exsiccentur, expansarum ℔j. *Aceti* sextarios octo; Insolentur diebus quadraginta, deinde coletur acetum, repetaturque infusio cum rosis recentibus. *Vid. corp. ph. p. 40. a.*

Acetum Rosaceum *juxta Charas.*

℞. *Rosæ rubræ, nondum explicatæ provinciales dictæ,* quarum pars candicans, calici proxima, forfice resecanda, unguis rosarum dicta. Pars rubra soli exposita, si licet, aut saltem sub dio, quàm cito fieri poterit. Accipe rosarum tali modo exsiccatarum ℔j. conjiciantur in lagenam densam vitream, ac illis affunde aceti optimi ℔viij. post ritè obturatâ lagena insoletur per 14. dies aut tres hebdomadas demum, omnia colentur & fortiter exprimantur. Colato si aceto rursus immittatur novarum rosarum ℔j dehinc reiteretur insolatio, postea colatio & expressio, ut ab initio, sicque reservetur ad usum. Si cui lubet, poterit ultimo rosas in aceto relinquere, & usus tempore saltem quantum lubet aceti tincti decantare.

Ace-

Acetum rutaceum *F. F. ex Sch.*

℞. *Fol. Rut. Scord. Card. bened. Tanacet.* an. Mj. *Bacc. juniper. rad. Angelic. ana* ℥ij. *Zedoar. Cort. citr.* ana ℥ß.

Incidantur minutim, ac infundantur in ✝ opt. ℔. VI. Viribus convenit cum prioribus acetis Bezoardicis. *Vid. corp. ph. p. 37. a.*

Acetum Theriacale *Minsichti.*

℞. *Ther. Androm.* ℥j. *corn. alcis spagyr. calc. Bacc. jun. sem. cardb.* an. ℥ß. *Fol. verben. scord. rut.* an. ʒij. *Myrrh. rub. cort. citri* an. ʒiß. *Rad. torm. angel. Zedoar. petasit.* ana ʒj. *camph. lign. al. macis acet. vin. calendulati q. s. m. donec optime tingatur, postea separabis acetum tinctum & ad usum reservabis. Vid. corp. ph. p. 38. a.*

Acetum Thoriacale *P. A. V.*

℞. *Rad. chelid. maj.* ℥iß. *angel. ostrut. gent. bist. valerian. pimp. dict. albi Carlinæ zedoar.* ana ʒj. *plant. maj.* ʒiß. *Fol. scord. cardb. dict. cret.* ana Pij. *cort. & sem. citri* an. ʒiß. *gran. jun.* ʒij *nucl. nuc. jugl.* ℥ij.

Inf. omnia in acet. rut. ℔iv. ſt. in vitro bene clauſo prodeſt in morbis venenat. peſte. *Vid. corp. ph. p. 38. a.*

Acetum Vini quomodo conficiendum.

Qui in copia hoc conficiunt, hac methodo procedunt.

Sumunt dolium pro lubitu parvum aut magnum, probe ligatum, ut diu duret; huic infundunt Spiritus vini portionem ac hinc inde probè agitando, id humectant, tunc verò, quod reliquum eſt à Spiritu vini effluere ſinunt, ac dolium ut ſiccetur rurſus reponunt: inſequente poſt die immittunt dolio, quod 80. menſu-

ras continet, welches ein Ohm hält/ octo mensuras acetibo, cui in nodulo inest, *Piper Hispanicum*, *Zingiber*, *Grana Paradisi*, *Caryophylli*, *radices pyrethri*, & *fermentum* ad partes æquales; ac his superaffundunt vini calefacti totidem mensuras octo, post tres verò dies rursus infundunt octo mensuras vini calidi, ac ita alternatim procedunt ad repletionem usque dolii, quod interea semper in loco calido retineri debet, immittendo verò vinum calidum semper probè omnia commovendo miscentur ab initio.

Quando jam ad perfectionem deventum est, ac quid depromitur, tam subito illa pars resarcitur dimidia parte vini calidi addita, quod reliquum est & restat resarciri, altero die post infunditur, ac sic perpetuam nanciscuntur aceti mineram aceti confectores.

Præterea egregium fermentum acidum ita conficere docet *Le Mort*.

℞. *Fermenti panis acidi* ℔ij. *Fecum vini* quantum possibile *recentium* ℔iij. *Aceti acerrimi* è vino generoso ℔. *j*. *Piperis Brasiliensis* ℥j. *Longi*, *Zingiberis*, *Pyrethri* ana ʒvj

Misceantur exactè, & stent per tempus, sic fermentum hoc fit validius, & si huic massæ adhuc addideris sacchari vulgaris ℔. iv. producet excellentissimum acidum.

De hoc fermento admiscetur debita dosis liquori ad acescendum destinato, tum verò per tres dies singulis horis materia optimè commoveatur, donec ad motum intestinum redigantur, & inde emerget acetum fortissimum brevi temporis spatio. *Vid. corp. ph. p.29. a.*

Acetum Zedoardicum *Minsichti.*

℞. *Rad. Zedoariæ*, *Angelicæ*, *Tormentillæ*, *Scorzoneræ*, ana

ana ℥s. *Bacc. lauri excort. Juniperi* an. ʒiij. *Flor. Calendulæ. Lavendulæ, rosar. rub.* an. ʒij. *Myrrhæ rub. Lig. Aloes, Macis,* ana ʒis, *Caryophyllor. Nuc. Moschat.* ana ʒj.

Infundatur in *aceti vini Sambuc.* s. q. donec perfectè colorentur, postea acetum coletur & reponatur. *Vid. corp. ph. p. 38. a.*

Anacollema frontale *ex Schrœd.*

℞. *Mastich. Thur. Myrrh.* ana. ʒiß. *Bol. arm. Pulv. later.* ana ʒß. *Croci* ℈j. Cum *albumin. ovi, ol. rosac.* & pauxillo *aceti.* F. Frontale.

VIRES. Prodest in lippitudine, aliisque affectibus oculorum fronti impositum.

Aliud *ex Schrœd.*

℞. *Argillæ ustæ, farinæ volatil.* Staubmeel. *Boli Armen.* ana ℥ß. *Succ. acac. Hypocyst.* ana ℥ij. cum *album, ovi* & modico *aceto.* F. frontale.

VIRES. Convenit in Hæmorrhagia narium. *Vid. corp. ph. p. 666. a.*

Anisum Laxativum *Zwelfferi.*

℞. *Sem. anisi* benè mundati à suis stipitibus ℔. ſ. Immittatur aheno confectorio supra ignem collocato (prout jamjam præmissa huic classi Prolegomena satis edocuere) humectetur post saccharo clarificato & ad consistentiam syrupi paulo crassiorem cocto, cui statim superinspergatur nonnihil de pulvere sequente jam describendo (loco quasi amyli pulveris, quo, uti superius innui, confectarii suas confectiones adulterare solent,) utpote.

℞. *Pulv. diagridii sulphurati* & amygdalis dulc. probe subacti ℥iß. *Galap.* subtiliss. ℥ij. *Mechoac. albæ* unciam

ciam unam ſemis. *Cremoris Tartari* ℥j. *Cinamomi opt. acuti* ℥ſ. *Nuc. Moſchatarum* ʒiij.

Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Hæ igitur operationes, ſcilicet humectando ſemina Aniſi cum dicto ſaccharo liquido & inſpergendo de pulvere jam præſcripto, exſiccandoque denuò, toties fiant, quousque totus pulvis præſcriptus ſemini aniſi conficiendo vel ſaccharo obducendo agglutinatus fuerit: Et ſic corpus hujus confectionis (prout Confectarii, loquuntur) erit confectum.

Hoc peracto, denuò cum puro & ſolo ſaccharo clarificato liquido hoc corpus aniſi ſolutivi aliquoties humectandum & exſiccandum, usque dum competentem magnitudinem albedinemque à ſaccharo ſolo puro ſine aſperſione pulveris, amplius nacta fuerit, (obliterato nimirum corpore cinericio è pulvere facto) quæ confectio vel glabra relinquenda, prout loquuntur, vel criſpanda eſt, ut termino confectariorum denuò utar. Et ſic probè ac dexterè erit parata confectio aniſi ſolutiva, qua ipſa multi, præſertim infantes, ob gratitudinem ipſius ſaporis, & alii, qui à Pharmacis omnibus abhorrent, decipi veluti poſſunt, loco confectionis puræ delicatulis iſtis porrigenda.

Eſt pharmacum certè non aſpernandum in diverſis morborum ſpeciebus, ubi purgatione opus eſt, utpote in febribus putridis, diuturnis & intermittentibus. Aquam Hydropicorum educit nec non podagricis frequentius ſumpta ſalutaris eſt. *Vid. corp. ph. p. 329. a.*

Aniſum Laxativum *Pharmacopœæ Auguſt.*

℞ *Sem. aniſ. mundati* ℥vj. *diagridii* ℥iij. & ʒvj. *Maſtichis electæ* ℥ß. *ſpec. de gemmis frigid.* ʒij. *Diamargarit. frigid. Cinamomi acuti, Caryophyllorum, Nucis Moſchatæ*, ana ʒj. *Sacchari albiſſimi* ℔v. & ℥iv.

Fiat

Fiat secundum artem confectio.

Aniso hoc solutivo plurimi adstricta alvo laborantes, ad eam facilitandam ante cibum utuntur; Nonnulli autem, qui medicamenta purgantia alioquin respuunt, hujus confectionis jucunditate allecti eâ assumptâ repurgantur. *Vid. corp. ph. p. 329. a.*

Anisum solutivum Emeticum *Zvvelff.*

℞. *Sacchari albissimi* ℔ij. solvantur cum s. quant. *Aquæ rosarum fragrantis.* Ad consistentiam syrupi crassiorem, interea paretur pulvis catharticus, ut pote:

℞. *Pulv. Rad. Mechoac. albæ* ℥j. *Asari* ʒv. *Cremoris Tartari* ℥j. *Cinamomi* ℥ß. *Nuc. Moschat* ʒij. *Mercurii vitæ ritè & dextrè parati* ʒiij vel ℥ß.

Misceantur, fiat pulvis, servetur, jam verò:

℞. *Sem. anisi selecti* & à stipitibus probe liberati ℔ß.

Immittatur aheno cupreo super igne leni collocato, suspenso & cum supradicto saccharo humectetur inspersoque pulvere cathartico supra scripto iterum exsiccetur (prout superius ad amussim omnia edocta sunt.) Et hoc (videlicet saccharum affundendo, & pulverem inspergendo totumque semper exsiccando) toties & tamdiu faciendum, donec supradictum saccharum, nec non pulvis catharticus, & Emeticus descriptus aniso juncta, in unum corpus coaluerint.

Huic porro corpori Anisi cathartico tantum sacchari liquidi rosati, repetitis vicibus, affundito, & semper exsiccato, quoad confectio competentem magnitudinem & candorem acquisiverit; servetur tandem usui, cujus dosis erit ℥ß. vel ʒv. si integræ confectionis compositum in pondere quatuor libras non excesserit.

Est medicamentum & confectio Carthartico-Emetica, pro hominibus robustis, è quibus per Emesin sabur-

burra vitiosorum humorum exturbanda videtur; Unde in morbis Chronicis, febre quartana, tertianis intermittentibus, Melancholia Hypochondriaca, Icteritia, & ubicunque humor biliosus & Melancholicus infixus prædominatur, auxilio est. *Vid. corp. ph. p.* 331. *a.*

Anisum solutivum solidum *Zvvelfferi.*

Recep. *Sacchari Canar. albi* ℥viij.

Solvatur & coquatur cum *aq. Anisi* s. q. ad consistentiam Tabulati, cui, dum parumper refrixerit, adde: *Pulv. sem. anisi* ℥ß. *Nuc. Moschatæ* ʒij. *Diagridii sulphurati amygdalis probe subacti* ℥ß. *Galapp. Radic.* ʒv. *Cremoris Tartari* ʒij.

Fiat confectio in morsellis vel tabulis.

In operationibus coincidunt hæ rotulæ vel Morselli cum superiore confectione anisi solutivi. Dosis sunt ʒij. ad ℥ß. *Vid. corp. ph. p.* 344. *a.*

Antimonium Diaphoreticum Solare *Zvvelfferi.*

Recip. *Reguli antimonii purissimi* ℥ij. *auri fini & puri* ʒij. fundantur in crucibulo igne forti, & illico effundantur in mortarium calidum, ne cedat denuo Regulus. Hujus

Reguli nunc aurati & subtiliter triti unciis duabus circiter adde:

Nitri purissimi ℥j. *Cremoris Tartari* ʒv.

Mixta hæc & in pulverem redacta, detonent paulatim (uti loquuntur Chimici) h. e. cochlear unum post aliud, hac mixtura plenum prunæ vel crucibulo candenti inspergendo, Peractâ hac primâ calcinatione, massa residua in pulverem iterum conterendo, redigatur, additisque illi porrò:

Nitri

Nitri purissimi ℥j. *Cremoris Tartari*, ℥ß.

Denuo, uti prius, detonent, sed in crucibulo jam cadente, intra primas collocato, paulatim etiam mixturam inspergendo.

Et hæc recentium specierum, nitri scilicet, & Tartari ad massam residuam additio, ut & detonatio seu calcinatio, in crucibulo ignito & cadente, tertia vice repetatur.

Massa hinc residua & in pulverem redacta, edulcoretur sæpius affusa tepida aqua, quoad omnis auferatur salsedo: pulvis verò in fundo albus relictus, separata studiose, per decantationem aquâ salsâ exsiccetur, ac crucibulo immissus, tribus vel quatuor horis igne aperto moderatè calcinetur ad majorem fixitatem & vim sudoriferam & alexipharmacam ipsi conciliandam. Et sic efficitur pulvis subflavus elegans, diaphoreticus & cordialis in peste febribusque malignis præstans. Dosis à ℈ß. ad ℈j. & ʒß. *Vid. corp. ph. p. 277. a.*

Antimonium Tartarisatum Diaphoreticum *Hoffmanni.*

Recip. *🜔lis tartari & antimonii diaphor. albi fixi* ana ℥iij. misce, indantur 🜍lo ponanturque in ignem patentem dum simul liquefacta fluant per horam dimidiam, materia refrigerata trita imponatur tabulæ marmoreæ in cella subterranea, resolvetur in ol. flavum ejus ℥j. instilla paulatim Spirit. vitrioli ℥ß. eo plane modo, quo fit tartarus vitriolatus. Pulvis exsiccetur, teratur subtilissimè.

Hic juxta vim suam diaphoreticam habet etiam apèritivam & diureticam. *Vid. corp. ph. 277. a.*

Antimonium Diaphoreticum vulgare juxta Lemery.

Pulverisa & accuratè permisce *antimonii* partem unam *nitri purgati* partibus tribus; cujus mixturæ cochlear unum conjice in crucibulum inter carbones ardentes candens, fiet quædam detonatio, qua peracta aliud cochlear conjice, sicque perge, donec pulvis omnis in crucibulum fuerit conjectus, adhibe circum circa violentissimum ignem, in quo maneat per horas duas, hinc conjice tuam materiam, quæ alba erit, in fictile ferè aqua fontana repletum, ibique calide maceretur per horas 12. ut ibi solvatur nitrum fixum: liquorem per inclinationem effunde, pulverem album in fundo existentem lava aqua calida quinquies vel sexies, hinc exsicca: & hoc dicitur antimonium diaphoreticum minerale, vel calx antimonii.

Vim habere dicitur hoc excitandi sudorem, veneno resistendi, & per consequens valere adversus febres malignas, variolas, pestem aliosque contagiosos morbos: Datur à granis 6. ad 30. ex liquore convenienti. *Vid. corp. ph. p. 273. a.*

Vitrum Antimonii album.

Recip. *Antimonii* p. j. *Borracis* p. ij. vel iiij. funde aliquandiu, sic assumit colorem primo citrinum, postea album. Effunde ut in vitrum abeat, Basil.

VIRES. Vitrum antimonii humores crassos, viscidosque ejicit in ventriculo vicinisque locis superfluos, idque per vomitum & per alvum. Resistit quoque venenis in peste, præcipue si cum ✢ propinetur, quippe hac ratione & sudorem ciet: utile quoque est in febribus putridis ac malignis, Hydrope &c.

Usus & dosis: datur à gr. 2. ad. 4. in infusione à gr. 3. ad. *Vid. corp. ph. p. 266. a.*

Vitrum

Vitrum Antimonii rubeum.

NB. *Si vitrum Antimonii* miſcueris cum *Sulphur. citrino* ac fuderis in vitrum, hoc ipſum rubeſcit. Alii fundunt cum Arſenico, ſed præſtat ab hoc abſtinuiſſe. *Vid. corp. ph. p.266. a.*

Vitrum Antimonii nigrum Extemporaneum *S. Cloſſ.*

Recip. *Mineræ Antimonii* ℥ij. liqueſcat, in ✠lum injice per cochearia aliquid de *mixtura ex ſal. com. decrepit. ſal. nit.* & cap. mort. ▽ communis compoſita ana ℥ij. abſumptis pulver. affundatur ♉ in pelvim aut mortarium calens. Habebis vitrum nigrum purificandis metallis aptiſſimum. Si ♄ni ℥ß. addatur, repurgat ☉ inſtar Reguli ♉ii, & ad purificanda metalla erit admodum idoneum. *Vid. corp. ph. p.266. a.*

Vitrum Antimonii *Zvvelfferi.*

Recip. *Antimonii Hungarici* ℥xviij *Auri puriſſimi* ℥ß.

Liquefiant vel fundantur ſimul in crucibulo, donec aurum ab antimonio devoratum vel abſorptum ſit; Hinc protinus effundatur Antimonium, ne aurum in Regulum abeat & ſeparetur.

Redigatur poſtea in pulverem ſubtilem auratum hoc Antimonium, & (uti ſuperius, in ſimplicis vitri præparatione oſtenſum) tribus vicibus probè calcinetur, donec non amplius concreſcat, aut in grumos abeat, neque fumum exhalet & eructet.

Peracta hac calcinatione, immittatur protinus crucibulo, ignique fuſorio, ut liquetur, tradatur, ſuperinjiciendo particulam unam atque alteram Sulphuris quo citius nempe purificetur, & perſpicuum fiat; rudicula ferrea aliquoties explorando. Hoc habito ſi-

gno, effundatur in pelvim cupream, & sic vitrum rubicundissimum, Rubini instar, evadet, pro tinctura Antimonii extrahenda aptissimum. *Vid. corp. ph. p.266. a.*

Aqua Aeoustica Mindereri à *Zuvelffero* correcta.

Recip. *Herb. rec. Majoran. orig. polii mont. rorism. rut. salv. hort. fl. rec. lavend samb.* ana mß. *spic. Rom.* p.j *Bacc. lauri jun.* ana ℥iß *rad. ir. flor. cyper. rot. valer. levist.* ana ʒji. *sem. fœn. raph. rutæ* ana ℥ß. *prius contus. cum portiuncula aq. epil. Lang. castorei galb.* an. ℥iij *nucl. persic. prius ad pultis form. contus. cum portiunc. aq. epil. Lang. vel sp. jun.* ℥iij. *cap. contus.* ℥iiß. *camph.* ʒj. *his omnibus incis. & cont. superaffunde sp. urin. pueror. vel sim. urinæ capræ vel urinæ saltem* ℔j. *succ. raph. aq. vit. Lang.* ana ℥iij. *sp. bacc. jun.* ℥vj. *brevi dig. præmissa dest. per alemb. vitreum, addendo spir. ros* ℥ß. *prodest in aff. aurium. Vid. corp. ph. p. 63. a.*

Aqua Alexipharmaca sive Angelicæ pestilentialis *le Mort.*

Recip. *Radicum Angelicæ, Petasidis, Valerianæ, Imperatoriæ* ana ℥ij. *Sem. Angelicæ, Levistici, Bacc. juniperi* an. ʒvj. *Spir. vini Gallici* pint. ij.

Mista destillentur ad medias vel & absque destillatione servetur infusio; quæ etsi sit saporis minus grati sudores tamen eo melius movet.

Dosis coch. ß. ad j tempore morborum contagiosorum. *Vid. corp. ph. p. 65 a.*

Aqua Alexipharmaca *Amstelodamensis.*

Rec. *Nuc. jugl. immat. cum cort. virid. mense Jun. coll.* ℔iv. *contus. adde herb. cardb. meliss. rut. scab. scord.*

ana

ana ℥iv. *concis. aff. acet. vin. q. s. ut aliq. dig. emin. tandem destilla ex cucurb. vitrea satis ampla nec nimis alta in MB. bullienti, quamdiu aliquid prodit, quod 24. h. absolvitur, tum spiritum limpidum serva. Vid. corp. ph. p. 65. a.*

Aqua Alexipharmaca *Schrœderi.*

Recip. *Rad. Carlin. exsicc.* ℔j. *vincetox.* ℔ß. *summ. hyper. abs.* ana ℥vj. *M. F. Pulvis cujus* ℥xij. *aq. font.* ℔iv. *sp. vin. rectif.* ℔ß. *m. & dest. per vesicam ad med. in singulis* ℔. *dissolve sal. tart. vitr.* ℈ij. donec acrescat; dosis à cochl. j. ad iv.

Aqua Alexipharmaca *Zvvelfferi.*

Recip. *Radicum recentium Angelicæ, Levistici Enulæ* ana ℥iij. *Zedoariæ, Ostrutii, Contrajervæ* ana ℥iß. *Herb. recent. rutæ hortens. Scordii nostratis* ana ℥viij. *Melissæ citratæ* ℥vj. *Seminis rutæ recentis* ℥iij. *Baccarum juniperi* ℥v. *Lauri* ℥ij. *Corticum aurant. Rec.* ℥iij. *Citri rec. & extim.* ℥iiij. *Cinamomi. opt.* ℥ij. *Macis* ℥j. *Caryophyllorum* ℥ß.

Incisa & contusa immittantur in cucurbitam vitream vel vitreatam, superaffundendo vini albi boni ℔vj.

Facta digestione fiat destillatio ad siccitatem ferè specierum immissis proboscidi alembici: *Croci Austriaci, Myrrhæ el.* ana ʒj. *Camphoræ* ʒß.

Aqua prolecta cautè servetur, usus tempore Syrupo de Scordio vel corticum citri edulcorando.

Conducit verò aqua hæc cum curativè, tum præservativè in peste, febribus malignis &c. dosi ℥j. ad ℥iß. pro sudore eliciendo. *Vid. corp. ph. p. 65. a.*

Aqua Aloëtica solutiva *Minsichti.*

℞. *Aloës hepat. Succi ex viridibus fol. senæ expressi, Elaterii veri* ana ℥iij. *Myrrhæ rubr.* ℥j.

Omnia invicem bene mixta destillentur per M.B. lenissimo igne.

Aquam hanc Minsichtus vocat Medicinam illustrem solis Regibus & Principibus dignam, cum ventriculus saltem ea inunctus, superposito linteolo vel spongia calida mirabili modo inde queat evacuari. *Vid. corp. ph. p.156. a.*

Aqua Anhaltina *Schrœderi.*

℞. *Therebinthinæ electæ* ℔ß. *Thuris masculi* ℥j. *Ligni aloës pulv.* ʒiij. *Granorum Mastichis, Caryophyllorum, Nucistæ, Cubebarum, Cinamomi* an. ʒvj. *Croci or. integri* ʒiiß. *Seminis fœniculi, Bacc. lauri,* an. ℥ß.

Pulverisata infundantur in Spiritus vini ℔v. digerantur per vi. dies additis Moschi in petia gr. xv. hinc destillentur ex M.B. & quod clarum est, separetur à turbido. *Vid. corp. ph. p.72. a.*

Aqua Anhaltina *Norimbergensis.*

℞. *Thereb. el.* ℔ß. *thur. masc.* ℥j. *granor. mast. caryoph. nucist. cubeb. galang. cinam. flor. anth* ana ʒvj. *sem. fœn. bacc. lauri* ana ℥ß. *pulv. inf. in sp. vin. rectif.* ℔v. *dig. per 6. d. hinc dest. lentiss. in M.B. calore quod clarum est separetur à turbido & immittantur lign. al. pulv.* ʒiij. *completa efficitur additione moschi gr.* xv. *Vid. corp. ph. p.72. a.*

Aqua Apertiva *Schrœderi.*

℞. *Radic. Eryng. Scorzoner. filicis, Centaur. maj. Brusci* ana ℥ß. *Fœniculi.*

Cortic. Cappar. Tamarisci, Fraxini an. ʒiij. *Citri* ʒiiß.

Sem.

Sem. Viticis. Card. ben. Cichor. ana ℥ß. *Endiv. Scariol. Nasturt. Citri* ana ʒij.
Herb. Polytrichi, Adianthi, Ceterach. Cuscutæ, Scolopendr. Betonic. Endiv. ana Mß.
Summ. Thymi, Epithymi, Lupuli.
Flor. Hyperici, Genistæ, Borrag. Meliss. ana m. j. *Passul. min.* ℥j.

Infundantur in ▽ *lupuli, Scolopendr. Card. ben. Veronic.* ana ℔j. *Vini Rhenani* ℔iiß. Additis *Cinamomi* ʒiß. *Spec. dialacc.* ʒß. ſtent in loco calido per ♂☍ 2. probè clauſa, poſtea deſtillentur in M. B. lento igne.

Vires ab authore prædicantur maximæ in reſerandis totius corporis obſtructionibus: in ſpecie verò; Lienis, Hepatis, & Meſenterii &c. Doſi coch. j.

Ejuſdem farinæ eſt aqua aperitiva Timæi. *Vid. corp. ph. p. 72. a.*

Aqua Apoplectica *Langii* correcta.

℞. *Flor. prim. ver. rorisſm. ſol. majoran.* iv. *arth.* ana mj. *rad. cal. arom. ireos ariſt. rot.* ana ℥iß. *ſem. ſiler. mont. pæon. ſan.* ana ʒj. *cubeb. nuc. m. caryoph.* ana ʒiij. *cinam. lign. al.* ana ʒij. *pip. long. ſagap. opop. myrrh. gum. jun.* ana ʒiß. *aq. herb. paralyſ. ſalv. beton.* ana ℔j. *fl. til.* ℔iß. *ſt. in inf. p. 8. d. poſtea leni arena calore deſt. Vid corp. ph. p. 80. a.*

Aqua Apoplectica *Hoffmanni.*

℞. *Aq. lil. conv. c. vino lavend. til. prim. ver. majoran. beton. rorisſm. cer. nigr. fl. pæon.* an. q. pl. *rectif. ſuper vitr. ad flav. calc. q. ſ. deſt. per alemb. in M. B. in roſtro alemb. ſuſp. ambra & moſchus, pro mulierib. verò ſubſt. caſtor. F. Aqua.*

Aqua Apoplectica *Mœbii.*

℞. *Flor. lil. conv.* ℔vj. *Cinam.* ℔j. *Zed.* ℔ß *Croc.* ℥j.

 macis

macis Caryoph. ana ℥ß. *dig. in vin. Hisp. per mensem, dein dest. per vesicam, adde rad. valerian. vincet. pœon.* ana ℥ij. *fol. meliss. botryos, rorism.* ana Miij. *fl. til.* Mvj. *lavend. spica salv. thymi* ana Mj. *macer. in superiori spiritu per mensem, destilla per vesicam, addendo vin. Hisp. q. s. tandem rectifica in B. supra ambram mosch. & camphoram. F. Aqua.*

Aqua Apoplectica de *Spina.*

℞. *Flor. lavend.* Mij. *anth. lil. conv. Salv.* ana Mj. *cubeb. gran. parad.* ana ℥ß. *nuc. m.* ʒij. *dig. in* ℔ij. *sp. vin. p. d. aliq. dein. dest. & F. Aqua. dosis* ʒj. vel ið. *ante novilunium.*

Aqua Apoplectica *VVedelii*, quam tradit König in Sel. remed. Ludovici.

℞. *Flor, Lavendulæ. Spicæ* ana mxij. *Lilior. Convall.* m. v. *Paralyseos.* miij. *Cheiri*, mij. *Pœoniæ. Tiliæ* ana mß. *Rorismarin. Bethon.* ana mj. *Summit. serpill. Citrariæ* ana miß. *Herb. puleg. Chamædr. Chamæpith. Polii mont.* ana mj. *Zingib. Caryophyll. Cubebar. N. Moschat. Macis, Cardamomi* ana ℥ß. Affunde *aq. lil. convall.* opt. *cum vino dest.* mens. iiij. vel q. s. & destillentur s. a. *Vid. corp. ph. p.* 81. *a.*

Aqua Antapoplectica *Zvvelfferi.*

℞. *Vini Malvatici* vel *Hispanici* ℔vj. *Spir. vini anisat puri rectificati.* ℔viij. *Cerasorum nigr. ardentis* ℔ij. *Aq. lilior. convall.* sine addit. destillatæ ex Baln. N. Vaporoso ℔j.

His successivè immergantur, & quidem tempore veris, subsequentia v. g.

Radicum recent. Pœoniæ ℥ij. *Doronici veri* ℥iiß. *Zyperi rotund.* ℥j. *Zedoariæ* ℥iß. *Herb. recent, Basiliconis, Beto-*

nicæ, Hermini five Salviæ sylvestr. Majoranæ, mentæ odoratæ, Herb. rec. pulegii, Calaminthæ montanæ, Rorismarini Salviæ, Serpilli, Thymi, ana *florescentium* ℥iiij. *Florum recent. Acaciæ, lilior. convall. Cheyri, Lavendulæ, Paralyseos, Pœoniæ, Tiliæ, Tunicæ* ana ℥iij. *Seminis Coriandri* ℥iß. *Zinamomi opt.* ʒvj. *Caryophyllorum* ℥ij. *Nucis Moschatæ* ℥iij. *Baccarum lauri, juniperi* ana ℥ij. *Ligni Rhodi. Santali citrini* ana ℥iß.

Omnia debito tempore collecta & infusa destillentur tandem in B. n. vaporoso ad siccitatem ferè specierum, capittello vel ejus rostro impositis.

Ligni aloës opt. crasse incisi ʒj. &, si lubet, *Ambræ gryſ.* ʒß. *Moschi or.* ℈j.

Absoluta destillatione aqua usui asservanda, cui si ita arriserit, *Julapii nostri de vino* ℔j. vel plus pro concilianda gratia addi potest. *Vid. corp. ph. p. 81. a.*

Aqua Ant-Apoplectica alia *Zvvelfferi.*

Recip. *Aquæ cinamomi cum vino dest.* vini Malvat. ana ℔iv.

Hisce mixtis immergantur:

Cinamomi acuti ℥viij. *Caryophyllorum* ℥j. *Nucum Moschat.* ℥ij. *Macis* ℥j. *Radicum recent. Pœoniæ* ℥iß. *Doronici veri* ℥j. *Ciperi rot.* ℥iß. *Seminis Coriandri* ℥j. *Anisi* ℥iß. *Baccar. lauri,* ℥j. *Cardamomi minoris* ℥iß. *Cubebarum* ℥j.

Facta maceratione, destillentur per Balneum n. vaporosum, rostro capitelli in petia ligatis, immissis ligni aloës crasse incisi ʒj. & si lubet ambra gryſ. ʒß. Tunc verò aqua destillata servetur usui. *Vid. corp. ph. p. 82. a.*

Aqua Apoplectica D.H. *Thes. Hoffm.*

℞. *Fl. primul. veris* ℔j. *Lavendul. Stæchad. A.* ana ℥j. *Tiliæ, Bugloss.* ana ℥iß. *Anthos. Nenuphar.* ana ℥ß. *Radic. Pœon. rec. Caryoph. Irid. fl.* ana ℥j. *Galang. Caryoph.* ana ʒij. *Croci or.* ʒj. *Pom. citri rec.* no. ij. *rasur. ligni sassafras* ℥iß. *Herb. majoran. rorismarin.* ana Mij. *Semin. fœnicul. Basilic. Coriandr. Cardamomi* ana ʒiij.

Incis. & contus. grosso modo affunde:

Aqu. rosmarin. vini generosi ana ℔iv.

Vase clauso digerantur per tres ♂♀. postmodum adde *succi recenter expressi ex fol. Salviæ, Melissæ* ana ℥vj. *Spirit. vini* ℔iv.

Denuo per 2. ♂♀ digerantur & destill. in MB. ad siccitatem, fiat semel cohobatio, hinc per se in B. aqua destilletur seu rectificetur, destillando ad tres partes & inserendo rostro alembici: *Moschi el. Ambræ grys.* ana gr. v.

Quartâ parte relictâ tandem omnia in vitro optime clauso ad usum reserventur.

Hæc aqua Apoplectica admirandæ est virtutis ad cerebrum & nervosum genus confortandum. Ab Apoplexia & paralysi præservat, & ab aliis capitis affectibus, à discrasia frigida ortis, sive internè sumatur, sive extra applicetur. Dosis coch. j. ad ij. vel iij. *Vid. corp. ph. p. 82. a.*

Aqua Apoplectica P. H. D.

Thes. Hoffm.

℞. *Fl. lil. convall.* ℔vj. *Vini generos.* mensur. V. Destilla in B. aquam destillatam infunde super *Fl. Lavendul. anthos. stœchad. arabic. Salviæ, Tiliæ, primul. Veris Betonic.* an. Miij. *Radic. Pœon. rec. Caryophyllat. rec.* ana ℥iij. *Herb. Rutæ* Mj. *Majoran. Basilic.* ana Miv.

Miv. *Sem. Erucæ* ʒiij. *Nigell. Cubeb.* ana ℥iß. *Macis Nuc. Moschat. Caryophyll.* ana ℥j. *Baccar. lauri* ℥ß. *Vini generos.* Mensur. iij. Stent in digestione per 8. ♂♀ Postmodum adde aq. lil. convall. supra nominatam, destilla per Alemb. Aquam divide in duas p. æq. Unam reserva pro usu & S. aquæ apoplecticæ s. Castoreo. Alteram rectifica super Castorei ℥j. in B. & S. Aqua Apoplectica c. Castoreo. *Vid. corp. ph. p.* 83. *a.*

Aqua Alia Ant-Apoplectica H.

Thes. Hoffm.

℞. *Fl. Lavendul. Anthos, Pæoniæ* ana Miij. *Lil. convall.* Miv. *primul. veris, cheiri* ana Mij. *Cinamom.* el. *Caryophyll.* ana ℥ij. *Nuc. Moschat.* ℥j. *Macis, Galang. lign. aloes, Cubeb. Cardamom.* ana ℥ß. *Cortic. citri aurantior. Scyllæ* ana ʒij. *Aq. ceres. nigr. Sonchi* an. ℔ij. *Vini Rhenani* ℔iv. *Spirit. Vini Rhenani* ℔iv. Destill. in M.B. *Vid. corp. ph. p.* 83. *a.*

Aqua Apoplectica Crollii, *ex Schræd.*

℞. *Flor. lil. Convall. Tiliæ, Pæoniæ, Primul. Veris. Majoran. Lavendul. Salviæ. Betonic. Rorismarin. Cerasor. nigror. &c dulcium* ☽ crescente decerptorum, q. pl.

Tritis omnibus & mixtis (vel seorsim, seorsim cerasa destillentur) adde *farinæ synapi*, ℔j. vel ij. affusaque ▽ *com.* q. s. fermententur ac destillentur in MB. spiritui elicito adde *Elixyr. Epilept. Croll.* (spiritum Vitrioli ♀ Hoffmannus addendum suadet, quod Elixyr. aquam ingratam reddat,) ac circula aliquamdiu.

N. Ad fermentationem promovendam in aqua illa communi tantillum lupuli ac fermenti coqui potest, vel & fermentum addere licet, sine coctione.

Dosis

Dosis cochl. ſ. *Vid. corp. ph. p.* 83. *a.*

Aqua Apoplectica Sennerti.

℞. *Fl. Lil. conval.* q.v. infunde in *vini optimi* menſuras ij. ♂. (14) poſtea deſtilletur ac ſervetur, deſtillato infunde poſtmodum:

Fl. Lavend. recent. q. placet *Cubebar. Cinamom. Nuc. Moſchat. Macis Galang.* ana ℥ß. *Viſc. quern. Rad. Pæon.* an. ʒvj.

Stent in maceratione, vaſe clauſo, ♂ (14.) Hinc deſtilla. *Vid. corp. ph. p.* 84. *a.*

Aqua Apoplectica Electricis *Saxoniæ.*

℞. *Flor. lilior. convall* ℔iß. *Lavendulæ, Tiliæ, Anthos* mij. *Cinamomi* ℔ß. *Galang.* ℥ij. *Cardamom. cubebar.* ana ℥j. ʒvj. *Radic. pœon.* ℥iiij. *Vini generoſi* menſ. iv. vel. ℔xij.

Infuſa per triduum deſtillentur. *Vid. corp. ph. p.* 84. *a.*

Aqua Ant-Apoplectica Mineralis *Zvvelfferi.*

℞. *Cremoris Tartari* ℔j. *Mineræ* ♄ ℔iß.

Deſtilletur ex eis per retortam igne moderato Spiritus acidus, qui rectificetur. *Hujus Spiritus* unciis ſex adde:

Spiritus Veneris ex viride æris ℥iij. *Saturni ardent. ex ſacchar. deſt.* ℥iß. *Vitrioli volat. ſulfurei* ab acido ſuo ſpiritu rectificati. ℥iiij. Et miſceantur ad uſum.

Datur à ʒj ad ʒij. in grato aliquo vehiculo infantibus Epilepſia tentatis, item Apoplecticis &c. *Vid. corp. ph. p.* 85. *a.*

Aqua Ant-Apoplectica Ludovici.

℞. *Aquæ lilior. convall. Spiritioſæ* è recentibus floribus abs-

absque fermentatione moderato igne abstractæ ℥xij. *Utriusque spicæ nostratis ex herba & floribus destillata spirituosæ* ℥iiij. Misce & serva.

Hanc aquam tàm per se, quàm cum aqua quadam aromatica v. g cinamomi &c. ex tempore mixtam id præstare asserit LUDOVICI, quod tot Spiritus & Aquæ Apoplecticæ, Cephalicæ, Mirabiles, Salviatæ, Lavendulæ &c. largiter promittunt, ac parùm servant, utpote quæ vel intensiori caliditate, vel incompetente dulcoratione affectus potius exasperant, quàm mitigant. Imò effectum qui vulgo aquis picarum & aquis hirundinum adscribitur melius obtinuimus, modo aquæ huic vel *Spir. CC. rectif.* aut *essentia castorei*, vel *acetum medicatum* aut *rutaceum* saltem permisceatur. Si tamen quis magis compositam ve diffusam desideret, poterit simul addere *Aquam spirituosam majoranæ* vel *thymi nostratis* aut *serpilli vulgaris*, *&c.* Vide Ludovici dissert. de Nervinis. *Vid. corp. ph. p. 85. a.*

Aqua Apoplectica succincta.

℞. *Flor. lilior. convall. rec.* ℔ij. *Lavend. rec.* ℔j *Herb. Majoran. Serpill. Flor. Thymi* ana ℔ß. *Cinamomi* ℥ij. *Cardamomi, Cubebar.* ana ℥iß. *Vini generos.* ℔viij. *vel xij.*

Infusa destillentur, & aqua prolecta servetur. *Vid. corp. ph. p. 85. a.*

Aqua Ant-Apoplectica *Norimberg.*

℞. *Flor. lilior. Convallium* mvj. *Lavendul.* mß. *foliorum salviæ* miij. *Semen Pœoniæ* ℥ß. *Visci quercini. Radicum Dictamni albi, Caryophyllatæ,* an. ℥j *Herb. Majoranæ, Betonicæ, Primulæ veris* ana miß. *Pulegii, Polii montani, Origani Cretici, Thymi cretici* an. mj. *Radicum Pæoniæ, Baccarum lauri,* ana. ℥ß. *Grano-*

rum

rum juniperi ℥iß. *Calami aromatici*, *Zedoariæ*, *Corticum Pomi citri*, *piperis longi*, *nigri* an. ℥ß. *Seminis Coriandr. Pulver. Erucæ*, *Cardamomi*, *Cubebar. Castorei* an. ℥ij. *Zingib. albi Caryoph. Cinamomi opt. Galangæ* ana ʒiß. *Granorum Paradysi*, *Nucis Moschatæ* ana ℥ß. *Myrrhæ opt.* ℈iv.

Pulverisentur & infundantur vini optimi per destillationem rectificati mens. quatuor; & vini generosi mensura dimidia, & destillentur per Balneum s. artem. *Vid. corp. ph. p. 80. a.*

Aqua ad ardorem urinæ *Minsichti.*

℞. *Rad. liquirit alth. malv. min. ir. flor.* ana ℥ij. *Pinear. mund. amygd. d.* an. ℥iß. *sem. melon. excort. cydon. apii pap. alb. endiv. lact.* ana ʒvj. *bacc. alkek. myrtillor. cass. fistul. galang. min.* an. ʒiij. *herb. violar. veron. bellid. min.* an. ʒij. *incisa & contus. inf. in aq. seq. scilicet aq. flor. pap. err. malv. utr.* ana ℔iß. *plant. portul. viol. lact. fol. querc. numulariæ* ana ℔j. *dig. per aliq. dies, postea dest. ex M. B. F. Aqua in Dysuria usurpanda. Vid. corp. ph. p. 145. a.*

Aqua Aromatica *Norimbergensis.*

℞. *Cinam.* ℥ß. *nuc. m.* ʒij. *macis*, *galang. caryoph. gran. parad. fl. rorism. lavend.* an. ʒj. *cardam. cubeb.* ana ʒß. *pulv. inf. in vin. malv.* mj. *F. Aqua. Vid. corp. ph. p. 168. a.*

Aqua Arthritica *Zvvelfferi.*

℞. *Rad. Cyperi rotund. Cardopatiæ*, *pyrethri*, ana ℥iß. *Herb. recent. Chamæpith. Calaminthæ mont. majoranæ, rosmarin. salviæ hortens. saturejæ*, *serpilli Flor. recent. Lavendulæ spicæ* an. ℥iij *Summitat. abietis arbor. recent.*

cent. Cinamomi acuti, *Coriandri* ana ℥ij. *caryoph.* ℥iß. *Cardamomi, Cubebarum*, *Macis* an. ℥j. *Baccar. lauri*, ℥iij. *Juniperi recent. Virid.* ℥iv.

Cuncta incisa & contusa immergantur in *Spiritus vini rectificati* ℔viij. Factâque maceratione in vase probè clauso destillentur per Balneum ad totalem specierum siccitatem. Liquor exstillatus servetur ad usum.

Frigidis articulorum affectibus opitulatur, nervos corroborat, lentos viscososque humores, partibus musculosis & juncturis impactos, quique profundius delitescunt, allicit, attenuat, & ad διαφόρεσιν disponit. Usus ejus ab extra nimirum; unde & paralyticis, imò paraplecticis etiam solatio est. *Vid. corp. ph. p. 91. a.*

Aqua Arthritica P. H. D. *Ex Thes. Hoffm.*

℞. *Acerv. formicar.* no. j. Affunde *vini optimi* mens. xij. Destilla s. a. postea:

℞. *Conorum abietis*. miv. *Primulæ veris*. mvj. *Bacc juniperi* ℔ß. *Flor. Calendulæ* mvj. *Betonic. Sambuci*, *Summ. arboris vitæ fol. Lauri. Salv. rorismar. ivæ arthet.* ana miv. *Cubebar.* ℥iij

Destilla iterum, postea infunde: *Rad. pyrethri* ℥iij.

Stent in digestione, deinde filtra. *Vid. corp. ph. p. 91. a.*

Aqua Arthritica mea per infusionem.

℞. *Radic pyrethri* ℥ß. *Herb. Rorismarini*, *Flor. Lavendulæ* an. mj. *Summitat pini* mß. *Caryoph. macis Camphoræ* an. ʒj. *Spir. formic.* ℔ j.

Stent in infusione ad usum externum. *Vid. corp. ph. p. 99. a.*

Aqua

Aqua Arthritica *Timæi*:

℞. *Rad valerian. gent. arist. utr. thap. pœon. artemis. imperat. angel.* an. ℥j. *Herb. cent. min. chamædr. chamæp. hyper. c. flor. salv. meliss. majoran. rorism.* ana mißs. *flor. beton. prim. ver. pœon. samb.* ana *mj. sem. petros. maced. hyper. pœon.* an. ℥ß. *Incis. & contus. aff. aq. ivæ arthet.* ℔*ij. meliss.* ℔*iß. hydrom. opt.* ℔*vij. st. in inf. p. 3. d. dest. & F. Aqua.*

Aqua Asthmatica *Schræderi.*

℞. *Radic. enulæcamp. Ungul. caballin.* an. ℥ß *Gentianæ* ʒiij. *Caryoph. Zingib. alb.* an. ʒij. ℈j. *Bacc. lauri, Juniperi* ana ʒij. ℈j. *Cinamomi acerr. cardamomi* ana ʒij. *fol. salv. majoran. hyssopi. marrub.* an. mß. *Rad. Irid. flor. Polipod. q. Liquirit. Jusub. Sebesten. Passular. min. Dactylor. Pineari Amygd. el. mund.* an. ʒiij. *Squillæ pulv. Sem. urticæ Rom. Fœnic. Ocimi* ana ʒiij. ℈j. *Fic. ping.* ℥j. *Mellis despum.* ʒiß. *Vini Malvat.* ℔iv. *Spir. vini* ℔iij.

Stent in infusione per dies octo, dein destillentur per cucurbitam, addantur Sachari ℥xviij. *Vid. corp. ph. p. 92. a.*

Aqua Asthmatica *Norimbergensium.*

℞. *Rad. Irid. flor. Eryngii, Helenii, Fœniculi,* ana ℥ß. *Herb. Veron. Scabios.* ana mij. *Capillor. ven. Hyssopi salviæ, Marrubii* ana mj. *Cinamomi opt. Bacc. juniperi* an. ʒiij.

Affunde his *Spiritus vini optimi* q. s. stent in infusione per dies 14. postea destillentur, destillato infunde: *Radic. liquirit.* ℥ß. *Jujubar. Sebesten.* ana. no. xxx. *Dactylor. Ficuum* an. no. x. *passular. minor. major. exacinat.* an. ℥ij. Digerantur & filtrentur. *Vid. corp. ph. p. 94. a.*

Aqua

Aqua Asthmatica *Zvvelfferi*.

℞. *Spirit. vini anisati* & rectificati ℔iij. *Vini malvatici* ℔ij.

Hic mixtis immergantur:

Rad. recent. Enulæ ℥ij. ad iv. *Pimpinellæ* ℥iij. *Herb. recent. anethi, calaminthæ mont. Hyssopi, Melissæ Rorismarini, Salviæ hortens.* ana ℥ij. *Sem. Anethi, Anisi, Carvi, Nasturtii* ana ℥j. *Cinamomi acuti*, ℥ij. *Macis* ℥j. *Benzoës, Styracis, Calam.* ana ʒvj. *Croci opt. Orient.* vel *Austriaci*, ʒiij. vel ℥ß. *Bacc. lauri* ℥j. *Juniperi* ℥ß.

Factâ maceratione sufficiente, donec nimirum omnia infusa & collecta sint, destillentur ex Balneo nostro vaporoso, ad siccitatem ferè specierum, proboscidi alembici prius immittendo: *Croci optimi* ʒß.

Aqua exinde destillata servetur usui, in quem ubi necessitate urgente vocanda, *Syrupo nostro Asthmatico*, vel *Syrupo de Enula*, edulcorari potest.

Solatio est iis, qui cum stercore phlegmata secernunt, & quibus citatior anhelitus, asthmate præfocatis, senibus catarrho frigido detentis, pulmonibus denique dicata. *Vid. corp. ph. p. 95. a.*

Aqua Asthmatica *Augustana*.

℞. *Rad. enul.* ℥ij. *ireos flor.* ℥iß. *herb. hyss. pulmon. salv. hort.* an. mj. *sem. anis. fœn. cinam. acuti* an. ℥ß. *card.* ʒij. *croci* ℈ij. *sp vin.* ℔j. *aq. scab. tuss. veron.* ana ℔ß. dig. per 3. d. & dest. in M. B. *Vid. corp. ph. p. 93. a.*

Aqua Benedicta serpilli *Minsichti*.

℞. *Herb. serpill. c. flor. temp. matut. ante sol. exort. luna decres. coll.* ℥viij. *cham. rom.* ℥ij. *saturejæ, thymi* an. ℥j. *inf. in vin. rhen. opt.* ℔viij. *st. in inf p. aliq. d. postea dest. in liquore destill. iterum inf. herb. serpill. c. flor.* ℥viij. *cass.*

lign.

lign. al. macis ana ℥ß. Incide in partic. minimas & post debitam digestionem denuo per alemb. in M. B. destilla; dosis ab ℥ß. ad ij. *Vid. corp. ph. p. 104. a.*

Aqua Benedicta *Quercetani.*

℞. *Croc. metall. opt.* ℥j. *aq. cardb.* ℔ij. *vel iij. cinam.* ℥ß. *macer. per bid. aut trid. tunc colatura servetur.* Vomitum excitat; dosis est ab ℥ß. ad j. *Vid. corp. ph. p. 156. a.*

Aqua Benedicta *Maetsii.*

℞. *Croc. metall.* ʒiß. *vin. Hisp.* ʒx. *inf. dig. & filtr. addendo syr. viol.* ℥ij. *sp. sulph. p. c. gutt.* xij. *F. Aqua vomitiva; dosis à* ʒij. *ad iv.*

Aqua Benedicta *Hartmanni.*

℞. *Vitr. antim.* ℥j. *vin. rhen.* ℔iij. *insol. donec. color. citr. induant, filtr. & F. Aqua emetica; dosis à* ℈j. *ad v.*

Aqua Benedicta *Brendelii.*

℞. *Vitr. ant. per se facti* ℥j. *vin. malv.* ℔iß. *macer. in loc. cal. donec cutem vinum contrahat, cute per filtrum rejecta mitior erit aqua vomitoria.*

Aqua Bezoardica *Londinensis.*

℞. *Fol. chelid. maj. cum rad.* miiiß. *rutæ* mj. *scord.* mij. *dict. cret. cardb.* ana miß. *rad. zed. angel.* ana ʒiij. *cort. citri limon,* ana ʒv. *flor. tun.* ℥iß. *rosf. rub. cent. min.* ana ʒij. *sp. vin. opt. vin. malv.* ana ℔iiiß. *succ. limon. acet. fl. tun.* ana ℔j *dest. s. a. destillato adde cinam.* ʒiij. *caryoph.* ʒiiß. *ther. Androm.* ʒiij. *mithrid.* ℥iß. *camph.* ℈ij. *Troch. de vipera* ℥ß. *macis* ʒij. *Xyloal.* ʒj. *sant. citr.* ʒiß. *sem. cardb.* ℥j. *citri* ʒiij. *macer. & dest. in M. B. F. Aqua.*

Aqua

Aqua Bryoniæ composita *Londinensis.*

℞. *Succ. rad. bryon.* ℔iv. *fol. rut. artem.* ana ℔ij. *scabin. sicc.* miij. *matric. nepeth. puleg.* ana mij. *ocymi dict. cret.* ana miß. *cort. aurant.* ℥iv. *myrrh.* ℥ij. *castor.* ℥j. *vin. canar. opt.* ℔xii. *macer. & dest. & F. Aqua hysterica in aff. mulier.*

Aqua Bursæ Pastoris *le Mort.*

℞. *Herb. Bursæ Pastoris cum toto* q. v. Conscindatur minutim, adde singulæ libræ, *aluminis crudi, vitrioli Martis* ana ℥.ſ. *aquæ* q. ſ. infundatur decem vel duodecim diebus, dein destillentur, ut moris est, liquor exceptus usui servetur. *Vid. corp. ph. p.* 58. *a.*

Aqua Caponis *Minsichti.*

℞. *Caponem quem ſ. a. coque in olla nova vitreata cum passul. min. pinear. rad. liquirit.* ana ℥j. *Jujubar. sebesten.* ana no. *xij. caric. rec.* no. *viij. Herb. pulmon. endiv. farfaræ lact.* ana ℥ß. *fl. viol. beton.* ana ʒij. *per act. coct. contus. omnib. in mort. lap. adde vin. canar. rec.* ℔iij. *aq. tussil. marrub. bugl.* ana ℔j. *mica panis albi lacte capr. macerat.* ℔ß. *conserv. borrag. rosar. polytrich.* ana ℥iv. *spec. diamarg. fr.* ℥ß. *cinam. acut. macis sem. anis.* ana ʒij. *m. dest. per alemb. ex M. B. & F. Aqua* *Vid. corp. ph. p.* 96. *a.*

Aqua Caponis *Augustanorum.*

℞. *Caponem evifcerat.* atque in frusta incisum deposita ping. decoque in ſ. q. aq. donec. carnes ab ossib. separentur, contundantur ad pultis formam recipe brodii colati ℔iiß. *aq. borrag. bugl.* ana ℔iß. *fl. rosar. viol. bugl. borrag.* ana ʒij. *cinam. elect.* ℥j. *dest. in alemb. vitr. ſ. a.*

Est aqua analeptica tabidis & à morbo longo extenuatis proficua. *Vid. corp. ph. p.* 97. *a.*

Aqua Caponis *de Spina.*

℞. *Caponem incisum & vino ablutum Herb. lact. endiv. pulm.* an. *mj. micar. pan. alb. in lact capr. p. n. macerat.* ℔ß. *Fl. borrag. bugl. viol.* an. ℥j. *liquirit.* ℥ß. *Pinear. pass. min.* ana ℥j. *jujub. sebest.* ana no. xij. *ficu* no. viij. *sem. anis. fœn. cinam. nuc. m.* an. ʒij. *incis. opt. adde vin. malv.* ℔iij. *aq. font.* ℔iv. *coq. in dupl. vase in B. p. 3. h.* dein impone vitr. cucurb. & dest. s. in MB. F. Aqua Antiphthisica.

Aqua Carbunculi *P. A. R.*

℞. *Fl. rorism. lil. conv. viol. borrag.* ana ℥iij. *lavend.* ℥j. *Herb. majoran. salv. nuc. m. macis zing. caryoph. cinam. galang. bacc. jun. visc. querc. sem. pæon.* ana ℥ß. *cardam.* ℥j. *vin. malv. aq. ros. fragor. lavend.* an. ℔iij. *f. ininf p. octid. in loc. tep. postea s. a. destillatio,* liquori destillato splendoris ergo aliquod folia auri immergantur.

Aqua carminativa *Dorncreilii.*

℞. *Flor. chamameli rom. m.* xxxiij. *cort. aurant. exter.* ʒvj. *Herb. abs. pontic.* mß. *cent. min. puleg. orig.* an. Pj. *sem. anethi* ℥ij. *anis. fœn.* ana ℥j. *carvi* ℥ß. *cardb.* ℥ij. *mariæ* ʒvj. *incisa & contusa inf. per octid. in aq. chamam.* ℔viij. *postea in MB. destill.*

Discutit flatus & lenit dolores ventricul. & intestinorum.

Aqua carminativa *Norimbergensis.*

℞. *Flor. chamom. rom. m.* xxx. *incid. & contund. infundanturq; per horas* 24. *in aq. chamom.* ℔xv. *vin. gener.* ℔vj. *hinc exprime fortissimè, in colatura iterum inf. horis* 24. *alii flores chamom. comm. ad* mxxiv. *exprim. & colen-*

colentur, in colatura macera fl. chamom. mxij. *flaved. cort. aurant.* ℥iß. *Herb. abs. pont* mij. *cent. min. puleg. orig.* ana miiß. *sem. aneth.* ℥iij. *anis. fœn.* ana ℥iß. *carvi, cumini, ardb. mariæ* an. ℥j. *Bacc. junip. lauri* an ℥ß. *st. hora* 24. *tunc in M. B. lente destilla. Vid. corp. ph. p.* 99. *a.*

Aqua carminativa *Riverii.*

℞. *Flaved. cort. citri aurant.* an. ℥iß. *cal. arom.* ℥j. *Galang.* ℥iij *cinam. el. sem anis. fœn.* an. ℥ij. *cumin.* ʒvj. *Bacc. jun. rec.* ℥ß. *lauri* ℥iij. *affund. vin. malv.* ℔vj. *st. p.* 6. *d. in loc. cal. postea dest. ex MB.* Vid. *corp. ph. p.* 99. *a.*

Aqua carminativa *Ettmülleri.*

℞. *Fl. cham. rom. samb. herb. menth. rut.* anā miij. *Bacc. jun.* ℥iiß. *lauri* ʒvj. *sem. cumin.* ℥j. *anis fœn.* ana. ℥ß. *cal. arom.* ℥iß. *cort. aurant.* ℥iij. *cinam.* ʒvj. *Zedoar.* ʒiij. *asperg. sp. nitr rectif.* ʒvj. *inf. in sp. vin. st. p.* 14. *h. in BM. diger. lento igne tandem dest. per alemb. F. Aqua in colica usurp.*

Aqua carminativa *de Spina.*

℞. *Caryoph. nuc. m. macis* ana ℥j. *cardam.* ℥ß. *sem. coriand. pp. anis. fœn.* an. ʒiij. *tabul. arom. ros.* ℥j. *conserv. ros.* ʒiß. *incisa dig. in vin. malv.* ℔vij. *dest. in B, & edulc. sach. F. Aq.*

Aqua Catarrhalis *de Spina.*

℞. *Flor. salv. anth. lavend. caryoph. nuc. m. cinam. sacch.* ana ℥ij. *gran. parad. macis Zedoar. sem. coriandr. Pip. long. nigr.* an. ℥j. *Fol. rut. abs.* an. ʒij. *Pom. aurant.*

no. j. *cont. grosso modo dig. per al. d. in vin. cret.* ℔iv. *alb. opt.* ℔vj. *dein. dest. per arenam.*

Aqua cinamomi Epileptica *Norimberg.*

℞. *Cinam. opt.* ℔i. *sem. pœon. rec.* ℥i. *sclareæ caryoph.* ana ʒv. *visc. q. rad. pœon.* ana ℥iß. *incisa & contus. macer. in aq. cinam.* ℔v. *p. d.* 8. *dein. f. dest. per. B. Vid. corp. ph. p.* 108. *a.*

Aqua cinamomi Cordialis *A.*

℞. *Aq. borrag, bugl. ros. viol.* ana ℔i. *cinam. el.* ℥iii. *post infus. trid. f. destillatio. Vid. corp. ph. p.* 108. *a.*

Aqua cinamomi cydoniata *A.*

℞. *Succ. cydon. rec. expr.* ℔iii. *cinam. el.* ℥iiß. *f. per trid. infus. & tum destillatio. Vid. corp. ph. p.* 108. *a.*

Aqua è corde cervi *de Spina.*

℞. *Herb. meliss. thym.* ana miß. *fl. borrag. bugl. anth. til.* ana ℥i. *ros. r. viol.* ana ℥iß. *cort. citri, sant. citr. alb.* ana ʒvi. *rad. angel. scorzon. zedoar.* ana ℥ß. *caryoph. nuc. m. galang. macis. sem. basil.* ana ʒiii. *spec. diarrh. Abb. latif. Gal.* ana ʒii. *cord. cerv.* no. ij. *incis. & contus. inf. in aq. ros. borrag. bugl. pœon. meliss. beton. tussil.* ana. ℔i. *vin. malv.* mens. iii. *dein dest. s. a. F. Aqua confortativa.*

Aqua cordialis odorato *Timæi.*

℞. *Flor. ros. rub. pallid.* ana miii. *viol. tun.* ana mj. *Jasm. til. calend. borrag. bugl.* an. Pii. *pom. citr. rec.* no. v. *aurant.* no. iii. *styr. cal.* ʒvi. *cinam. acut.* ℥iß. *caryoph.* ℥ß. *macis* ℥iii. *lign. rhod.* ʒvi. *sant. citr. alb.* ana ʒiii. *rad. irid. fl.* ʒvi. *incis. & conquass. aff. aq. ros. fragr* ℔iv.

℔iv. *lavend.* ℔iii. *meliss.* ℔ii. *fragor. rub. id.* ana ℔i *m. dest. Vid. corp. ph. p.* 110. *a.*

Aqua cordialis è succis *Timæi.*

℞. *Succ. cerasor. acidor.* ℔ii. *rub. id.* ℔iß. *ros. rub. pallidar.* ana ℥ix. *granat. acido-dulcium citri acetosellæ* ana ℔j. *borrag. bugl.* ana ℔ß. *M. & in B. dest. Vid. corp. ph. p.* 110. *a.*

Aqua cordialis frigida *Norimberg.*

℞. *Ros. rub contus.* ℔ß. *sant. alb. citr.* an. ℥ß. *flor. cord.* an. ʒii. *m. & inf. in aq. & succ. seq. scilic. aq. acetosell. nymph. frag. viol. borrag. bugl. succ. rub. id.* ana ℔i. *depur. cydon, limon. citri* ana ℔ß. *m. dig. per al. d. postea in M. B. per alemb. abstrahantur, addendo aq. cinam. fl. cord.* ℔iß. *Vid. corp. ph. p.* 110. *a.*

Aqua cordialis frigida *Hoffmanni.*

℞. *Fl. nymph. alb. rec. borrag. rec. bugl. rec.* ana ℥i. *fol. meliss. citr.* mvi. *cort. citri rec. extim. de pom.* no. vi. *sant. citr. incis.* ℥i. *fl. ros. rubr. muriâ condit.* mvi. *incis. & contus. inf. in aq. acetos. rec. dest. fl. borrag. ex vitro dest. meliss. citrat. rec. dest. pom. redol. per ferm. parat. ceras. nigr. rub. idæi* an. ℔i. *dest. per alemb. vitr. destillato adde succi citri opt. depurat. rec. q. s. pro grato acore spiritus cort. citri ad sing.* ℔ ℥ß. Aqua hæc confortans est in febrib. ard. & malignis, *Vid. corp. ph. p.* 115. *a.*

Aqua è corde cervi *Hoffmanni.*

℞. *Cor cervi recens scind. in partes min. lavetur ex vino opt. & purgetur bene à sanguine concreto, huic adde rasur. lign. sassafr.* ℥i. *caryoph. nuc. mosch* an. ʒiiiß. *gran. parad.* ʒii. *cardam. galang. cal. arom* ana ʒiiß. *fl. anth. ros. rub. viol. martial.* an. mß. *borrag. summ. meliss.*

meliss. miiß. *semin. citr. sinap. alb.* an. ℥i. *spec. elect. de gem. fr.* ℈iv. *m. omnia ac ind. vasi vitreo aff. vin. malv. canth.* vi. *dest. lento igne ex org. vitr.*

Aqua cœlestis *Londinensis.*

℞. *Cinam.* ℥i. *Zingib.* ℥ß. *sant. omn.* an. ʒvi. *caryoph. galang. nuc. m.* ana ʒiiß. *macis, cub.* an. ʒj. *card. utr.* ana ʒiij. *Zed.* ℥ß. *sem. melanth.* ʒiij. *anis. fœn. dauc. sylv. ocym.* an. ʒiß. *rad. angel. glyc. caryophyllat. valer. min. cal. arom. fol. hormin. thym. calam. puleg. menth. serpill. majoran.* an. ʒij. *fl. ros. salv. rorism. beton. stœch. borrag. bugl.* ana ʒiß. *cort. citr.* ʒiij. *sp. vin. opt.* ℔xij. *dig. & dest. s. a. adde aqua dest. sp. diambr. arom. ros. diamosch. d. diamarg. fr. diarrh. abb. el. degem.* ana ʒiij. *sant. citr.* ʒij. *mosch ambr. gryſ. in nod.* an. ℈j. *Julep. ros.* ℔i. *M. F. Aqua confortans cephalica.*

Aqua Caponis composita *Londin.*

℞. *Caponem evisceratum* & in frusta incisum; dempta pinguedine, decoque in s. q. *aquæ font.* vase clauso.

℞. *Brodii expressi* ℔iij. *Aq. Borraginis, violarum* ana ℔iß. *Vini albi* ℔i. *Flor. rosar. rubr.* ʒiiß *Violarum Borraginis, buglossæ* an. ʒj. *Micarum panis è furno calentis* ℔ß. *Cinam. confracti* ʒß.

Destillentur in alembico vitreo s. a.

Aqua Cancrorum, *Eph. Cur. Dec.* I. *Ann.* vij.

℞. *Cancror. fluviatil. & contus.* num. 30. *Sempervivi maj.* mvi. *Fl. prunell.* mij. ▽ seu *liquoris transcolati sperm. ranar.* ℔iij. *Rosar. phlegm. Vitriolati* an. ℔ß. mixta destillentur in B. V. seu M. & aqua prolecta tingatur torna solis.

In gutturis & faucium inflammatione, ulceribus palati,

palati, pro collutione oris tepide sæpius adhibita, insignis est usus & effectus.

Aqua Carbunculi *Norimbergensium.*

℞. *Nuc. Moschat. Cinamomi, macis, Cardamomi, Cubebarum, Caryophyllor. Granor. Paradisi, Juniperi, Galangæ, Sem. Pœon.* an. ℥j. *Flor. lilior. convall. Anthos. Violarum, Pœoniæ,* an. ʒiij. *Herb Majoran. Salviæ, Scabiosæ, Menthæ,* an. ℥iß. *Vini Rhenani* ℔vi. *Aq. fl. Lavendulæ, Rosarum, Fragorum.* an. ℔iv. Fiat s. a. destillatio. *Vid. corp. ph. p. 99. a.*

Aqua Carbunculi *Schrœderi.*

℞. *Flor. Anthos. Lilior. convall. violar. Borrag. Herb. Majoran. Salv. min. Lavendul. Endiv. Spicæ* ana ℥j. *Nucis Moschat. Zingib. Macis, Caryophyllor. Cinamomi, Cardamomi, Gran. Paradisi, Cubebar. Galang. Visci querc. Avellanar. Sem. Pœon. Rasur.* CC. ana ʒj.

Incidantur & infundantur in

Vini malvatici, Aquæ lavendulæ, Spicæ, Rosar. Fragor. ana ℔iij *Vini albi generosi* ℔ij.

Postea adde;

Auri foliati, Margarit. *Off. de Cord. C. Lap. percar.* ana ℥ß. M*oschi* q. v.

Et fiat s. a. destillatio ex M. B.

Prædicatur aqua cordialis & cephalica internè & externè adhibita. *Vid. corp. ph. p. 97. a.*

Aqua Carminativa sive Anticolica *Minsichti.*

℞. *Flav. Cort. Aurant.* ℥vj. *Bacc. lauri, Rad. Zedoar. Juniperi* an. ℥j. *Calami arom. Galang. min. Cinamomi acuti* ana ℥j. *Sem. 4. calid. maj. & min. Cherefolii, Nigellæ, Anethi* ana ʒiij.

Crassiuscule contusa & mixta infundantur in *vini malv.* ℔viij per octiduum, postea adde:

Aquæ è succo Chamomill. ter dest. Serpilli cum vino dest. ana ℔j.

Misceantur & ex M. B. destillentur. *V. corp. ph p.* 100. *a.*

Aqua Carminativa *Zvvelfferi*

℞. *Aq. flor. Chamomill. sine addit. stillat.* ℔vj. *Anethi ex summit. cum vino generoso stillat.* ℔v.

His mixtis immergantur:

Flor. Chamomill. Rom. recent. ℥vj. *Herb. recent. melissæ, Origani, Thymi* ana ℥iij. vel iv. *Sem. Aneth. Anisi, fœniculi. Carvi* an. ℥iß. *cumini* ℥j. *Flaved. seu cort. Aurantiorum. Citri recent.* ana ʒij. *Baccar. lauri, Juniperi* an. ℥iß. *cinamomi acuti* ℥ij. *Macis* ℥j.

Factâ maceratione brevi destillentur in Baln. n. Vaporoso, ad siccitatem specierum; Aqua servetur usui.

Carminativa est, adeoque iis, qui Colica flatulentâ, torminibus ventris, & crebris eructationibus nitrosis cruciantur, utilissima: Roborat caput & ventriculum, digestiones vitiatas corrigit. Dosis ℥j. vel iß. *Vid. corp. ph. p.* 106. *a.*

Aqua Carminativa *Rolfinci.*

℞. *Rad. Zedoar. Galang. Angelic. Ireos Flor.* ana. ℥ij. *Acori veri, Helenii* an. ℥iij. *Cort. Aurant. citri* an. ℥j. *Sem. Anisi Fœnic. Cumini,* an. ʒij. *Flor. Chamæmeli, Sambuci cent. min.* an. mß. *Fol. calaminth. mont. Menthæ Crisp. Salviæ, Hyssopi, Cinamomi, Caryophyllor. Macis* an. ℥ß. *Sp.* Vin. *è fecibus canth.*I. *Vini generosi,* q. s.

Postquam incisa & contusa steterunt in digestione, destillentur ex vesica. *Vid. corp. ph. p.* 100. *a.*

Aqua

Aqua Carminativa *Schrœderi.*

℞. *Flor. chamomill. Rom.* m. XXX.

Incidantur & contundantur, infundanturque per horas xxiv. in

Aquæ chamomill. ℔x. vel xv. *Vini generosi* ℔iv.

Hinc exprimet fortiſſimè in colatura iterum infundantur horis xxiv. *alii flores chamomillæ comm.* m. xxiv. poſtea exprimantur, colentur, in colatura verò macerentur.

Flor. Chamomill. mxij. *Flav. cort. aurant.* ℥iß. *Herb. abſynt. pont.* ij. *Centaur. min. Pulegii. Origani.* ana miß. *Sem. Anethi* ℥iij. *Aniſi, Fœnic.* an. ℥iß. *Carv. Cumini, Card. ben. Mariæ,* ana ℥ß *Bacc. Juniperi, lauri* ana ℥ß.

Stent horis xxiv. tunc leni MB. calore deſtillentur. *Vid. corp. ph. p.* 100. *a.*

Aqua Caſtitatis *Minſichti.*

℞. *Terræ ſigillatæ* ℥iij. *Sem. agni caſti,* ℥j. s. *Rutæ, Nymphææ, Lactucæ, papav. alb.* ana. ℥j. *Cannabis acetoſæ, Portulac. Milii ſolis, Endiviæ, Ameos. Coriand. præp.* ana ʒvi. *Rad. Diptam. a.* ℔. *Cinogloſſ. Biſtortæ, Ireos flor.* ana ℥ß. *Santalor. omnium, Mag. Saturni, Camphoræ* ana ʒiij. *Herb. abſynthii pont. Menthæ criſp. Burſæ paſtor. Taranac. Verbenæ Fol. Sacilis,* ana. ʒij.

Incidantur, contundantur & infundantur in *Vini rub. ſtiptici* ℔x. permittantur in digeſtione per octiduum, poſtea per M. B. deſtillentur. *Vid. corp. ph. p.* 101. *a.*

Aqua ad Catarrhos deſiccandos *Schrœderi.*

℞. *Serpilli* q. v. immitte cucurbitæ, & affunde *vini Malvat.* ad eminentiam, relinque in cella, per tres ſepti-

ſeptimanas, poſtea deſtilla leniter, & in hac aqua macerato raſuræ ligni ſaſſafr.

Similem deſcriptionem tradit *Hoffmannus* in clave Schrœderiana.

℞. *Summitatum ſerpilli campeſtr. recent. in primo ejus flore q. l.* affunde *vini Malv.* q. ſ. ut tres emineat digitos, inſolentur in cucurbita capaci probe clauſa per xiv. dies & noctes aut circiter, tunc deſtilla; *Deſtillatum affundatur recentibus ſumitatibus*, iterumque, ut anteà, digerantur ad Solem & deſtillentur. Tandem in qualibet libra aquæ hujus infunde *Raſuræ ligni ſaſſafr.* ℥ß & tempore uſus q. ſ. per inclinationem ſepara.

Doſis eſt cochlear j. veſperi quando catarrhi moventur, reſolvit lympham craſſam, inde præſervat ab apoplexia, epilepſia, nec non in calculo renum eſt efficax. *Vid. corp. ph. p.* 104. *a.*

Aqua Cephalica Caroli V.

℞. *Herb. Anthos. Majoran. Flor. anthos. Salviæ, Lavendul. Lilior. convall. Roſar. Tunicæ,* ana miij. *Cinamomi, Macis. Granor. Paradiſi, Cardamomi, Caryophyll. Cubebar.* ana ℥ß.

Inciſa & contuſa groſſe, infundantur in Spiritus vini ℔viij. per aliquot dies & noctes, tum deſtillentur ex MB. *Vid. corp. ph. p.* 102. *a.*

Aqua Cephalica calida *Timæi* v. g.

℞. *Herb. Beton Meliſſ. Verbenæ* an. mij. *Flor. Salviæ, Anthos. Betonic. Cheyri, Serpilli, primul. Veris. Stœch. Arab. Lavendulæ, Tiliæ, Lilior. convall.* ana mß. *Summit. Majoranæ* mj. *Cinamomi acuti, Nuc. Moſchat. Cubebar. Caryoph.* an. ℥ß. *Gran. Parad.* ʒij. *Bacc. laur.* ℥ß.

Inciſis

Incisis & conquassatis affunde; *Vini Malvatici* ℔ xii.

Stent in digestione per triduum, postea destillentur. *Vid. corp. ph. p.* 103. *a.*

Aqua Cephalica & Epileptica
FF. ex Schrœdero.

Recip. *Flor. lilior. convall.* ℔. iß. *Pœon. Lavendul. Betonic.* ana ℔j. *Tiliæ. Primul. veris* ana ℥iij. *Herb. Botryos cum flor.* m. j. *Rad. Pœon.* ℥iiß. *Aristoloch.* ℥iß. *Diptam. alb.* ℥j. *Sem. Pœon.* ℥iiß. *Cubebar.* ℥j. *Piper nigr.* ℥ß. *Visc. querc.* ℥j. vel ʒij. *Corylini* ʒiij.

Macerentur in *vini Malvatici* ℔. viij. per octo ♂ dein destillentur ex M. B.

Si aquæ hinc destillatæ infunditur: *Castorei* ℥ß. vocatur aqua Cephalica cum Castoreo. *Vid. corp. ph. p.* 103. *a.*

Aqua Cephalica frigida Timæi
ex Succis.

Recip. *Sem. Lactucæ* ℥iß. *Papav. alb.* ʒvi. *frigid. maj. excort.* ana ʒij. *Amygd. d.* ℥iiß. *Aquæ rosar. opt.* ℔ij. Misce, fiat emulsio, huic adde:

Succi rosar. rubr. Pallidar. ana ℔iß. *Plantaginis Nymphea*, *Lactucæ*, *Acetosæ* ana ℔j. *Ligni Rhodii pulv.* ℥ß.

Mixta destillentur in M. B. ex vasis vitreis. *Vid. corp. ph. p.* 103. *a.*

Aqua Cephalica Aurea
Langii.

Recip. *Vini albi opt.* mens. j. *Aquæ still. cerasor. nigr.* ℔iß. *Flor. lilior. convall.* m. x. *Lavendulæ* m. iß. *Anthos* m. j. *Caryophyll. Macis.* ana ℈ij *Cubebarum* ʒß.

Visci

Viſci quercini radic. pœoniæ, Dictamni albi ana ʒij.

Incidenda incidantur & conquaſſentur conquaſſanda, ac poſt factam aliquamdiu digeſtionem deſtillentur ex M.B.

Inſignis prædicatur eſſe auxilii in catarrhis frigidis, aſthma inducentibus, inſultibus item epilepticis. &c. *Vid. corp. ph. p.* 104. *a.*

Aqua Cephalica Aromatica
ex Schrœdero.

Recip. *Nuc. Moſchat.* ℥j. *Galang. Calam. aromat.* ana ℥ß. *Macis caryophyllor. Cinamom.* ana ℥j. *Flor. lavend.* miß. *Vini Rhenani* ℔ij.

Stent in infuſione, poſt deſtillentur.

Vires: Non capiti ſolùm, ſed & ventriculo maximè convenit, imbecillitati eorum ſuccurrendo, cruditates inde ortas corrigendo, & diſcutiendo. Sennert. in inſtitut. *Vid. corp. ph. p.* 105. *a.*

Aqua Cephalica D. H. P.
ex Theſ. Hoffm.

Recip. *Flor. lil. convall.* m. viij. affunde *vini Rhenani* ℔ij.

Stent per XIV dies, poſtea adde:

Flor. Pœon. m. iij.

Stent iterum per tres dies, poſtea deſtilla ex M.B. & in aqua prolecta infunde;

Flor. Anthos. Lavendulæ. Stœchad. Arab. ana m. j. *Caryophyll.* ℥ij. *Nuc. Moſchat.* ʒiß. *Cubebar.* ʒj. *Radic. Pœon.* rec. ℥j.

Stent in infuſione, poſtea deſtilla & deſtillato adde *Ceraſor. nigr. ſylv. enucleatorum contuſorum.* m. j.

Vires: In hemicrania, cephalalgia, catarrhis ex frigido ortis non ſunt contemnendæ. Doſi coch. j. vel ij. tempore veſpertino, *Vid. corp. ph. p.* 105. *a.*

Aqua

Aqua Cinamomi *Bruxellens.*

Recip. *Cinamomi ruditer contusi* ℔ß. *Vini albi* ℔iiij. ▽ *Buglossæ. Melissæ* ana ℔ß.

Macerentur simul per tres dies in cucurbita bene obturata, deinde destillentur per refrigeratorium, & sic propter oleum anamomi commixtum erit lactei coloris, quæ ejus perfectionis nota est. *Vid. corp. ph. p.50. a.*

Aqua Cinamomi *Amstelodamensium.*

Recip. *Cinamomi contusi* ℔iß. *Aquæ hordei* ℔viij. destillentur f.a. *Vid. corp. ph. p.49. a.*

Aqua Cinamomi *Ultrajectin.*

Recip. *Cinamomi electi, & grosso modo contusi* ℔iß. *Aquæ rosarium* ℔iiij. *Vini albi* ℔ij.

Destillentur secundum artem in M.B. quamdiu aqua lacteum colorem servaverit. *Vid. corp. ph. p. 49. a.*

Aqua Cinamomi Buglossata *Minsichti.*

Recip. *Aq. Buglossæ*, lib. vi. *Flor. Violarum*, *Rosarum* ana lib. ij. *Cinamomi acut.* lib. j. *Cort. Rad. Bugloss.* Unc. iij. *Flor. Borraginis*, *Melissæ*, ana unc. j. *Spec. diarrhod. Abb.* Unc. S.

Misceantur & post debitam digestionem in Bal. Mar. destillentur *Vid. corp. ph. p.* 108. *a.*

Aqua Cinamomi Florum Cordialium *Norimb.*

Recip. *Cinamomi acuti* libras duas. *Florum Borraginis recent. Buglossæ recent. Rosar. incarnat. recent.* ana manipulos tres. *Aquæ Borraginis. Buglossæ. Violarum.* ana libram unam f.

Fiat

Fiat destillatio per Mariæ Balneum : *Vid. corp. ph. p.* 108. *a.*

Aqua Cinamomi hordeata *Batean.*

Recip. *Aquæ hordei depuratæ* ℔ viij. *Cinamomi opt.* ℥xij

Macera & destilla s. a. ex M. B *Vid. corp. ph. p.* 109. *a.*

Aqua Cochleariæ *le Mort.*

Recip. *Herb. cochlear. cum toto* m. x.

Conscindatur leviter, hinc superfunde *vini Gallici* pintas tres ; Sal. tart. ʒij.

Fiat destillatio in M.B. donec circiter pintæ duæ semis prodierint, quæ ad usum reserventur. *Vid. corp. ph. p.* 54. *a.*

Aqua Confortans usitata *Augustanorum.*

Recip. *Aquæ cerasorum nigrorum, Rosarum, Borraginis, Buglossæ, Flor. Violarum. Tiliæ* ana ℥vj. *Cinamomi optim.* unciam unam sem. *Margaritarum præparatarum* scrupulos ij, *Coralliorum alborum, præparatorum* ʒj. *Cornu cervi spagir. præparati* scrupulos iv. *sacchari perlati* uncias quinque.

Misce ad vitrum pro usu.

In omni debilitate & languore virium exhibetur, spiritus animales puriores reddit, sensuum internorum & externorum organa reficit, atque ita generale quasi confortans omni ætati, sexui, & morbo accommodatum exsistit. *Vid. corp. ph. p.* 109. *a.*

Aqua Confortans usitata : *Norimbergensium.*

Recip. *Aq. Cerasorum nigrorum, Rosarum, Borraginis, Buglossæ, Rubi idæi, Flor. violarum* ana ℥ij. *Cinamomi opt.* ʒvj. *Margaritar, pulv. Corall. rubr.* ana ʒß. *Smaragd. pulv. CC. Spagir. pp.* ℈ij. *Confect. manus Christ. perlatæ* ℥iiß. Misce.

Vi-

Viribus priori non cedit. *Vid. corp. ph. p. 109. a.*

Aqua cordialis Temperata *Augustan. Veter.*

Recip. *Cinamomi acutissimi* uncias tres. *Corticum citri exteriorum* unciam semis, *Ligni aloes optimi*, *Cassiæ ligneæ veræ. Santalorum omnium* ana drachmas duas. *Sem. Ocymi Caryophyllati. Acetosæ* ana drachm. tres. *Galangæ. Caryophyllorum. Macis. Nucis Moschatæ* ana drachm. unam semis. *Cubebarum. Granorum Paradisi. Cardamomi. Spicæ indicæ*, ana drachm. unam. *Cuspidum succulentorum cornu cervi junioris & recenter capti* uncias iiij.

Incisa & trita irrorentur in phiala vitreata, aspersis: *Succi limonum crudi, colati* unciis sex,

Stent ita per noctem, tunc affunde:

Vini Malvatici, Granorum acido dulcium, succi pomorum subacidorum crudi & colati, è rubo idæo ana libram unam semis. *Ros. violarum*, ana libram unam. *Acetosellæ. Cerasorum nigrorum. Melissæ* an. libram semis. Addendo:

Flor. Borraginis. Buglossæ. Rosarum. Anthos ana unciam semis. *Croci Austriaci* scrupulos duos.

Specierum cordialium temperat. incompl.

De gemmis frigidi. Diamargati frigidis. Rosatæ novellæ ana drachm. duas. *Conservæ rosarum rubearum* vet. uncias quatuor.

Macerentur infusa in vase vitreo probè clauso diebus octo, deinde diligenter Alembici osculis occlusis, ne quid evaporet, per balneum artificiosè destillentur, collectus subinde & in aliud vas vitreum reconditus liquor usui asservetur, in cujus media parte suspendatur sacculus, in quo:

Ambræ Gryseæ veræ. Moschi orientalis ana gran. septem contineantur.

Reliqua medietas servetur incompleta.

In subito virium lapsu ex defectu Spirituum animalium aut vitalium, cerebrum & cor mirificè recreat: unde apoplecticis, epilepticis, paralyticis, Cardiacis & syncopticis commodissimè exhibetur. Insuper analeptica est, & ex morbis diuturnis convalescentes insigniter roborat, viresque corporis universi manifestè restaurat. *Vid. corp. ph. p.* 110. *a.*

Aqua Cordialis calida *Zvvelfferi.*

Recip. *Cortic. aurantiorum, Citri seu Limon.* ana *recent. & extim.* uncias quatuor. *Rosar. recent. seu sale condit.* libr. unam. *Flor. Tunicæ recent. Aurantior. recent.* ana uncias tres. *Herb. recent. Basiliconis. Melissæ citratæ* ana uncias quatuor. *Cinamomi* opt. *acuti* uncias quatuor semis. *Macis. Nucum. Moschat.* ana unciam unam semis. *Caryophyllor.* unciam unam. *Croci Austriaci seu Orient.* drachm. sex. Quibus incisis & contusis, nec non cucurbitæ vitreæ immissis superinfundantur:

Malvati seu *Hispanici vini*, libræ quinque. *Aq. fragorum. de rubo Idæo, lilior. convall.* ana *sine addit. stillat.* libra una;

Facta digestione destillentur, immissis alembici rostro, in petia ligatis.

Ambræ gryseæ, Moschi orient, ana scrupul. un. *Croci Austriac.* drachm. semis.

Aqua pretiosa & fragrans servetur usui; Animi deliquia & Lipothymias arcet, morbis chronicis & inveteratis detentos solatur. Interne (ubi ægri non nimium ferveant) & externè madefactis eâ linteolis, cordi & pulsibus adhibetur. *Vid. corp. ph. p.* 113. *a.*

Aqua Cordialis frigida *Zwelfferi.*

Recip. *Aquæ fragor. Rubi Idæi. Melissæ citrat. Flor. Borrag. Bugloss. Violar. Martial. Tunicæ. Lilior. convall.* ana per se absque additione ▽ simpl. in Baln. vaporoso det. ℔j.

His aquis immergantur:

Rosar. recent. pallid. ℔ij. *flor. tunic.* rec. ℥viij. *Cort. sive flaved. aurant. citri* ana ℥iiij. *Cinamomi opt.* ℥iiiiß. *Nuc. Mosch.* ℥j. *Croci* ana ℥vj.

Factâ brevi maceratione destillentur ex B. Vapor. ad specierum siccitatem ferè, & aqua prolecta servetur. *Vid. corp. ph. p. 113. a.*

Aqua Cordialis Herculis Saxoniæ calida *ex Schrœd.*

Recip. *Cort. citri. fol. Meliss. Ocym. Vincetoxic. Flor. Caryophyll. Rosmar. Saturejæ. Summ. Diptamni. Scord. Petrosel. Fœnic.* ana Mj.

Infundantur in ſ. q. *Vini odorato*, aut *Malvatici*, per ♂ (3) postea destillentur, in destillato iterum infundantur: *Caryophyll. Macis, Nucis Mosch. Lign. Aloes.* ana ʒij.

Destillentur denuò.

N. addi possunt grana aliquot *Moschi & Ambræ. Vid. corp. ph. p. 114. a.*

Aqua Cordialis Herculis Saxoniæ frigida *ex Schrœdero.*

Recip. *Succ. Borrag. Bugloss. Meliss. Acetos. Oxylapath. Trinitat. Bistort. Cyan. Cærul. Calendul. Limon. Citr.* ana libr. j. *Acet.* lib. j. (alii lib. ſ. alii iß.) *Sem. citri. Protulac. flor. Nymph. alb. Violar. rosar.* ana ℥j. *Terr. sigillat. strig. Bol. armen. or. Terr. ‹emn.* ana ʒiij. *Spec. diatr. Santal.* ʒij. (alii omittunt.) *Camphor.* ʒj.

Infundantur species in succis macerenturque ♂(3) Hinc destillentur per alembic. vitreum in M. B. *Vid. corp. ph. p.* 114. *a.*

Aqua Cordialis Calida *Minsichti.*

Recip. *Cinamomi acuti.* unc. iiij *Rad. caryophyllat.* unc. iij. *Caryophyllorum, terræ sigillat.* ana unc. j. *Cardamom. utriusque Galangæ min.* Macis *Zedoariæ. Flav. Cort. Aurantior. Cort. citri Sem. Ocymi caryoph.* ana unc. ſ. *Ligni Aloes odorat. Croci oriental. Spicæ Indicæ. Pulegii exsiccat.* ana drachm. iij. *Flor. Borraginis, Buglossæ.* ana drachm. I. S.

Pulverisata & mixta infundantur in *vini Malvatici* libras IV. Stent in infusione per octiduum; postea adde:

Aqua Cinamomi cumvino destill. flor. Tunicæ ana lib. 5. *Rorismarini Lavendulæ.* Melissa *Salviæ* ana lib. j.

Misce & in B. M. per Alembicum abstrahe. *Vid. corp. ph. p.* 116. *a.*

Aqua Cordialis frigida *Minsichti.*

Recip. *Conſ. rosar. rub.* lib. j. S. *fruct. rubi Idæi* lib. j. *Spec. diarrhod. Abb. Diamargar. frig.* ana unc. j. ſ. *Sem. Oxalidis* unc. j. *Santalor. omnium* an. unc. S. *flor. cordialium* ana Drach ij.

Misc. & infunde in aquarum sequentium:

Acetosellæ, Nymphea, Fragorum, Violarum, Borraginis, Buglossæ ana lib. j.

Mixta digerantut per aliquot dies; postea iterum adde:

Aq. Cinamomi Buglossat. lib. j. S. *Succ. depurat Cidonior. Limonum. Citri.* ana lib. S.

Denuò misce & in B. M. per Alembicum abstrahe. *Vid. corp. ph. p.* 116. *a.*

Aqua

Aqua è Corde Cervi *Minsichti.*

Recip. *Cord. cervi minutim incis.* No. j. *Cinamomi acut.* unc. S. *Caryophyllor. Cardamom.* min. *Galang. min. Macis. Croci* or. ana drachm. ij. *Lign. Aloes. Santal. Citrin. Cort. citri Sem. Ocymi caryophyll.* ana drachm. js. *Flor. Lavendulæ Rorismarin. Melissæ. Salviæ.* ana drach. j. Macerentur in *vini Malvatici* lib. VI. per noctem & mane in B. M. per Alembicum destillentur. *Vid. corp. ph p.115. a.*

Aqua Cordialis restaurans *de Spina* ex *Schrœd.*

℞. *Corn. cerv. mollis & tenelli* in taleolas sect. ℔ ij. *Succ. carnis vitulin. & Caponis* in duplici vase, s. a. extract. ℔ ij. *Succ. pomor. redolent.* ℔ j. *Buglos. Acetosell. Trifol. acetos. Vini optim.* ana ℔ ß. *Lign. Santal. Citrin. Rhod.* ana ℥ vj. *Aloes* ℈ ij. *Cinamom.* ℥ j.

Digerantur omnia per ☍ 2. destillentur in M. B.

Recip. *Hujus aquæ* ℔ iiij. *Succ. citri recent.* q. s. ad gatam aciditatem. Deinde adde:

Flor. Caryophyll. rub. p. iiij. *Borrag. Bugloss. Violar.* ana p. ij. *Ros. rub.* p. iij.

Extrahatur Tinctura, cui adde *conf. Alkermes* ℥ iij. *de Hyacinth.* ℥ iß. *Magist. margarit. Corall. rub.* a. ℥ j.

Digerantur & serventur pro usu.

Vires: Spiritus vitales languidos mirificè reficit, adeoque convenit in syncope, palpitatione aliisque affectibus cordis. Dos. cochl. s. vel integrum. *Vid. corp. ph. p. 114.*

Aqua Corticum Arantiorum *le Mort.*

℞. *Cort. Arant. recentium* lib. x. *Salis communis* M. v.

Stent in infusione in sufficiente quantitate aquæ communis per duas vel tres septimanas, donec albe-

 do

do interna emolliri incipiat, & fragrantissimum spirent odorem, dein destillationem committe, addita majori copiâ aquæ; sic aqua obtinetur fragrantissima albicans, quæ albedo in omnibus aquis stillatitiis signum est Spirituositatis & mixturæ oleaginosæ. *Vid. corp. ph. p.* 53 *a.*

Aqua Cosmetica. D. D. C. *Pro Principissa d'Eggenberg. Ephem. Cur. Dec. I. Anno VII.*

Recip. ▽ *Fl. Fabar. Nymphaæ, Lilior.* alb. ana ℥ij. *Rad. Sigill. Salom. Sperm. Ran.* ana ℥iß. *Rosar. alb.* ℥ß. *Magister. marcasitæ* ℈iiij. *Sacch.* ♄ni *Cristallin.* ʒj. *Camphoræ* ℈ii. ☉o Tartari per *deliq.* gutt. xxiiij. M. fiat Aqua, cui tempore usus ad cochleare aquæ admisce *Tincturæ cosmeticæ ex Balsam. albo Ægypt. factæ* gutt. ij. vel iij.

Hæc aqua faciem rubram refrigerat, & albedinem conciliat, ac cutem tenerrimam reddit.

Aqua Diuretica ex nucleis Francof. *ex Schrœdero.*

Recip. *Flor. samb. sicc.* ℥vi. *amygd. amar.* ℥j. *nucl. persic.* ℥x j. *ceras.* ℥iij. *incisa & grosse contusa macera in vin. malv. mens.* iiß. *hinc. dest. in* M. B. Insignium virium est in alterando calculo abstergendis uteribus urinaque cienda. Dosis cochl. j. *Vid. corp. ph. p.* 146. *a.*

Aqua Diuretica *de Spina.*

Recip. *Rad. irid. fl. pimp. enul.* an. ʒvj. *fœn. gram.* an. ℥ß. *Bacc. laur. jun.* ana ʒiij. *halicac.* ℥ß. *liquir. ras.* ʒiij. *herb. hyss. marrub. salv. veron. cap. ven. soldan. an.* mj. *fl. acat. borrag. samb. ana* Pij. *sem. malv. ebul.* an. ʒiii. *fœn. anis*, ana ʒij. *petros. urtic.* ana ʒiß. *Injub. dactyl.* ana no. xi. *vin. hisp.* ℔iv. *aq. scab. hyss.* ana ℔ij. *dig.* per

per 3. *d.* & *dest.* F. Aqua in nephrit. & hydrope usurp.

Aqua Diuretica minor *de Spina.*

Recip. *Aloes succotr.* ℥i. *myrrh. el.* ʒvi. *croc.* ʒii. *sp. tereb. per ret. dest. in baln. ciner.* ℥iij. *ol. bacc. jun. dest.* ℥iß. *inf. in vase vitr. bene obturato in loc. cal. per mens. aliquot. agit. dein dest. in M. B. vel ciner. ex retorta.* F. Aqua Nephritica dosis gutt. 3. vel 5. in vino.

Aqua Dominarum *Minsichti.*

Recip. *Cass. lign.* ℥ij. *rad. artem. rubr. gen. dict. alb.* ana ℥iß. *nucl. amygd. am. persicor. ceras.* an. ℥i. *myrrh. rub. Borr. ven. sem. lavend.* ana ℥ß. *herb. marub. rut. sabin.* ana ʒiij. *fl. cent. min. samb. cheiri* ana ʒij. *medull. nucl. inter lap. ætit. castor. veri opop. sagap. ass. fœt.* ana ʒß. *Pip. nig. croc. or. succ. alb.* ana ʒi. *crass. incis. & contus. inf. in vin. malv.* ℔vi. *dig. per aliq. d. postea adde aq. calam. bugl. matric. artem. puleg. verben.* an. ℔i. *m. & in M. B. per alemb. abstrahantur.* Partum facilitat hæc aqua, & fœtum mortuum & secundinas expellit. *Vid. corp. ph. p.* 142. *a.*

Aqua Dysenterica D. D. R. *Th. Hoffm.*

Recip. *Pan. silig.* ℔ij. *Phil. Persic.* ʒiiß. *Bol armen. terr. sig.* ana. ʒii. *balaust. nuc. cupr. myrtill. Ital. & nostr.* an. P. i. *sant. rub.* ℥j. nuc. m. *tost.* ʒvj. *tragac. gum. arab.* an. ʒiij. *rad. torm. plant.* ana ʒij. *opii* ʒj. *fl. ros. rub.* ℥ß. *spic. ind.* ʒi. *acat.* ʒiij *sang. drac.* ʒij. *cort. myrob. citr. & ind.* ana ʒvi *portul.* ℥ß. *incis. & cont. inf. in aq. plant. torm. ros. vin. rub.* ana ℔i. *st. in inf. per.* 12. *h. dein dest. in vitr. org in M. B. Vid. corp. ph. p.* 121. *a.*

Aqua Dysenterica D. G. R. *Th. Hoffm.*

Recip. *Herb. polygon. alchim. veron. pentaphyl. pyrol.*

ana mj. *acetof. hisp. fol. querc.* an. mß. *rad. torm. pimp. bist. vincetox.* ana ℥i. *rhap.* ʒij *sem. oxylap. acetos. portul. pap. alb Coriand.* ana ʒiij. *fruct cydon. citri, cort. citri aurant.* ana ʒß. *fl. rof. rub. verbasci malv. chamæm. rom.* ana mß. *nuc. m.* no. iij. *pulv.* grosso modo & incisa *in inf. in aq. cord st. in inf. p.* 4. *d. & n.* postea destill. per vesicam, & asserva in vase vitreo. *Vid. corp. ph. p.* 122. *a.*

Aqua Dysenterica P. H. D. *Th. Hoffm.*

Recip. *Rad. torm. lapath. consol. maj.* ana ℥vj. *bist.* ℥iij. *herb. burs. past. acetos. polygon. plant. pentaphyl. portul. anagall. millefol.* ana miv. *fl. bell. min. ros. balaust. summit. rubi hyper. cymi querc.* ana miij. *prun. sylv.* mij. *nuc. m. sant. rub.* ana ℥ß. *opii theb.* ʒij. *gran. kermes* mß. *inf. in aq. cymar. querc. octies chalyb. dest. & ex residuo f. extr.* cui adde *lap. hæm.* ℥iij. *umbil. mar. pp.* ℥ß. *croc. mart.* ʒiij. *alum.* ℈ß. m. *Vid. corp. ph. p.* 122. *a.*

Aqua Dysenterica *Tilemanni.*

Recip. *Micar. pan. secal.* ℔ij. *nuc. m.* ℥ij. *rad. torm. rec.* ʒj. *rasur. CC.* ℥ß. *vin. rub. veter. mens.* ß. *seu* ℔iij. *st. p. aliq. d. tum dest. ex MB. Vid. corp. ph. p.* 122. *a.*

Aqua Diuretica S. Closs. *ex Schrædero.*

Recip. *Vini alb.* in quo *rad. V. diureticæ & ering. prius lotæ & contusæ, fuerint maceratæ* ℔ij. *Terebinth. Mellis opt.* ana ℥iij. *Succi raphan. & Malv.* ana quart. 1. M. &

Infundantur omnia simul per ♂ quatuor: adde *lumbricorum terrestr.* nodulo inclusorum, & filo suspensorum, ℥v. deinde destillentur in M. B.

Rec. *Aquæ hujus destillat.* ℥ij.

Spiri-

Spiritus sal. com. succinat. id est per octiduum cum sale volatili *succin.* proportione sub tripla *digesti* ℈ß.

M.F. Dosis. Urinam & calculum potenter promovet. *V.d. corp. ph. p.147. a.*

Aqua Dysenterica *Quercetani.*

Recip. *Radicum acetosæ, Pentaphyll. Tormentillæ, Bistortæ. Bursæ Pastoris, Symphyti utriusque* ana ℥iß. *Cortic. citri sicc.* ℥j. *Ligni Aloës, Rhodii, Mirobalan. omnium* ana ℥ß. *Sem. Melon. Cucumeris, Acetosæ, Citri, Portulacæ, Endiviæ, Papav. alb. Psyllii; Cydoniorum, Coriandri præpar. Bacc. Myrthi* ana ʒj *Flor. Thapsi Barbati, Malvæ arborescent. Chamomill. Rosar. rubr.* ana p. ij. *Macis Nucis Moschat.* ana ʒiij. *C. præparati, Trochisc. de Spodio. De Terra Sigill. Lapid. Hæmatit. præpar.* ana ʒiiß. *Acaciæ* ℥j.

Contundenda contundantur, & pulverisanda pulverisentur, ac per dies sex infundantur in M.B. in *Aq. Pirorum agrest. Sorborum, Plantag. Tormentill.* an. ℔ij. *Flor. Malv. arboresc. Chamomill. Verbasci* ana ℔j.

Dein colentur & quam optimè exprimantur. Huic expressioni adde:

Opii leviter torrefacti. ʒiß. *Extracti dysenterici* n. descript. *Croci ♂* ana ʒij. *Croci Or.* ʒj. *Spec. diatragacanthi frig.* ʒvj.

Postea s.a. destillentur, & aqua prolecta servetur. *Vid. corp. ph. p. 119. a.*

Aqua Antidysenterica *Schrœderi.*

Recip. *Nucistæ, Sem. Plantag. Sanguinar. Burs. Pastor. Sanguisorb.* a. ℥ß. *Gallar.* ʒvj. *Cidonior. exsiccat. Boli, Terr. sigillat.* a. ℥j. *Flor. Balaust.* M. j. *Rad. Acor.* ℥ß. *Fruct. Acac. exicc.* ℥j. *Panis tosti cum crusta* Miij. infunde in *Aq. plantag. Tormentill. Burs. pastor.* a. q. s.

Stent in infusione per ♂♀ (8) postea destilla ex M. B.

Vires Convenientissima est in alvi uterique fluore, adeoque in dysenteria, diarrhœa, &c.

Dosis cochl. 1. vel. 2. *Vid. corp. ph. p.121. a.*

Aqua Epileptica *Langii* correcta.

℞. *Flor. lil. conv. rec.* mxij. *lavend.* ℥j. *rorism. stæch.* ana ℥ß. *cinam* ʒvj. *nuc.* m. ℥ß. *pig. long. cubeb.* ana ʒij. *visc. qu. rad. Pœon. dict. nostr.* ana ℥ß. *inf in vin. gen.* miß. *per octid. dein dest. Vid. corp. ph. p.123. a.*

Aqua Epileptica *Ettmülleri.*

℞. *Fol. & fl. salv.* ℥vj. *fl. lil. conv.* ℥iij. *lavend.* ℥ij. *rad. Pœon.* ℥iij. *fol. & fl. majoran.* ℥j. *cinam.* ʒvj. *caryoph.* ʒiij. *macis* ʒij. *inf. vin. Rhen.* ℔ xiv. *macer. per* 14. *d. & dest. F. Aqua.*

Aqua Epileptica *Hartmanni.*

℞. *Flor. lil. conv.* mij. *vin. gen. q. s. dig. p.* 10. *d. adde fl. til.* ℔ß. *Pæon.* ℥iv. *dest. in M. B. ad siccit. rad. pæon.* ℥j. *dict. alb. visc. q. cran. hum. pp.* an. ℥ß. *rad. pyrethr.* ℥ß. *cast.* ℈ij *fol. rut.* mj. *fl. stæch. Arab. lavend.* ana *P.* IV. *cubeb. macis* ana ʒij. *cinam.* ʒj. *scill. pp.* ʒiij. *dig. per d.* 15. *hinc dest. per alemb. in M.B. Dosis in epilepsia* ℥ß. *ad j.*

Aqua Epileptica le Mort.

℞. *Fol. & fl. lavend. rorism. majoran. salv.* ana mij. *cast.* ℥ij. *camph.* ʒiij. *sp. vini* ℔iij. *sal. arm.* ℥iv. *tart.* ℥iij. *aq. lavend. q. s. ut innat. poss. destill. post digest.* 14. *d.* donec prodierit ℔iß. adde *ol. rut. gutt.* XXX. *succin. gutt.* XX. *macis jun.* ana *gutt.* XL. *F. Aqua.*

Aqua Epileptica Puerorum P. A. R.

℞. *Aq. ceras. nigr. fl. til. pæon. squammariæ* an. ℥viij. *sacch. perl.* ℥iv. m. Datur ad epilepsiam puerorum dentitio-

titionis tempore vel per ſe vel cum *aqua cinam. Vid. corp. ph. p.* 124. *a.*

Aqua Epileptica D. R. *Theſ. Hoffm.*

℞. *Fl. lil. conv.* ℥viij. *paralyſ.* ℥iij *inf. in vin. Rh. q. s. ſt. in inf. per integr. ſept. in vaſe ſtricti orif. loco calido,* deinde lento igne *deſt. per veſicam, recipe huj. deſt. s. q.* adde *aq. roſ. fr. ceraſ. n. frag. meliſſ. cum vino deſt.* an. ℔j *vin. malv. ſp. vin.* ana ℔. iß. m. infunde *& s. a.* deſtilla, huic deſtillato adde *cinam. el. nuc* m. ana ℥j. *Pip. long. cardam. cubeb. caryoph.* ana ʒvj. *ſem. fœn.* ℥iß. *rad. pæon. rec.* ℥j. *fl. lavend. rorism. pæon. ſtæch. Arab.* an. ℥j. *herb. paralyſ.* ℥ij ʒij. *ſt. in inf. per d. & n.* poſtea deſt. per ſerpentem & pro uſu repone.

Adhibetur contra epilepſiam, vertiginem, lethargum, ſpaſmum, *Doſis à coch. j. ad ij. Vid. corp. ph. p.* 125. *a.*

Aqua pro Epithemate cordis moderna *Norimberg.*

℞. *Roſ. rub. odoratiſſ. cort. aurant. citri* ana ℥j. *irid. fl.* ʒiij. *ſant. omn.* an. ʒij. *aq. roſ.* ℔iv. *vin. odorat.* ℔iß. *acet. roſ.* ℔i. *inciſa & contuſ. inf. & deſt. s. a. Vid. corp. ph. p.* 131. *a.*

Aqua Epidemia *Londinenſis.*

℞. *Rad. angel. imperat. petaſit. pæon.* ana ℔ß, *mei ſcorz.* ana ℥iv. *ſerpent. virg.* ℥ij. *fol. rorism. rut. meliſſ. cardb. ſcord. calend. c. ſl. dracunc. galeg. menth.* ana miv. *aq. font. cong.* iv. *ſp. vin. opt. cong.* ii. *macerat. deſt. cong.* iv. *in quib. ſuſpende croc. in nod* ℥ß. *& ſing.* ℔. *aq. deſt.* adde *ſach. albiſſ.* ℥iß. *F. Aqua* in peſte & febribus malignis & aliis morb. epidemic. uſurp.

Aqua Euphragiæ de Spina.

℞. Aq. *ceraſ. nigr.* ℔i. *hirund. maj.* ℥vj. *Rad. doron. ver.*

caſſ.

caſſ. lign. anomi rad. valer. chelid. ana ℥iij. *macis fol. rut.* ana ℥ij. *fl. euphrag. rec. quant. inſ. poteſt; dig. p. n. mane deſt. in M.B. leni igne uſurp. ad vertiginem.*

Aqua ſive Balſamum Embryonum P. A. R.

Recip. *Nucis Moſchatæ* uncias tres ſemis, *Caryophyllorum*, *Cinamomi*, *Zingiberis*, *Cubebarum*, *Granorum Paradiſi*, *Zedoariæ* ana uncias duas, *Macis* unciam unam ſemis, *Galangæ* drachmas ſex, *Croci* drachmas duas, *Florum Tunicæ Tiliæ* ana libram unam, *Lavendulæ*, *Herbæ Salviæ*, *Carvi*, *Fœniculi* ana uncias tres, *Mentæ Criſpæ*, *Radicum Pœoniæ*, *Seminum Ejusdem*, *Viſci querni* ana uncias duas, *Medullæ panis triticeæ* adhuc à furno calentis libras duas.

Inciſa & contrita infundantur per viginti quatuor horas in loco calido in

Vini Malvatici menſuris quatuor, *Aquæ Borraginis*, *Buglosſæ* ana menſura una ſemis, *Florum liliorum convallium* menſura una, *Fragorum*, *Roſarum* ana menſura dimidia

Poſtea leni calore deſtillentur.

Datur fœminis, quæ ſæpius abortum paſſæ ſunt, magno cum emolumento, itemque gravidis, ubi à ſubito terrore aut aliâ causâ extrinſecâ langueſcunt; lipothymias dolores, & tormina, ventrisque inflationes in eis perſanat, infirmum fœtum roborat, quin etiam parturientes in enixu adjuvat, ſpiritus inſtaurat, viresque reficit. Paucis immutatis, priorem aquæ hujus deſcriptionem, cujus nempe vires longa experientia commendat, retinere quidem voluimus. Si cui tamen alibi libuerit antiquo componendi modo ſtrictius inhærere; ille omiſſo auro, hordei cremore, dacty-

dactylis, uvis passis majoribus minoribusque, parum aut nihil huc destillando contribuentibus additisque prædictorum ingredientium adsignatæ quantitati:

Herbæ Verbenæ unciis tribus, *Amygdalorum dulcium exorticatorum & optimè tritorum* unciis sedecim, *Capone vetere eviscerato* inque frustula dissecto, *Conservæ rosarum rubrarum* unciis IV. *Pastæ melleæ aromaticæ* unciis sedecim, cum *Vini Malvatici* mensuris quatuor, *Aquæ rosarum albarum*, *Bugloss.* ana unciis octodecim, *Fragorum, Liliorum convallium*, an. unciis septendecim, *Borraginis, Verbenæ, Fœniculi, Salviæ*, ana libris duabus.

Post factam viginti quatuor horarum digestionem, leni calore destillationem instituere poteris. *Vid. corp. ph. p. 129. a.*

Aqua sive Balsamum Embryonum *Zvvelfferi.*

Recip. *Nucis Moschatæ* ℥iiiß. *Macis* ℥iß. *Caryophyllorum, Cinamomi acuti, Zingiberis, Cubebarum, Granorum Paradisi, Zedoariæ* an. ℥ij. *Galangæ* ʒvj. *Rosarum Damasc.* rec. ℥iv. *Flor. Tunicæ, Tiliæ* ana recent. ℔j. *Herb. & Flor. Salviæ, Carvi Fœniculi, Verbenæ, Flor. Lavendulæ* an. rec. ℥iij. *Radic. Pœon.* rec. *Semin. ejusdem, Visci quercini* decrescent. luna coll. ana ʒij.

Incisa & grossiusculè concisa infundantur in mensuris quinque.

Vini Malvatici, *Aquæ liliorum convall.* sine additione aquæ simpl. per M.B. destillatæ. *spiritus fragorum* ana ℔iß. *Aquarum Salviæ, Fœniculi* sine additione simpl. aquæ destillatar. ana ℔. j.

Stent in infusione loco tepido vel in cella, per mensem, postea destillentur primò in arena, tum in M.B. (ne species comburantur, & empyreuma spiret aqua)

ad

ad totalem specierum exsiccationem, aqua destillata aromatica studiosè asservetur, quæ easdem & quidem majores habebit vires, quam si secundum speciosam compositionem cum additione caponis, Conservæ rosarum, Triticei panis, Amygdalarum, Pastæ melleæ & fructuum parata esset. Ex speciebus relictis, à destillatione beneficio cujusdam aquæ destill. conficiatur extractum, quod ad justam consistentiam abstractum, & cum melle rosato citrato edulcoratum, quoties usus postulat cum præfatæ aquæ particula, aut gelatina caponum commixtum propinari poterit. *Vid. corp. ph. p.128. a*

Aqua Vitæ Mulierum,
aliâs
Balsamum Embryonum *Norimbergensium.*

Recip. *Nucis Mosch.* uncias tres & semis, *Caryophyllorum*, *Cinamomi*, *Zingiberis albi*, *Cubebarum*, *Granorum Paradisi*, *Zedoariæ* ana uncias duas, *Macis* unciam unam semis, *Galangæ* drachmas sex, *Croci* drachmas duas, *Florum Tiliæ*, *Tunicæ* ana libram unam, *Herb. Salviæ*, *Carvi*, *Fœniculi*, *Verbenæ*, *Lavendulæ* ana uncias tres, *Menthæ Crispæ*, *Rad. Pœoniæ & Semin. ejusdem*, *Visci quercini* decrescente Luna collecti ana uncias duas. *Rosarum Damascenarum* uncias quatuor.

Herbæ & radices incidantur minutim, aromata verò crassiusculè pulverisentur, omniaque commisceantur, & affusis.

Vini Malvatici boni mensuris quinque, *Aquarum rosarum albarum*, *Buglossæ*, *Fragorum*, *Lilii convallium* ana unciis septendecim, *Borraginis*, *Verbenæ*, *Fœniculi*, *Salviæ* ana librâ unâ.

In vase fictili vitreato probè clauso: ne quid exspiret,

ſpiret, ſepeliantur in cella vinaria ſubtus terram, ſtentque ibi in digeſtione, per hebdomadas duas, poſtea omnia ſ. a. deſtillentur. *Vid. corp. ph. p. 129. a.*

Aqua Epatica Calida *Minſichti.*

Recip. *Spec. diacubeb.* unc. iij. *Rad. Coſti amari, Apii, Curcumæ, Fœniculi, gran. juniperi, Sem. Aniſi. Ameos dauci,* ana unc. j. *Calami aromat. Rhabarb. elect. Caſ. ligneæ,* ana drach. vj. *Spicæ Indicæ, Croci Oriental. Schænanti* ana drachm. iij *Herb. Abrotani, Abſynthii, Agrimoniæ, Serpilli, Scordii* ana unc. ß. *Flor. Epaticæ alb. Stæchad. citrin.* ana drachm. jß.

Omnia fideliter contuſa & mixta infundantur in vini generoſi Libr. vi. digerantur per octo dies, poſtea adde:

Aq. Centaur. min. Cichorei. Veronicæ, Capil. Vener. Chamomillæ. Fumariæ. Marrubii, Scolopendriæ, Epaticæ alb. ana libr. ß.

Propinatur feliciſſimè in omnibus morbis Epatis frigidis, ejusque obſtructionibus, Cachexiæ & Hydropi auxiliatur. *Vid. corp. ph. p. 76. a.*

Aqua Epatica Frigida *Minſichti.*

℞. *Fragor. maturor.* lib. j. *Spec. Diaarhod. abb.* unc. iiij. *Rad. Cichorei, Agrimon. Scorzon. Eringii. Flor. Centaur. min. Epaticæ alb. Borraginis. roſar. rub.* ana unc. ß. *Rhabarb. elect.* drachm. iij. *Santalor. omnium* ana drach. ij *Sem. Quat. frig. major. & minor. Oxalidis.* ana drach. jß.

Cassiæ simpliciter extractæ ℔iß. *Sacchari alb. can.* ℥viij. *Mannæ el. Calab. colatæ priùs* ℥v. *Elæosacchari Anisi* ℥j.

Fiat leni calore pro dissolutione Sacchari & Mannæ Electuarium debitæ consistentiæ. *Vid. corp. ph. p. 256. a.*

Cassia Solutiva Prima *Zuvelfferi.*

℞. *Fol. Senæ elect.* ℥ß. *Rad. Mechoacæ albæ, Rhabarb. opt.* ana ℥j. *Asari* ℥iß. *Cremoris Tartari*, ℥v.

Incisis incidendis superfundantur ℔iv. *aquæ ferventis*, & factâ maceratione brevi coquantur parùm, decoctum coletur & exprimantur species, quæ denuò nova aqua affusâ, & quidem repetitis vicibus quousque omnis tinctura seu virtus catarthica extracta sit, coquendæ sunt; postea omnes decoctiones simul junctæ albuminibus ovorum clarificentur & ad spissitudinem mellis in diplomate seu vase abstrahantur, cui extracto tandem junge:

Florum seu pulpæ cassiæ ritè paratæ ℔iß. *Sacchari can. albi* ℥vj. *Essent. Citri Sacchar. n.* ex recentibus corticibus ℥ij. *Cremoris Tartari* ℥ß.

Misceantur exactè, fiat Electuarium seu cassia solutiva, quæ leniter operabitur in morbis calidioribus, & calida hepatis constitutione.

Dosis ℥ß. ad ℥vj. *Vid. corp. ph. p. 554. a.*

Cassia laxativa secunda *Zuvelfferi.*

℞. *Rhapontici veri* ℥ij. *Rhabarbari optimi* ℥j. *Myrobolan. Chebularum, Belliricarum, Indarum* ana ℥ß.

Incisis & conquassatis superaffundantur *aquæ simplicis ferventis* ℔iv. & factâ digestione brevi coquantur parum, decoctum coletur, septies denique novâ affusâ aquâ repetitis vicibus ad omnem virtutis & Tincturæ extractionem coquantur.

Decoctiones dein omnes & junctim albumine ovorum clarificatæ, ad mellis spissitudinem leniter evaporentur cui extracto liquido tandem junge:

Florum seu pulpæ Cassiæ legit. extractæ ℔iß. *Sacchari Canarii albi* ℥vj. *Essent. citri sacchar. n.* ℥j.

Fiat Electuarium.

Præ-

Præstat in fluxibus alvi biliosis, Lienteria, Diarrhœa, Dysenteria, & diuturna Gonorrhæa, ubi virtute laxativâ, adstrictoriâ pariter opus est.

Dosis ʒß. ad ℥j. *Vid. corp. ph. p. 554. a.*

Cataplasma ad Asciten *Michaëlis.*

℞. *Sterc. columb.* in acet. macer. ℔i. *sulph. viv.* ℥i. *nitri* ℥ . *rad. helen. Bacc. lauri herb. aneth. cham.* ana ʒvi. *sem. nast.* ʒij. coq. ad spissit. adde *mell.* ℥ij. *tereb.* ℥iß. *succ. ebul.* ℥ij *irid.* ℥iß. *soldan.* ℥ß. *farin. fab.* ℥j. M. F. Catapl. in Hydrope Ascite usurp.

Cataplasma ad ambusta ex quacunque re *Th. Hoffmanni.*

℞. *Albumin. ovor.* no. ij. *Olei rosac. non rancid.* ℥ij. *aq. rosat. opt.* ℥j.

Agitentur & misceantur exactissimè, applica cum serico vel linteo admodum raro, nec ante 14. diem removeantur; interim tamen de die linteum humectetur usque ad quartum diem. Post quartum diem remove albumen ovi, & ejus loco admisce vitellum ovi, ac sæpiùs in die linteum hâc materiâ madefiat.

Si major est adustio, *Saccharum Saturni* addi debet.

Cataplasma Apoplecticum *Pharm. Batean.*

℞. *Radic. Bryon. rec.* ℥iij. *Sem. sinapi, Sapon. nigri,* aa. ℥j. *Cantharid.* ʒvj.

Optimè contusis adde *Aceti opt.* q. s. ut fiat cataplasma capiti raso applicandum.

Cataplasma ad Bubones Pestilentiales *Ettmüll.*

℞ *Herb. parid.* Miij. *rad. lil. alb.* ℥iß. *fic. ping.* no. iij. coq. in *aq. & ol. lil. alb.* q. s. *ther. opt.* ℥ij. *bufon. pulv.* ʒiß. *sapon. ven.* ʒiij. M. F. Cataplasma.

Cataplasma ad Bubones Pestilentiales *Michaelis.*

℞. *Herb. parid.* Mij. *Rad. lil. alb. alth.* ana ℥ij. *fic. ping.* no.

no. vj. coq. in ſ.q. *ol. lil. alb. fulig. ſplend.* ℥i. *ſapon. ven.* ʒvi. *ol. aran.* ʒi. F. C.

Cataplaſma pro Carbunculis *ex Theſ. Hoffmanni.*

℞. *Lentium Gallarum*, an. ℥iß. *Rad. lil. alb. Symphit.* an. ℥ij. *fermenti* ℥iv. *ceparum* no. vj. *Nuc. jugland.* no. xii. *Alliariæ, plantagin.* an. M. iij. *Solani, Scabioſ. Malv.* an. M. ij.

Coq. in ▽ *fontan.* ſ. q. optimè contuſis adde:
Theriac. ℥ij. *Salis* ℥iß. *Sinapi, Saponis*, *Stercoris columbini* an. ℥j. *Vitell. ovor.* no. vj. *Croci* ʒij. *Farin. hordei. Lithargyrii* an. ℥iv. *Axungiæ porci* ℔ß.

Miſce, fiat Cataplaſma.

Cataplaſma cephalicum in deliriis ex tempore parandum *ex Zvvelffero.*

℞. *Nucleorum Perſicorum* ℥j. *Ceraſorum* ʒij. *fol. recent. nucis juglandis, Herb. recent. Majoranæ, Menthæ aquaticæ, Roriſmarin, Verbenæ* an. ℥ß. *flor. roſarum recent.* vel ſale condit. ℥j. *Nucum Moſchat.* ʒvj. *Baccar. Juniperi* ℥ß. *Limacum recent.* è teſtis except. num. xii. *Micæ panis triticei* ℥iij.

Conſcindantur & contundantur diu in mortario, ad pultis formam addita:
Aquæ roſarum vel *Majoranæ* q. ſ.

Fiat cataplaſma cephalicum, fronti, temporibus, & vertici ipſi, abraſis capillis in deliriis, febribus, ardentibus, & Hungaricis ut & contra Maniam applicandum. *Vid. corp. ph. p. 662. a.*

Cataplaſma de Cineribus M*inſichti.*

℞. *Ciner. Hermodactylorum, Rad. Aſphodel. Stip. fabarum, lig. Sambuc. Ficuum, Sarmentor. vitis, Ebuli,* ana q. v.

Miſce & cum *vino albo* fiat Lixivium.

℞. *Hujus lixivii* ℔iiij. *Panis cibar. nigri* q. ſ. coq. ad ſpiſſitudinem, poſtea adde: *Aceti vini aſperrimi* ℔ß. *Lap. medicamentoſ.* ℥iij. *Pulv. ſem Cymini, Bacc. lauri, Caryophyllor.* an. ℥j.

Et fiat leniter coquendo ut eſt artis cataplaſma.

In tumoribus hydropicis, facta evacuatione, extendatur ſuper pannum linteum, & ſuperimponatur, relinquaturque per aliquot horas, poſtquam detumeſcere incipiat, ponatur verſus genua, ſemper deſcendendo, uſque ad pedes. *Vid. corp. ph. p. 658. a.*

Cataplaſma contra Cruorem, vulgo Zerbandt *ex Schrœdero.*

℞. *Bol. Armen.* ℥iij. *Cretæ* ℥j. *Pruror. Sylveſtr. ſicc.* ℥j.

Pulveriſa quam minutiſſime, & coque cum aceto acerrimo hinc admiſce:

Radic. Symphyt. Pulveriſat. parum.

In fine adde *farinæ avenæ* q. ſ. ad conſiſtentiam cataplaſmatis, ſubinſtillando non nihil *olei myrtillorum.*

Vires ſunt: Cruorem ex caſu vel contuſione collectum reſolvere & ſiccare teſte Felix Wirtz in ſua Chirurgia.

N. Ejuſce farinæ cataplaſmata inter Chirurgos uſitatiſſima ſunt, fiuntque ex terra ſigillata, bolo armena, ſanguine draconis, ceruſſa, pice, reſina, ſuccino, lapid. calamin. ſucco acaciæ & ſimilibus adſtringentibus & exiccantibus. *Vid. corp. ph. p. 658. a.*

Cataplaſma Cordiale *Zvvelfferi.*

℞. *Cortic. citri* vel *Limon. Arantiorum* ana *recent. & extim.* ℥ß. *Herb. recent. Baſilici, Majoranæ, Roriſmarini, Flor. recent. Tunicæ*, an. ℥ß. *Roſarum* vel ſale condit. ℥j. *Caryophyllorum* ℥ij. *Macis* ℥ß. *Croci Auſtr.* ℥iß. *Pulpæ panis triticei* ℥ij.

Con-

Conscindantur & contundantur diu multumque in mortario, ad pultis similitudinem, addita s. q. *Aceti flor. Arantiorum* aut *Tunicæ*. vel *Rosarum*.

Fiat cataplasma, aut Epithema cordi & pulsibus panno rubro exceptum, admovendum sæpiùs. *Vid. corp. ph. p. 663. a.*

Cataplasma emolliens & discutiens D. D. R. *ex Thes. Hoffmanni.*

℞. *Rad. lil. alb. alth. Mandragor.* an. ℥i. *Cepar.* n. vj. *Caricar.* no. IV. *fol. Malv. absynth. salv. fl. aneth. Chamæmel.* an. M. ß. *h. Hyssop. Origani* an. M. j.

Coq. in ▽ & ✠ an. s. q.

Optimè pistatis adde *farinæ tritici, Lini, fœn. Græc.* an. ℥ii. *Adipis Gallinæ, porci, ol. coct. Chamæmel.* an. ℥iß. Misce. *Vid. corp. ph. p. 659. a.*

Cataplasma escharam tollens biduo, ut sponte decidat, *Thes. Hoffmann.* D. D. S.

Recip. *Sal. comm.* ʒß. *Piperis* ʒi. *Caricar. ping.* no. iii. *fol. rutæ virid.* no. i. *ferment. veter. & aridi* ʒi.

M. omnia diligentissimè in form. cataplasmatis. *Vid. corp. ph. p. 659. a.*

Cataplasma *insigne ad* Enterocelen, & alias rupturas seu Hernias *Zvvelfferi.*

℞. *Rad. consolid. major.* recent. mundat. & conscis. ℔i. *Herb. Saniculæ rubræ, cum radicibus recent.* ℔ß. herb. recent. *consolidæ Saracen.* ℥iii. *Fol. quercus, Pyrolæ, Perfoliatæ*, an. ℥ij.

Incisa omnia coquantur in s. q. *Aq. simpl.* repetitis vicibus affusæ, quousque tota virtus & mucilago extracta sit.

Colaturæ omnes unitæ ad remanentiam circiter

libra-

librarum duarum & consistentiam mucilagineam, seu gelatinam evaporent; cui immisce:

Pulv. rad. tormentillæ ℥iß. *Aristoloch. rotundæ, flor. Rosarum rub. Balaustiorum, Sem. Perfoliatæ, Mastichis, Myrrhæ, Olibani, Sangu. Draconis, Nuc. cupressi* an. ℥i. *Sarcocollæ* ʒvi.

Coquantur denuò, lentô igne, parùm, continuò agitando, ad consistentiam cataplasmatis, mucilaginosi mollioris: quod in olla asservandum, & singulis diebus bis, & quidem calidè, linteolô rarô involutum, regioni partis affectæ, seu ruptæ, applicandum est.

Intestinis, sive Omento, priùs in situm, seu locum suum, repositis, ac impedimento cinguli ac ligaturæ præcaveto, ne illa ampliùs prorumpant.

Quamobrem patiens quietus & sine motione in lecto, capite paulò supinus, recubare, & per unam, alteramve septimanam in illo situ se detinere debet. *Vid. corp. ph. p. 663. a.*

Cataplasma antifebrile *ex Schræd.*

℞. *Fol. urtic. maj. Solan. Semperviv.* an. M. i. *Tel. aran.* ʒii. *Sal.* q. s.

F. catapl. applicandum pulsib. in febr. *Vid. corp. ph. p. 660 a.*

Cataplasma antifebrile *ex Th. Hoffm.*

Recip. *Urtic. min. recent. Burs. pastor. rec. rutæ rec.* an. mß.

Grosso modo cum ✝ acerrimo contusis adde *Lapid. prunell. Salis comm. rutæ rec.* an. Mß.

F. Cataplasma singulis quinque horis pulsui applicandum in febribus. *Vid. corp. ph. p. 660. a.*

Cataplasma de ferment. *Minsichti.*

℞. *Fermenti veter.* ℥iß. *Succini citrin.* ʒiij. *Nuc. Moschat. Cubebarum* an. ʒß. *Menthæ crispæ, Caryophyllor.* ana

ana ℈j. *Castorei veri*, *Lig. Aloës*, ana ℈ß. Misc. & cum pauxillo *Spir. vini simplic.* & *acet. vini*, ana redigantur in formam cataplasmatis.

Summo capitis vertici totum & tepidè impositum aliquoties repetendo, & interdum recens substituendo, linguæ paralyticæ causam egregiè discutit, & materiam à superioribus ita evacuat & consumit, ut semper non sine admiratione motus & sermo redeant: propterea ad loquelam recuperandam, & catharros exsiccandum, secretum est. *Vid. corp. ph. p. 660. a.*

Cataplasma Febrile *Minsichti*.

℞. *Pulv. pyrii pulverisat. sal. com. fusi* ana ℥i. *tel. araneær. nuc. m. oliban. elect.* ana ℥ij. *herb. abs. burs. past. urt. min. rutæ* ana Mj. *tereb. alb.* q. s. ut F. Cataplasma pro pulsib. in pueris tertiana spuria laborant. *Vid. corp. ph. p. 659. a.*

Cataplasma Febrile *Anhaltinum Mich.*

℞. *Pip. sal. croc. or. allii.* ana q. s. F. C.

Cataplasma Hypnoticum *D. D. R.*

℞. *Farin. hord.* ℥ij. *pulv. alabastr.* ℥iß. *rad. rhod.* ʒvi. *pap. alb.* ℥iij. *nucl. persic.* no. xxx. *sp. vin. aq. aneth.* q. s. opt. contus. adde in fine *phil. rom.* ʒvi. *req. Nicol.* ℥iß. *croc.* ℥i. *ceræ liquat.* ℥i. F. C. plantis pedum ad somn. excit. applic. *Vid. corp. ph. p. 660. a.*

Cataplasma contra Ischuriam *Ettmülleri*.

℞. *Herb. pariet.* Mij. *cheref. fl. cham.* ana Mj. incis. & contus. coq. ad mollit. pulp. adde *ol. scorp.* ℥ß. *butyr. rec.* ℥j. F. C. in suppress. urinæ usurp.

Cataplasma Laxativum *ex Schrædero*.

℞. *Rasuræ Rad. bryon. rec. Mell. comm. liquid.* ana ℔j. *Fellis taurin.* ℔ß.

M. F. Catapl. quô venter inferior vesperi in introitu

lecti per noctem, emplastretur. Puerulis ad alvum bis terve movendam, lumbricosque tum necandos, tum excludendos sufficit.

In adultis v.

℞. *Succorum cucum. agrest. Panis porcin.* ana ℥j. *Lactis ricin. & Tithym.* ana ℥ß. *Pulv. hier. picr.* ʒiij. *Pulp. colocinth. Helleb. utriusque* ana ℈ij. *Cass. recent. extract.* ℥ij. aut iij.

Nutriantur omnia simul. F. Catapl. quod ventri admoveatur, ab umbilico ad pubem, vel cum butyri vetusti putrefacti q. s. incorporentur in unguentum. *Vid. corp. ph. p. 661. a.*

Cataplasma ad contusiones & Livorem faciei *ex Zvvelffero.*

Rec. *Pulv. rad. sigilli Salomonis* ℥ß. *Ireos florent. rosarum albarum, Olibani* ana ʒiß. *Camphora* ʒß. *Pulpa panis triticei* ℥iß.

Contundantur probe in mortario ad pultis formam; addita

Mucilaginis Tragacanthi s. q.

Fiat cataplasma, quod, linteolis exceptum, & applicatum livorem extrahit, ac pristinum nativum colorem restituit.

Quodsi verò contusio oculorum esset conjuncta, sanguineque suffusi oculi, addi possent huic cataplasmati circiter duo *ovorum vitelli*, item *pulv. croci* ʒß. &, in locum Mucilaginis Tragacanthi, surrogari *lac recenter mulctum*; idque pro cataplasmate efficiendo.

Vel paretur hoc modo.

Rec. *Pulpa panis triticei* ℥iß. *Pulv. rad. sigilli Salomonis* ℥ß. *Ireos nostr.* ʒvj. *Flor. rosar. alb. Olibani albi* ana ʒij. *Croci optimi, Tragacanthi*, a. ʒß.

Cum s. q. *lactis recentis*, fiat, contundendo in mortario,

rio, Cataplaſma; Addendo ultimò *Vitelli ovi* unius vel duorum; in quibus *Camphoræ* ʒß. ſubacta ſit.

Fiat catapl. quod linteolis illitum, tepide applicetur externè oculis; nec tamen fortiter ac ſtrictè ligetur (quod bene notandum) ne tranſpiratio impediatur. *Vid. corp. ph. p. 662. a.*

Cataplaſma ad mitigandos *dolores in Scorbuto, ex Theſ. Hoffmanni.*

Rec. *Lumbric. terr.* ℥iß. *Radic. Alth. Lil. alb.* aa. ʒvj. *Liquiritiæ.* ℥ß. *Fol. Malvæ, Verbaſc. Fl. Chamæmel. Roſ. r. Sambuci, Melilot.* aa. Mß. *h. Cochlear. rec. Naſturt. rec. aquatic.* aa. M. j. *Beccabung. rec.* M. ij. *Sem. lini, fœn. Græc. pſylli* aa. ʒvj. *farin. hordei* ℥iij. *Siligin.* ℥iß. *Bacc. Junip.* ℥j.

Subtiliſſ. pulveriſat. coq. ex *lacte caprino recenti* poſtea adde *ol. lumbricor.* q. ſ.

M. fiat Cataplaſma.

Cataplaſma de Nido hirundinis *Minſichti.*

℞. *Nid. hirund.* nō. j. *alb. græc.* ℥iß. *rad. alth. lil. alb.* ana ℥i. *caric. ping. dactyl.* ana no. iij. coq. in *aq. com.* ad remanent. pult. poſtea adde *ol. viol.* ℥iij. *farin. chamæm. fænugr. ſem. lin. trit.* ana ʒvi. *cereb. cati pulv. noctuæ camb.* ana ʒij. *vitell. ov.* no. j. *croc. or.* ℈i. M. F. C. in Angina. *Vid. corp. ph. p. 664. a.*

Cataplaſma de Nido hirundinis *Michaelis.*

℞. *Nid. hirund.* no. j. *flor. malv. lil. alb.* ana Mj. *fic. ping.* no. viij. *ſem. fænugr. lini* ana ℥i. coq. in ſ. q. *lact. alb. græc.* ℥i. *noct. comb.* ʒij. *ol. lil. alb. cham* q. ſ. F. C. in Angina uſurpandum.

Cataplaſma Ophthalmicum *ex Theſ. Hoffm.*

℞. *Radic. conſolid. major. minor* ana ℔ß. *fl. Chamæmel.*

melilot. lut. Croci. a. ℥ij. *farin. fabar.* ℥iv. *fœn. Græc.* ℥iß. *Butyri rec.* ʒvj.

Coq. ſ. a. tandem terantur. F. Empl.

N. Si addideris *ſucci abſinth. cymin.* a. ℥j. Medicinam ei parem non facilè invenies. Facit ad contuſiones oculorum, ubi eſt reſolvens & exſiccans materiam in parte affecta circa oculos contuſos, dolorem inſuper mitigans, &c. *Vid. corp. ph. p. 665. a.*

Cataplaſma contra Picam *Michaelis.*

℞. *Cort. citri, meliſſ. cal. arom.* ana ℥i. coq. in *vino* contund. *Ol. maſt. nard.* ana q. ſ. cum *pane toſto.* F. Catapl.

Cataplaſma Podagricum *Pharm. Batean.*

℞. *Sapon. nigr.* ℥iiij. *Vitell. ovor.* no. 2. *Croci* ʒj. *Olei ſpicæ* ℥j. M. ſ. a. pro cataplaſmate.

Cataplaſma purgans *Theſ. Hoffmanni.*

℞. *Cataput. minor. Succi tithymal. Colocinth.* aa. ʒv. *Cucumer. aſinin. Hellebor. nigr.* aa. ʒiij. *Therebinthin. Cortic. inter. Sambuc.* aa. ʒvj. *Scammon.* ʒiij. c. ſ. q. Mellis.

Fiat cataplaſma.

Umbilico admotum alvum movet, ventriculo, vomitum, Lumbis, urinam movere dicitur. Vid. corp. ph. p. 661. a.

Cataplaſma reſolutivum *Foreſti ex Schrœdero.*

℞. *Flor. Chamæmel. Stæchad. Summ. Abſynth. Rut. Caulium & Stipitum eorum, Salv. Sabin.* a. M. j.

Coque omnia ſimul *in lixivio ex cinere quercus* vel *Sambuci*, vel *vitis albæ*, deinde piſtentur addendo pulverem, qui

Rec. *Alumin. Sulphur. Gallar. Cypreſſ. Sal. commun. Aloës, Baccar. lauri, Pyrethr. Sem. caul.* a. ℥ij.

In

In fine addatur *Stercus recens columbarum* vel *caprarum.*

Resolvit crassos humores ac tumores inde ortos, ut varices, elephantiasin Arabum, &c. *Vid. corp. ph. p. 664. a.*

Cataplasma ad singultum *Minsichti.*

℞. *Fermenti* ℥iij. *Bacc. juniperi*, *Rosarum rub. Menthæ crisp.* ana ʒj. *Caryophyllorum, Nuc. Moschat. Macis,* ana ʒß. *Aceti vini fortissimi* q. s.

F. cataplasma cui immisce *olei Cymini & Carvi* a. ℈ß.

Hoc maximè in singultu calidè stomacho duobus linteis comprehensum & sæpiùs applicatum valet, & est singulare experimentum. *Vid. corp. ph. p. 666. a.*

Cataplasma Scorbuticum *contra tumores pedum Minsichti.*

℞. *Furfur. siliginis* bene triturat. ℔ß. *Farin. hordei, fabar.* ana ℥iij. *Lupinorum, Lentium* ana ℥iß. *Saponis Venet.* ℥ij. *flor. Chamæmel.* ℥ij. *Malvæ arbor.* ana ℥j. *Lithargyr. argent. Bol. Armen. rub.* ana ℥ß. *Rad. Chinæ elect. Rhabarb.* ana ʒiij. *Fung. Sambucin.* num. vij.

Coq. in *Succ. Ebuli express.* ad spissitudinem ut fiat cataplasma. Vide corp. ph. p. 665. a.

Cataplasma ad Scrophulas *Hoffm.*

℞. *Ferment. pan. trit.* ℥iß. *panis silig.* ℥i. *vitell. ov.* no. j. *ol. com.* q. s. *croc.* ʒß. M. F. C. Vid. corp. ph. p. 666. a.

Cataplasma contra singultum *Michaelis.*

℞. Ferm. *acerr.* ℥iv. *Herb. menth. abs. ros. rub.* ana ℥i. *mast.* ʒiij. *nuc. m.* no. ij. *zed.* ʒiß. *acet. ros.* q. s. F. C.

Cataplasma stomachale *Ettmülleri.*

℞. *Ferm. acerr.* ℥iij. *Herb. menth.* ℥i. *zed.* ℥ß. *sem. cumin.*

anif. fæn. ana ℥iij. *acet. rof.* q. f. *Ol. macis. caryoph.* ana gutt. ij. M. F. Catapl.

Cataplaſma *excellens* in tumoribus Scirrhoſis, Mammillarum, *qui in cancrum vergunt,* D. D. C. ex *Theſ. Hoffmanni.*

℞. *Pulp. Pomorum Borsdorf. raparum majoran.* an. ℥j. Coque cum *lacte caprino* vel *aqua Malvæ,* ad pultis conſiſtentiam, adde, *Medull. panis albiſſ.* ℥ß. *farin. fabarum, ſem. fœn. græc.* an. ʒiß. *fol. alth. braſſic. r. Malv. arboreſc. roſar. r.* an. ʒj. *Ficuum* no. vij. *Croci* ℈ß, C. *ol. roſar.* l. q.

Fiat cataplaſma.

Hoc per tres dies applicatô, rumpitur apoſtema.

N. Si velis magis emollire, adde *diachyli ſ.* ℥j. rupto autem apoſtemate pro majori maturatione materiæ adde *diachyli compoſiti* ℥j. *Vid. corp. ph. p. 666. a.*

Cataplaſma ad tumores duros artuum, (vulgò wider den Gliedſchwamm) *Zwelfferi.*

℞. *Pulv. lapid. n. medicamentoſi* ʒiv. *Pulv. Sulphuris citrini* ℥ij. *Lapidis calaminaris, Maſtichis, Olibani, Myrrhæ, Gumm. Ammoniaci, Bacc. Junip. virid.* an. ℥j. *Rad. Ariſtoloch. rotundæ, Tormentillæ, Herb. Roriſmarini, Salviæ, Chamæpithyos, flor. Roſarum rub. Balauſt. Sambuci,* an. ʒvj. *Pulpæ panis triticei* ℥iv.

Coquantur cum *aq. vivæ calcis antimoniatæ,* in cataplaſmate ſive cerato ad tumores duros, jam edoctæ, ad cataplaſmatis ſat ſolidam conſiſtentiam: quod parti affectæ immediatè bis tervè de die, applicandum.

Reſolvit, diſcutit, extrahit & diſſipat, potenterque exſiccat. Unde tumores duriſſimos & Strumas, ſenſim conſumit, ac partes roborat. *Vid. corp. ph. p. 663. a.*

Cata-

Cataplaſma Veſicatorium.

℞. *Cantharid. præparat.* (i.e. alis & capitibus abſciſſis) num. xxx, *Fermenti acris* ℥j.

Cantharides pulveriſatæ ſuſcipiantur, humectando, ſi opus ſit, aceto acri. *Vid. corp. ph. p. 666. a.*

Cataplaſma veſicatorium *Michaelis.*

℞. *Cantharid. pulv.* ℈i. *euphorb.* gr. xij. *caſt.* ℈i. *ferm. acerr.* ℥ß. M. F. C.

Cataplaſma contra vomitum *Dolai.*

℞. *Succolad.* ℥iß. *conf. alk.* ʒiij. *ol. nuc. m. exp.* ʒiiß. *balſ. Peruv. nig.* ʒij. *vin. malv.* q. ſ. F. Cataplaſma.

Cataplaſma *ſeu Ceratum* ad tumores Oedematoſos *& duros Zvvelff.*

℞. *Antimonii crudi* ℥viij. *Calcis vivæ* ℥xviij.

In pulveres redacta miſceantur, quibus ſuperaffundantur;

Vini rubri ℔. quinque vel ſex:

Factâ digeſtione duobus circiter diebus aliquoties primâ ſaltem die commovendo, decantetur, alterâ die prætergreſsâ, quod clarum per inclinationem: cum hoc liquore coquantur ſequentia; utpote:

Pulv. Lapid. medicamentoſi n. ℥iiß. *Sulphuris* ℥ij. *Olibani pulv. Myrrhæ, Sang. Draconis, Succini,* an. ℥iß. *Roſar. rub. Balauſtior.* an. ℥j.

Ad conſiſtentiam cataplaſmatis ſolidiorem ne manibus adhæreat; Jam verò ſolvantur in

Therebinthinæ claræ ℥v. *Gumi Tacamahacæ, Elemi, Pulv. Gum. Maſtichis* an. ℥j. *Ammoniaci* ℥iß & *ceræ flavæ novæ* ℥iij.

His inſimul mixtis & liquatis, ſuperiùs cataplaſma ſenſim immiſceatur, fiatque ſic Ceratum, ſeu cataplaſma, potens, ad ſtrumas, & tumores duros emollien-

 dos,

dos, & dissipandos. Resolvit enim & exsiccat humores artubus impactos. *Vid. corp. ph. p. 661. a.*

Catharticum Cæsareum *Pharm. Batean.*

℞. *Pulp. Zingib. condit.* ℥ij. *Resin. Scammon.* ℥j. *confect. Alkerm.* ℥ß. *Rosar. r. præp. Crem.* ♃ *an.* ʒij. *Olei cinamomi* gtt. xx. *Spir.* ⊖*li* gtt. xvi. *Brodii Zingib. condit.* q. s.

Ut fiat s. a. Electuarium.

Chocolada Composita.

℞. *Fructus Cacao* no. 700. *Sacchari* ℔ß. *Piperis Mexicani*, Chilles dicti gr. xiv. *Caryophyllor.* ʒß. *Siliquæ Vanilia* ʒij. *Achiotæ* ʒj. & si lubet, *Ambræ* gr. vj. *Moschi* gr. iij. Fiat ex omnibus pasta.

Possunt alia pro lubitu addi aromata, modo non sit nimis aromatisata, nec Saccharo nimium dulcificata; *Fructus* etiam *Cacao eligatur, qui neque rancescit, neque carie consumpus existit.* Præparatio solet institui vel per solam *aquam*, vel per *Lac* admixtum, ubi ad *Liquoris* ℔j. *Chocoladæ* pulverisatæ sumitur ℥j. vel ℥iß. Et si inter continuam agitationem saltem ebullit ac pulvis liquescere & spumescere incipit, tum usui apta existit. Nonnulli addere solent *ovi vitellum* ac parum *vini canarini*.

Cinnabaris artificialis.

℞. Partem unam *Sulphuris*, quod liquefacies in magno fictili, huic paulatim permiscebis *fluentis Mercurii* partes tres, agita & fusionem contnua, donec nullus appareat omnino Mercurius, tunc mixturam hanc pulverisa, & sublima in ollis, igne aperto gradatim adhibito, habebis massam duram ac rubicundissimam. Si Mercurio metallum aliquod permixtum fuisset, id in ollarum fundo permanebit.

Non

Non solùm facilior transportatu est Mercurius in Cinnabarim versus, sed etiam pictoribus utilis.

Utuntur etiam eo unguentis pomatis permixto ad pruritum.

Ex eo fiunt etiam suffumigia, cum oris fluxum excitare est animus. *Vid. corp. ph. p. 18. a.*

Cinnabaris Antimonii.

℞. *Mercurii sublimati* propria manu parati, vel aliàs *non adulterati* ℥vj. *Antimonii* ℥iv. (Præstat verò minori semper dosi confectionem instituere.)

Tum singula priùs in mortario lapideo pulverisata, exactissimè misce; unde insignis excitatur conflictus cum æstuante colore & fumorum venenatorum ingenti copia, in aëra expatiantium, qui vitentur; statim verò post mixtionem pulverem immitte retortæ vitreæ, ac in arenam colloca.

Retorta tamen requiritur probè figurata, collo sat longo & amplo, ne facilè à copia Cinnabaris obstruatur, & rumpatur.

Hanc ita, ut pene fundum capellæ tangat, collòca; Cum ignis ultimò intensus requiratur.

Primo verò ignem adde mitem, quo maceratio quasi quædam perficiatur, postmodum augé ignem, ut capella aliquâ ex parte candescat; sic prodit liquor albedine nitens, cui succedit butyrum maximè limpidum, quod alio recipiente excipiendum, prius tamen bene luto munito receptaculo, cum retorta, ne fumus malignus acido-volatilis, laboranti inferat noxam.

Hoc verò ignis gradu perge, donec liquor luteus egredi incipit, tum fortifica ignem, & si nullæ amplius decidunt guttæ, recipulum remove & retortæ foramen charta convoluta obtura, vehementioremque

que ignis gradum adde, ut inferior retortæ pars candeat, & materia in illa liquida reddatur, sicque Cinnabaris legitimè elevetur: Nisi enim retortæ ima pars uti & materia in retorta contenta aliquo modo candescat, Mercurius non ascendit, & in Cinnabarim mutatur, excepto ab initio operationis, ubi cavendum, ne sub butyri destillatione vehemens ignis adhibeatur, atque eo ipso productio sulfuris antimonialis impediatur. Vel quod jam productum est dejiciatur.

Signum verò caloris nimis fortis est, si citius butyrum exeat, ita ut gutta guttam trudat, & retortæ collum variegato colore, nimirum flavo, viridi, rubro, &c. Statim pingatur utpote qui dependent à destructione sulfuris. Hoc observato ergò ignis debilitetur; donec mediocri hoc igne omne butyrum prodiit, & liquor luteus prodire incipit, ubi tempus est ignem addere fortiorem.

Peractâ operatione, quæ aliàs si paulò major ingredientium copia sumitur, intra 12. horas fieri solet, frangatur retorta, & colligatur, Cinnabaris, & aqua fontana aliquoties abluatur, ut butyrum forte adhærens eluatur. *Vid. corp. ph. p. 36. a.*

Claretum Absinthiacum laxativum *Minsichti.*

℞. *Fol Senæ elect.* ℥ß. *Turbith. alb. & gum. Mechoacannæ* an. ʒvj. *Absinth. pont. Bacc. Juniperi* an. ℥ß. *Rad. Ireos nostrat. Esulæ minor. præp.* an. ʒiij. *Sem fœniculi, Carvi* an. ʒij. *Calami aromatic. Cingiberis alb. Cinamomi acut. Caryophyllorum, Zedoariæ* an. ʒj. *Flor. Epaticæ alb. Sambuci, Genistæ* an. ʒß. *Croci Oriental. Epithym.* an. ℈j.

Incisa & contusa infundantur in *vini Rhenani* ℥xxxvi.

Ma-

Macerentur in B. M. post debitam digestionem ebulliant parum, & additis *Sacchari alb.* ℥iiij. clarificentur per manicam Hypocratis, & sic fiat Claretum.

Quod in Cachexia, Hydrope, Hepatis & lienis obstructione, febribus, colicâ, Scorbuto, Scabie, &c. selectissimum & specificum est laxativum.

Dosi ℥iiij. *Vid. corp. ph. p. 453. a.*

Claretum Anisatum *Minsichti.*

℞. *Sp. vin. anisat.* ℔ iij. *aq. loch. sani marrub. fl. viol.* an. ℔j. *cass. lign.* ℥ij. *macis* minutim concis. ℥ß. macer. p. 8. d. postea add. *sacch. cand. alb.* ℥xij. clarif. per manicam Hipp. F. Claretum in aff. thoracis usurp. dosis cochl. j. ad ij. vel iij. *Vid. corp. ph. p. 453. a.*

Claretum Apoplecticum *Michaelis.*

℞. *Flor. anth. lavend. salv. prim. ver. tunic. beton. calend.* an. Pij. *Rad. arist. rot. irid. flor.* an. ℥i. *Rasur. lign. sassafr.* ℥iß. *visc. q.* ℥ß. *nuc. m.* no. viii. *cinam cass. lign.* an. ℥iii. *cardam. cubeb.* an. ʒiß. inf. in s.q. *vin. rh.* per bid. in loc. cal. postea col. & edulc. *sacch.* F. Claretum in Apopl.

Claretum ant-Apoplecticum Laxativum *Minsichti.*

℞. *Fol. Senæ elect.* ℥ii. *Turbith. albet. gumm.* ℥i. *Baccar. juniperi, Rad. Zedoariæ* an. ℥ß. *Agarici alb. & levis, Hellebori nigri præp.* an. ℥ii. *Galangæ min. Cubebarum, Zingib. alb, Cinamomi* an. ʒi *flor. Lavendulæ, Primulæ veris, Calendulæ. Lil. convall.* an. ℥ß.

Infundantur in *vini Rhenani* ℥xxxvj. macerentur in B. M. per biduum; postea coq. parum & additis *Sacchari alb.* ℥iiij. Clarificentur per manicam Hippocratis & f. Claretum. *Vid. corp. ph. p. 453. a.*

Claretum Chalybeatum *Minsichti.*

℞. *Vin. malv. opt.* ℔iii. *chalyb.c. aceto tamarind. pp.* ℥i. *rad. scorzon. acidi tart.* an. ℥ß. *galang. min. cass. lign. caryoph.* an. ʒi. hæc in vas vitr. indita m. & dig. loco cal. mov. aliq. per bid. deinde coletur per man. Hipp. & clarif. Prodest in obstruct. hep. & lienis, & cachexiam corrigit. *Vid. corp. ph. p.* 454. *a.*

Claretum Antepilepticum laxativum *Minsichti.*

℞. *Fol Senæ elect.* ℥ii. *Turbith. alb. gum. Mechoacannæ* an. ℥ß. *Ras. Cornu alcis, Cranii humani, nuc. Moschatæ* an. ʒii. *Rad. & sem. Pœoniæ debite collect. Visci quercin.* an. ʒß. *Cardamomi min. Cassiæ ligneæ, Caryophyllorum* an. ʒi. *Flor. Pœoniæ maris, Liliqr. convall. Lavendulæ, Tiliæ,* an. ʒß.

Macerentur in *Vini Rhenani* ℥xxvi. Stent in infusione in loco calido per biduum; Coquantur postea parùm, & additis sacchari albiss. ℥iii. clarificentur per manicam Hippocr. & f. Claretum. *Vid. corp. ph. p.* 454. *a.*

Claretum confortans caput *& nervosum genus* D. J. M. *ex Th. Hoffmanni.*

℞. *Cubebar. Caryophyllor. Cinamom. calam. arom.* an. ℥ii. Infunde per noctem in *Vini Malvatici* ℔iiii.
Mane per manicam Hippocr. colentur, adde Sacchar. ℥viij.
S. Hauptstärckender Wein. *Vid. corp. ph. p* 452. *a.*

Aliud simile ex Thes. Hoffmanni.

℞. *H. Betonic. rorism. Salviæ, primul. veris* a. p. ii. *Fl Stœchad. A. Betonic. Lil. convall. rос. r.* a. p. j. *Carda-* *mom*

mom. nuc. Moschat. Caryophyll. Cinamom. an. ℈ ii. *Cubeb. Calam. arom.* an. ℥j. *Cortic. citri, aurant.* an. ℥ß. Infunde in *vini Malvatic.* mensur. j. adde *Sacchar. opt.* ℥iii.

Filtra per manicam Hippocratis, misce, fiat Claretum.

Claretum matricem confortans *Hoffm.*

℞. *Cinam. anthophyll.* ana ℥ij. *rad. cost. zed.* ana ℥i. *nuc. m.* no. ij. inf. in *vin. rub.* ℔iiiß. p. n. mane per man. Hipp. col. addedo *sacch.* ℥vj.

Claretum moschatum *Minsichti.*

℞. *Cass. lign.* ℥ß. *caryoph.* ℥ij. *nuc. m. macis. cort. citri* ana ℥i. *rad. ir. fl. galang. min.* ana ʒ ß. *sant. citr. lign. al.* ana. ℈i. *ambr. gris. mosch. opt.* ana ℈ß. pulv. & m. adde *vin. malv.* & odorif. ℥xx. st. in dig. per al. d. adde *sp. ros.* ℥iv. clarif. per man. Hipp. edulc. *sacch.* Fœtorem oris & nasi emendat, & ventric. & cor roborat. Vid. corp. ph. p. 455. a.

Claretum Juniperinum *Minsichti.*

℞. *Spir. vini juniperini* ℔iij. *Aq. rad. Enulæ camp. Tussilaginis, Loch sani,* ana ℔j. *Cinamomi acut.* ℥ij. *Caryophyllor. integ.* ℥ß.

Infunde per aliquot dies, postea per manic. Hipp. destilla, & *Sacchari cand. alb.* ℥xvj. edulcora & usui reserva.

In Asthmate, Tussi, cæterisque pectoris viriis nec non imbecillitate, & inflatione ventriculi; item in Dysuria, Stranguria & Calculo excellens est.

Dosis à à cochl. j. ad ij. vel iij. aliquoties in Septimana. Vid. corp. ph. p. 455. a.

Claretum laxativum *ex Schrœdero.*

Rec. *Cinamom. Galang. Caryophyllorum, Macis, Zinzib.*

ana

ana ʒj. *Turbith. alb.* ʒvj. *fol. Sen. el.* ℥j. *Mechoacann.* ʒiij. *Sacchar.* ℥iij. *Vini generosi* ℥xvi. *Aq. fontan.* ℥viij. *Cremor. tart.* ʒij.

Stent in infusione per noctem, dein colentur per Manic. Hippocr.

Purgat humores Melancholicos & pituitosos.

Dosi ℥iij. vel iiij. *Vid. corp. ph. p.* 451. *a.*

Claretum Antinephriticum *Minsichti.*

℞. *Hordei integri, Cicerum rub.* ana ℥iß. *Rad. Ononidis, Eryngii,* ana ℥j. *Glycyrrhizæ, Petroselini* ana ℥ß. *Bacc. junip. contus. gran. Alkekeng.* ana ʒij. *Sem. Milii Solis, Oxyacanthæ, Altheæ, Malvæ min.* ana ʒiß. *H. Violar. flor. Genistæ* ana ʒj. *Caricarum ping. Sebesten* ana no. xi.

Infundantur in *vini alb. tenuis* & *aquæ pluviæ*, ana ℔iij. per 24. horas; postea coq. ad iij. partis consumptionem, ut remaneant ℔iiij.

Quibus adde *Sacchari albiss.* ℥iiij. & per manicam Hippocratis clarificentur & servetur Claretum. Vid. corp. ph. p. 455. a.

Claretum purgans, *seu Vinum Hippocraticum ♁ ale Schrœderi ex Sala.*

℞. *Vitri ♁ii* subtiliss. pulverif. ʒj. ℈ij. *Vini alb. opt.* ℥viiiß.

NB. ♂ ℘ (6) dein cola, colaturæque adde:

Sacchar. albiss. pulverisat. ʒiij. vel ℥ß. Aromatizetur cum opt. △ *Cinamomi* & servetur.

Dosis ℥j.

Vires: Satis leniter suaviterque operationem suam infra & supra exercet. Vid. corp. ph. p. 451. a.

Claretum anti-Podagricum laxativum *Mins.*

℞. *Hermodact. alb.* & à cortic. superior. mundat. *fol. Senæ*

Senæ elect. ana ℥ij. *Turbith. alb. & Gumm. Mechoacannæ* ana ℥ß. *Herb. Chamædrios, Verbenæ* ana ʒij. *Sem. Fœnicul. Anisi* ana ʒiß. *Cardamomi min. Cinamomi acut. Macis, Croci Oriental.* ana ʒj. *Flor. Ireos nost. Verbasci, Violarum, Anthos.* ana ℥ß.

Macerentur in *vini alb. tenuis* ℥xxxvi. in loco calido per biduum; postea coq. parum, & additis *Sacchari alb.* ℥iiij. clarificentur per manicam Hippocrat. & fiat Claretum. Vid. corp. ph. p. 456. a.

Claretum purgans *Minsichti.*

℞. *Fol. Senæ elect.* ℥ij. *Rad. Ireos nost.* ℥j. *Mechoacannæ, Hermodact. alb. Turbith. alb.* ana ℥iß. *Herb. Agrimoniæ, Scolopendr. Veronicæ,* ana ʒij. *Sem. fœniculi, Anisi,* ana ʒiß. *Cassiæ ligneæ, Caryophyllorum, Cingiberis alb. Cardamomi acut.* ana ʒj. *Flor. Genistæ, Melissæ, Buglossæ Salviæ*; ana ℥iß.

Infunde in *vini veteris* s. q. macerentur per 24. horas; postea coquantur, & in colatura adhuc calida ℥xvj. dissolve *mannæ calab.* ℥iiij.

Iterum cola & adde;

Aq. Cinamomi ℥j. *Elæos. citri* ʒj.

Denuò misce & fiat l. a. Claretum laxativum.

Pituitam & aquas educit & à juncturis trahit; Cephalæam & Epilepsiam juvat, veteres defluxiones sistit; Ob id podagræ & aliis arthritidis differentiis confert, & articulorum, coli, & renum doloribus utile est catharticum.

Dosis ab ℥iij. ad ℥iiij. Vid. corp. ph. p. 457. a.

Claretum passulatum laxativum *Minsichti.*

℞. *Pass. min.* vino elotar. ℥ij. *fol. sen. el. mechoac.* ana ℥j. *rad. glyc. ras. cinam. acut. sem. anis. cont.* ana ℥ß. *Herb. pulm. macul. phyllit.* ana ʒij. *Tussilag. marrub.*

ana

ana ℥iß. *fl. epat. alb. hyſſ. ſalv.* ana ℥i. *croc. or. matit.* ana ʒß. *fic. ping. jujub. ſebeſten. dactylor.* ana no. viij. macer. in *hydromel. opt. & antiq. aq. hord.* ana ℔iij. p. 24. h. poſtea coque parum & addit *ſacch. cand. alb.* ℥iv. clarif. p. man. Hipp. F. Clar. Laudatur in affect. pectoris; doſis ab ℥iv. ad vj. Vid. corp. ph. p. 456. a.

Claretum Paſſulatum laxativum de *Spina.*

℞. *Paſſ. maj. min.* ana ℥j. *caric. ping.* no. v. *cinam. caſſ. lign.* ana ℥i. *ſal. tart.* ℥ß. *fol. ſen. mund.* ʒß. *flor. perſic. viol. roſ. rub.* ana Pij. *Agar. troch. aloës ſuccotr.* ana ʒi. cont. in mort. & incl. nod. aff. *vin. Hiſp.* ℔j. ſt. in f. p. 2. d. & n. F. Claretum pro una doſi.

Claretum Paſſulatum Pectorale *de Spina.*

℞. *Paſſul. maj. min.* ana ℥j. *Raſur. lign. ſaſſafr. ſant. citr. rub.* ana ʒiij. *caric. ping. dactyl.* ana no. iv. *cort. cinam. caſſ. lign. chinach.* ana ʒi. *Rad. china, liquirit. ſalſap. ir. fl.* ana ʒß. *fl. roſ. rub.* Pij. *tunic.* Pi. *Aloës ſuccotr. myrrh.* ana ʒß. *caryoph. arom. anthophyll.* ana ℈ij. *nuc. m. macis.* ana ʒß. *croc.* ℈ß. cont. & includ. nod. & inf. *vin. Hiſp.* q. ſ. ſt. in dig. p. al. d. edulc. tinct. *Sacch.* q. pl. F. Claretum.

Claretum Pectorale *Hoffmanni.*

℞. *Rad. glyc. helen. irid. fl.* ana ʒß. *cort. citri aurant.* ana ʒij. *herb. marrub. alb. ſcab. veron. tuſſil. hyſſ. pulm.* ana Pij. *fl. ſcab. meliſſ. beton.* ana Pj. *Paſſ. min.* ʒß. *ſebeſten. jujub.* ana no. x. *croc. caſſ. lign. cinam.* ana ℈ij. *cubeb. caryoph. nuc. m.* ana ʒß. inf. p. n. in *vin. helen.* vel *malv.* q. ſ. adde *ſach. penid.* ℥vj. F. p. man. Hipp. Claretum.

Clare-

Claretum Rhabarbaratum *Minsichti.*

℞. *Fol. Senæ elect.* ℥ij. *Rhabarb. opt.* ℥j. *Rad. Scorzoneræ* ℥ß. *Herb. Phyllitidis*, *Hepaticæ* ana ʒiij. *Sem. Petroselini*, *Apii*, ana ℥ij. *Galangæ min. Cassiæ ligneæ*, *Zingib. alb. Caryophyllorum*, ana ʒj. *Flor. Centaur. min. Epaticæ alb. rosar. rub. Cichorei* ana ℥ß. *Croci Oriental. Epithymi* ana ℈j.

Macerentur in MB. in *vini Rhenani* ℥xxxvj. per biduum; postea ebulliant parum & additis *Sacchari alb.* ℥iiij. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum. *Vid. corp. ph. p. 457. a.*

Claretum stomachicum confortans *ex Minsichto.*

℞. *Cinamomi acut.* ℥j. *Menthæ crisp.* ℥ß. *Mastiche elect.* *Galangæ min. Caryophyllor.* ana ʒij. *Calami aromatic. Cardomom. min. Zingib. alb.* ana ʒj. *Lign. Aloës ponderos. Rad. Pimpinellæ*, *Zedoariæ*, ana ℥ß.

Macerentur in *vini Malvatici* ℥xxxii. per aliquot dies; postea clarificentur per manicam Hippocratis & fiat sic Claretum. *Vid. corp. ph. p. 458. a.*

Clyssus Antimonii, *aliàs* Aqua Tonitrualis.

℞. *Antimon. crudi*, *Nitri opt. Sulfuris commun.* aa. p. æqu. Redigantur omnia seorsim in pulverem, qui cribretur, & misceatur; tum supra ignem ponatur retorta tubulata, applicato recipiente amplo vitreo, (sunt qui doliolum parvum, vel satis capax sumunt) *quod pauxillum aquæ fontanæ* contineat; Sit verò junctura recipientis & retortæ leviter tantùm clausa; Tum in retortam ignitam ingeratur cochlear prædicti pulveris, statimque claudatur

tubulus aut foramen retortæ, operculo, ſic in momento accenditur materia, propelluntur que cum impetu ſpiritus in recipiens; ceſſantibus verò his, novum cochlear ejus pulveris injicitur, continuaturque operatio, donec omnis materia eſt conſumpta, tum recipiens auferatur & crebrius moveatur ac hinc inde eluatur, tum verò liquor acidus effundatur, per chartam filtretur; & ad uſum recondatur.

Vires prædicantur inſignes ad temperandum calorem febrilem, item attenuantes, aperientes, Diaphoreticæ, Stomachicæ; Alexipharmacæ, &c.

Cl. Ettmüllerus *Commentario in Schrœderum* anaticam clyſſi ingredientium proportionem minus convenire; ac propter abundantiam 🜍, deflagrationem impediri, 🜍 in nitro figi & parum Spiritus ſic acquiri dicit, hinc ſequentem ingredientium proportionem ceu genuinam communicat; v. g.

Rec. *Antimonii* ℔j. *Nitri* ℔ij. 🜍*is* ℥iij. Mixta per retortam deſtillentur, ſic prodit egregius ſpiritus acidus volatilis; quibuscunque ſpiritibus mineralibus pro uſu interno præferendus; cum vi ſingulari diuretica polleat: Inter operationem ſimul elevantur flores ♁ incarnati.

Confectio Aniſi ſolutiva emetica.

Rec. *Sacch. albiſſ.* ℔ij. *ſolv.* c. ſ. q. aq. roſar. ad conſiſt. ſyr. craſſ. interea paretur pulvis catharticus. Rec. *pulv. rad. mechoac. alb.* ℥i. *aſari* ʒv. *crem. tart.* ℥i. *cin.* ʒß. *nuc. m.* ʒij. *merc. vit.* ʒß. M. F. Pulvis dein ℞. *aniſ. el.* & à ſtipit. ℔ß. immitt. aheno cupreo ſuper igne leni colloc. ſuſpenſo & cum ſupradicto ſaccharo humectetur inſperſoque pulvere cathartico iterum exſiccetur, toties hoc faciendum, donec pulvis

pulvis anisum & saccharum juncta in unum corpus coaluerint. *Vid. corp. ph. p. 331. a.*

Confectio Cinamomi, *sive Cinamomum coctum Zvvelfferi,*

℞. *Amygd. dulc. decort.* ℥iij *Pistach. decort.* ℥ß.

Contundantur minutissimè in mortario, ad pultis formam, addita paulatim f. q. *aq. Cinamomi opt.* quibus adde:

Sacchari can. albi pulv. ℥viij. *Pulv. Cinamomi acuti* ℥iij. *Boli Armenæ orient. præp.* ʒvj. vel ℥j. *Cardamomi. Piperis longi, Zinziberis*; ana ℥ij. *Ol. Still. Cinamomi* ℈j. vel ʒß.

Cùm suffic. quant. *Mucilag. Tragacanthi*, *aqua Cinamomi extractæ*, fiat massa; ex qua formentur Cannulæ instar; Cinamomi; siccentur leniter. *Vid. corp. ph. p. 343. a.*

Confectio Cinamomi *alia Zvvelff.*

℞. *Pulv. Cinamomi acut.* ℥ij. *Zinziberis albi* ℥ß. *Caryophyllorum, Nuc. Moschat.* ana ℥ijß. *Boli Armen.* ʒvj. *Ol. Cinamomi Still.* ℈j. vel ʒß. *Sacchari can. albi* ℔j.

Et quibus mixtis inque pulverem redactis addita f. q. *Mucilaginis Tragacanthi, aqua Cinamomi* extractæ fiat pasta, è qua formentur Cannulæ instar Cinnamomi convolutæ.

Roborant ventriculum & cerebrum; facultatem concoctricem labefactatam confortant, & anhelitum gratum conciliant. *Vid. corp. ph. p. 343. a.*

Confectio Emetica citrata *Zvvelfferi.*

℞. *Sacchari albi pulverisati* ℥iv.

Solvatur f. a. in f. q. *succi citri recenter* & jamjam *expressi*, sine ebullitione, in patella ferrea, igne tamen carbonum recenti.

Cui adde ab igne prius remoto & nonnihil fervore remittente:

 Corti-

Corticum citri recent. extimorum & subtilissimè contusorum ad pultis formam, ℥ß. *Tartari nsi purgantis antimoniati* ℥vj.

Fiat l. a. confectio solida sive in forma rotularum sive morsellorum delicatissima.

Dosis ʒiij. ad ℥ß. *Vid. corp. ph. p. 343. a.*

Confectio Hamech. Maj. *Mes.*

℞. *Myrobalan. Citrin.* ℥iiij. *Chebularum, Indarum Rhabarb. el.* aa. ℥ij. *Agarici Colocynth. Polipod.* ana ℥ij. ʒij. *Absinth. Thymi, Senæ*, aa. ℥j. *Violarum* ℥iß ʒiij. *Epithymi* ℥ij. *Sem. anisi, fœnic. Rosar. rubr.* aa ʒvj. *Prunor.* no. 60. *Passular. enucl.* ℥vj. Macerentur omnia in *Succi Fumi terræ* ℔j. *Seri lactis caprini* ℔xii In vase vitreato, in loco tepido per viginti quat horas, postea ferveant unâ vel alterâ ebullitione & colentur: In colatura solvatur, *Sacchari albi* ℔iß & ad debitam consistentiam coquatur addendo in fine *Pulpæ Cassiæ* ℥iiij. *Tamarindorum* ℥v. & ubi al igne remota fuerit, sequentes pulveres paulatim inspergendo *Scammonii præp.* & seorsim in pulv redacti ℥iß. *Myrobolanar. citrin. Chebular. Indar.* aa ℥ß. *Belliricar. Emblicarum, Rhabarb. Sem. Fumi terræ*, aa. ʒiij. *Anisi, Spicæ Indicæ* aa. ʒij.

Fiat Electuarium s. a.

Conducit cutis fœditati, impetigini, scabiei, elephantiasi, cancro exedenti, &c. *Vid. corp. ph. p. 343.*

Confectio adversus Lumbricos *Zwelfferi*.

℞. *Semin. Cynæ probè mundati, & à stipitibus liberati* ℥iij.

Obducantur saccharo juxta artem confectoriam, inspersо paulatim & per vices, quotiescunque seme inter initia saccharo humectatur, uti moris pulvei

subl

ubſequentè, donec totus is ſemini cum ſaccharo ſenim & per vices agglutinatus ſit.

Tandem pulvere omni inſperſo & ſemini Cynæ uncto, ſolo ſaccharo puro ad competentem magnitudinem & candorem confectio reducatur. Erit confectio non injucunda, adverſus lumbricos efficax, data à ℥ij. ad ℥ß. *Vid. corp. ph. p. 331. a.*

Confectio Pectoralis *Ph. Aug. V.*

℞. *Pulv. rad. ir. fl.* ℥iij. *liquir.* ℥i. *cinam.* ℥ij. *nuc. m.* ℥i. *caryoph.* ℈ij. *macis.* ℈j. *ſpec. diair. ſimp. diatrag. fr.* ana ℨij. *zingib. alb.* ℥iij. *croc.* ℈ß. *ſacch. alb. in aq. farfar. ſolut.* ℔xx. F. ſ. a. Tabulæ aut morſuli. Prodeſt ad tuſſim & Pect. vitia. Vid. corp. ph. p. 337. a.

Confectio poſt Paſtum. *P. A. V.*

℞. *Sem. Aniſi, Fœniculi, Carvi, Coriandri, Zingiberis albi*, ana ℥iß. *Calami aromatici, Nucis Moſchatæ*, ana ℥j. *Cinnamomi electi* ℨij. *Sacchari albiſſimi* ℔iß.

Semina maneant integra reliqua verò diligenter incidantur, & cum ſufficiente quantitate *aq. Roſarum* fiant Morſelli, qui aromatiſentur

Moſchi orientalis granis ij.

Tardam infirmamque ventriculi concoctionem promovet, & craſſos ejuſdem flatus diſſipat, ructus quoque acidos compeſcit, & oris halitui gratiam conciliat. *Vid. corp. ph. p. 342. a.*

Pulvis pro inſpergenda confectione ſequens eſto.

℞. *Turbith albi gummoſi* ℥iß. *Mechoac. alb.* ℥j. *Corallinæ* ℥j. *Cinamom. opt.* ℥ß. *Mercur. dulcis ritè parati*, & bis aqua calida loti ℥vj.

M. fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus. Vid. corp. ph. p. 331. a.

Conſerva Hepatica Corallitana *Pharm. Batean.*

℞. *Fruct. cynosbati matur.* à ſemine & capillamentis exactè liberati, q. ſ. cuſtodiantur ſimul in loco clauſo, per VI. dies, deinde adjecta *vini rubelli* q. ſ. coque ad mollitiem, & per ſetaceum trajicito; Tum pulpæ adde *Sacchari opt.* aa. & ad unamquamque libram, *Aquæ Roſar.* ℥iß. Tum verò coque in M. B. ad mivæ conſiſtentiam.

Crocus Auri,

Quem Zvvelfferus *hunc in modum conficit.*

℞. *Auri finiſſimi per antimon. purgati & ſubtiliter laminati* ʒß. *Salis nitri optimè purificati, ſalis communis ſeu Gemmæ,* ana ʒviij. *Aluminis crudi* ʒv.

Miſceantur immittanturque cucurbitæ vitreæ, quibus ſuperaffundatur aquæ ſimplicis ſ. q. pro diſſolutione dictorum ſalium. Coquantur poſt in arena, igne moderato ad ſpiſſitudinem vel ſiccitatem ſalium priſtinam.

Aurum totaliter ſolvetur & ſalibus permiſceatur, quibus denuo aquæ ſimpl. ſ. q. pro diſſolutione dictorum ſalium, & auri affundatur; filtretur ſolutio ſolis flava, laureique coloris, cui guttatim inſtilletur:

Olei Tartari per deliquium facti q. ſ.

Quouſque aurum totaliter fundum petat, quod per filtrum ab aqua ſalſa ſeparandum, & aqua dulci recenti ſæpiùs affuſa, probè edulcorandum, tandemque exſiccandum; & (ſi lubet,) igne lento per horæ quadrantem calcinandum eſt. Erit Crocus ſolis pulcher aſpectu, purpureo-violacei coloris; ſi benè operatus fue-

fuerit; sudoriferum & cordiale insigne. *Vid. corp. ph. p. 239. a.*

Crocus Martis aperiens, *juxta Le Mery.*

Inde *limaturam ferri* in fictile minimè vernice obductum, & *expone pluviæ*, quo usque in pastam reducatur: repone in umbra loco sicco, & rubiginem contrahet:

Pulverisetur & iterum pluviæ exponatur, ut instar pastæ evadat, & ut prius rubiginem contrahat curabis: idque continua duodecies, tunc, postquam in tenuissimum pulverem reduxeris, ad usum repones. Humectari potest *aquâ mellis*, locô, aquæ pluviæ. *Vid. corp. ph. p. 253. a.*

Crocus Martis alius aperiens *Le Mery.*

Limaturæ ferri & Sulphuris pulverisati partes æquales, misce & *aquâ additâ* fiat pasta, hanc pastam in fictile colloca, ibique fermentari permitte, per quatuor aut quinque horas, quibus elapsis calido igne fictile admovebis & spatulâ ferreâ materiam agitabis, flammam concipiet, & nigra apparebit Sulphure usto, sed ignem magnum continuando, & materiam per horas duas agitando, acquirit colorem valdè rubrum, quod signum erit perfectæ operationis; permitte ut refrigescat, & serva hunc Crocum, cujus usus, idem cum præcedentibus est, in iisdem morbis, datur à granis xv. ad ʒj. *Vid. corp. ph. p. 253. a.*

Crocus Martis Cachecticus *Zvvelfferi.*

℞. *Nitri puri* ℔j.

Liquefiat super leni igne in crucibulo, cui injiciatur:

Limaturæ ferri q. s.

Ad siccitatem nitri, paulatim tamen & successivis

actibus, quoad nulla amplius rasura imprimi queat, quo facto relinquantur paululum adhuc super igne aliquantum aucto, donec nitrum sponte sua accensum propemodum conflagret.

Eximatur deinde massa è crucibulo & ei affundatur *aqua calida*, quæ si tincta fuerit rubicundo colore, decantetur filtreturque.

Hinc spatio unius circiter diei & noctis desidebit pulvis rubicundus, & fundum petet, qrem ab aqua per filtrum aut decantationem separatum ac probe siccatum ad usus servato.

Præstans est in Cachexia morboque virgineo & Clorosi, oblatus à ℈ . ad unum & ʒß. vel in quadam conserva aut vehiculo quocunque alio, palato grato. *Vid. corp. ph. p. 254. a.*

Crocus Metallorum *Rulandi.*

Crocus hic *Rulandi* quisnam sit, & quomodo conficiatur, variè agitatur.

1. Quercetanus fere in opinione est, Crocum illum Rulandi non esse diversum à croco illo vulgari Metallorum: *Hartmannus* ab hoc non nisi levi discrimine distat. quod in præparatione situm est: nempe *salinitri* fluenti & ab △ remoto, sine inflammatione admiscet & spatula ferrea continuò agitando, donec omnia probè sint mixta, quæ tandem accendit. *Vid. corp. ph. p. 283. a.*

Crocus Metallorum Absinthiacus *Minsichti.*

℞. *Antimonii crudi optimi* & perlucidi *Sal. Absinthii*, an. ℥iij.

Misceantur, igneantur & calcinentur singulari diligentiâ & debitô modo, ut est artis, & Antinonium calci-

calcinatum, ſubrubeum, fixum, & arſenicali pulvere penitus ſpoliatum invenies; quod aqua dulci toties ablue, donec nulla amplius Salis abſinthii acrimonia guſtu percipiatur.

Poſtea pulverem ita edulcoratum & exſiccatum, tanquam verum & genuinum metallorum crocum ad uſum ſerva. *Vid. corp. ph. p. 282. a.*

Crocus Metallorum *alius magis correctus Coll. Leidenſis.*

℞. *Antimonii crudi* ℥iß. *Nitri pulch.* ℥j. ⊖*is commun. decrepitati*, an. ℥ß.

Mixta liqueſiant in crucibulo poſt detonationem, donec inſtar ceræ ſluant, per horam; Poſtea refrigeratis omnibus crucibulum frangatur, & invenies maſſam vitri nigricantis inſtar; quæ facilè in pulverem abit rubro-purpureum uſui aſſervandum.

Vocatur ab aliis Magneſia opalina.

Quoad vires mitior eſt iſte crocus præcedenti propter majorem quantitatem ſalis additi, quod detonando plures ſulphureas antimonii partes ſecum in auras rapit.

Doſis eſt à gr. iij. ad ℈ß. *Vid. corp. ph. p. 279. a.*

Crocus Metallorum, *ſive Hepar Antimonii juxta Le Mery.*

℞. *Antimonii & nitri* an. ℥xvj.

Pulveriſa & accuratè miſce, hanc mixturam conjicito in mortarium ferreum, atque latere obtegito, relictâ tamen aperturâ, per quam introducendus carbo accenſus, hincque mox extrahendus: materia inflammabitur magnaque fiet detonatio, qua peracta mortario refrigerato id invertes, ejuſque fundum percuties, ut labatur materia, hinc ictu mallei ſeparabis

ſcorias à parte lucida, quæ dicitur Hepar Antimonii propter colorem Hepati haud abſimilem.

Vinum Emeticum ut paretur, infundatur ℥j. hujus hepatis antimonii pulveriſati in boni vini albi ℔ii. per quatuor & viginti horas; hinc requieſcere permittatur.

Datur hoc vinum ab unica dimidia ad ℥iii. *Vid. corp. ph. p. 1280. a.*

D.

Decoctum adſtringens *Minſichti.*

℞. *Rad. Tormentillæ, Serpentariæ,* an. ℥i. *Cydoneor. exſiccat.* ʒvi. *Sem. Lapathi acut. Antheræ roſar.* an. ʒii. *Herb. urticæ mort.* cum flor. rub. ʒiß. *Nuc. Moſchatæ, Cinamomi acut. Galang. min. Caryoph.* an. ʒi. *Sebeſten.* num. IX.

Coq. l. a. in *aq. Plantaginis* ℔iii. ad tertias, & in colatura clara diſſolve *Camphoræ* ʒi. & ad libitum cum miva Cydoneor. edulcora. *Vid. corp. ph. p. 397. a.*

Decoctum Album *Pharm. Batean.*

℞. *C. C. uſti præp.* ʒii. *Ab. fontan.* ℔iiii.

Coque ad dimidias, tum coletur citò per linteum rarum cum levi expreſſione, liquori lacteſcenti adde *Syrup. è ſucco arant.* ℥iii. vel q. ſ. ac propina in ſanguinis æſtu.

Decoctum Alterans *Th. Hoffmanni.*

℞. ▽ *fontan. puriſſ.* ℔ XXXII. *Sacchari candi albiſſ.* ℥x.
Bulliant leniter & colentur.

℞. Hujus *colaturæ fervent.* ℔ XXIV. Adde *Santal. rubr.* ʒiii. *Fl. roſ. r.* M. j. *Spirit.* 🜔*ol.* ℈ii. *Succi citri* ℥XXIV.
Infunde vitro benè clauſo per 6. horas, dein colentur & ſerventur pro uſu.

Hoc ſi ante lecti introitum quis uti velit Rec. *Hu-*

jus

jus decocti ℥vj. vel viij. *Syrup. citri* ʒvj. *Berberum* ʒj. *Succi granatorum* ℥ß. *Citri* ʒij. *Spirit.* ⊖*ol.* ℈ß. *Aq. Cinamomi* ℈ß. M. *Vid. corp. ph. p.* 403. *a.*

Decoctum alterans *Schræderi.*

℞. *Santal. rubr.* ℥ß. (alii ʒvj.) *Succ. citri recent.* ℥iß. (alii ℥j.) *Sacchar. clarificat.* ℥j. *Aquæ fontan. puriss.* an. ℔ iij.

Stent in maceratione per noctem, manè coquantur ad ℔ iß. Colentur ac serventur pro usu. *Vid. corp. ph. p.* 403. *a.*

Decoctum Amarum Laxans *Pharm. Batean.*

℞. *Summitat. cent. min. Fol. agrimon.* an. Mß. *Sem. card. ben. citri* an. ʒiß. *Flor. calend.* p. ij. *Rad. gentian.* ʒij. *Fol. sen.* ʒvj. *Rhabarb.* ʒj. *Vini albi*, *Aq. fontan.* an. ℔ j. coque ad dimidias, & tum fiat colatura pro 3. vel 4. dosibus, in Febribus intermittentibus.

Decoctum Antimoniale *Hornick.*

℞. *Rasur. lign. sassafr.* ℥j. *lign. visc. querc. lentisc.* an. ʒvj. *herb. beton.* mj. coq. in *aq. pluv.* mens. iv. bull. per quadr. horæ postea inde *ant. crud.* ℥j. in petia & bulliant, donec mens. iß. fit cons.

Catarrhis medetur & scab. curat. *Vid. corp. ph. p.* 397. *a.*

Decoctum Antimoniale in Lue venerea *Zvvelfferi.*

℞. *Lign. sanct.* ℥iij. *cort. ejusd.* ℥v. *salsap. sassafr.* an. ℥j. *merc. viv.* in pet. lig. *ant. crud.* in pet. an. ℔ j. incisa incid. coq. in aq. mens xij. in olla ad tert. p. cons. & col. *Vid. corp. ph. p.* 396. & 397. *a.*

Decoctum Aperitivum *Michaelis.*

℞. *Rad.* 5. *aper.* ℥ij. *rhab. monach.* ℥iß. *fol. agrim. tarax.*

cich.

cich. an. mj. *fl. cich. epat. nob.* an. Pij. *passul. maj.* no. coq. in s. q. *ser. lact.* colat. ℥ix. adde *syr. 5. rad.* ℥iij. *eupator. mes.* ℥ij. *spec. diatrion sant.* ʒiß. m. pro 4. dosib. ad viscera obstructa & eorum tonum restituendum in Cachexia. *Vid. corp. ph. p.* 391. *a.*

Decoctum Aperitivum in Ictero M.

℞. *Rad. 5. aper.* ℥ij. *chel. maj.* ℥iß. *herb. marrub. agrim. hyper. cent. min. ana* mj. *fl. calend.* Piv. coq. in s. q. *aq. chalyb.* colat. ℥ix. adde *syr. 5. rad. ap.* ℥ij. *de marrub. cich. c. rhab.* an. ℥i. m. pro 4. dosib. *Vid. corp. ph. p.* 391. *a.*

Decoctum Aperitivum *Hepaticum & Splenеticum tempore hyemali* Zvvelff.

Emplaſtrum ad Fontinellas *F. F. ex Schrœd.*

℞. *Ceruſ. Lithargyr.* ana ℥vj. *Ol. Roſar.* ℔j. *Aq. Roſar.* ℥viij. Coque l. △ in fine adde: *Ceræ alb.* ℥iij. F. l. a. Emplaſtrum, quod arcet inflammationem. *Vid. corp. ph. p.* 654. *a.*

Emplaſtrum ad fracturas oſſium *Renodæi P. A. V.*

℞. *Radicum Symphyti majoris, Althææ, Viſci querni,* ana ℥ij. *Plantaginis, Chamæpytios, Hyperici,* a. M. j. Fiat decoctio in æquis partibus *vini rubri,* & *aquæ Fabrorum* ad medias. Colaturæ adde: *Mucilag. ſeminis cydoniorum,* cum decocto *Ariſtolochiæ rotundæ* extractæ, *Olei Maſtichini, Roſarum,* ana ℥iiij. *Ceræ virgineæ* ℔j. *Lythargiri auri* ℥ij *Therebinthinæ* ℥iij. *Balauſtiorum, Roſarum, Myrtillorum, Acatiæ,* ana ℥ß. *Mumiæ, Seminis Hyperici, Colophoniæ, Maſtichis Succini,* ana ʒvj. *Picis navalis, Boli Armenæ, Farinæ volatilis, Thuris,* aa. ℥iß. *Sanguinis Draconis* ℥ij. Fiat lege artis Emplaſtrum, Decoctum ſuperius & mucilaginem, cum *Oleo roſarum,* ad humiditatis aqueæ conſumptionem coquendo, dein ceram cum colophonia & pice liquatam atque colatam, Therebinthinam, & Oleum Maſtichinum nec non reliqua in pulverem redacta permiſcendo.

Emplaſtrum hoc catagmaticum vires habet inſignes, ad fracturas oſſium ſanandas; Eorum enim coalitum juvat, & accelerat callum, quo ſimul agglutinantur, auget, calorem partis nativum fovet, & humorum fluxiones ſiſtit. Vid. corp. ph. p. 686. a.

Emplaſtrum de fuligine *Zvvelff.*

℞. *Therebinthinæ claræ* ℥iij. *Saponis Veneti ſubtiliſſ. raſpat.* ℥v. Liquefiant ſuper igne lento, in ſartagine, quibus

quibus statim adde sequentia: *Fermenti acris panis* ℥ii. *Pulv. Croci opt. Axungiæ serpentum*, ana ℥j. vel hujus loco *Axung. porcinæ* ℥iß. Pistentur & agitentur bene donec omnia exactè conjuncta & unita sint, tùm superadde: *Fuliginis Camini splendidi* pulverisati subt. ℥ij. *Antidoti Theriacalis* n. ℥iiß. Pistentur iterum probè, donec omnia dextere unita fuerint; tandem remisso calore intensô, cum quasi refrixerunt, admisce: *Vitell. ovorum* num. iiij. *Salis Theriacalis nost.* tertiæ descript. ℥j. Fiat *Emplastrum*; cui, si competentem non haberet consistentiam, *Ceræ citrinæ* ℥i. vel altera addi posset.

Magnarum virium est, si legitimè sit confectum, in Peste, ad extrahendum venenum, maturandos bubones, atque anthraces, & mitigandos ortos exinde dolores. Vid. corp. ph. p. 637. a.

Emplastrum de gummi Elemi *Lond.*

℞. *Gum. elemi* ℥iv. *resin. pin. ceræ ammon. aceto pp.* ana ℥ij. *tereb.* ℥iiß. *vin. malv.* q. s. coq. s. a. F. *Empl.*

Emplastrum de Galbano coctum *Minsichti.*

℞. *Gum. galb. in acet. dissol. ceræ citr.* ana ℥vi. *tereb. alb.* ℥iv. M. F. Empl.

Emplastrum de Galbano crocatum *Minsichti.*

℞. *Gum. galb. in aceto sol.* ℥vi. *empl. de melil. diachyl. simpl.* ana ℥iij. *ceræ citr.* ℥ii. *tereb. alb.* ℥i. *croc. or.* ʒvi. M. F. Empl.

Emplastrum de Gratia DEI *Nicolai.*

℞. *Tereb.* ℔ß. *resin.* ℔i. *ceræ alb.* ℥iv. *mast.* ℥i. *verben. beton. pimp.* ana Mi. M. F. s. a. Empl Vid. corp. ph. p. 648. a.

Em-

Emplastrum de Galbano *Minf.*

℞. *Galbani in aceto diss.* ℥j. *Picis navalis* ℥ß. *Empl. Diachyl. simpl. Sal. Armoniac.* ℈j. Misc. & fiat Emplastrum. Cum panno super verucas & clavos in pedibus dolorem & impedimentum in incessu adferentes (germanicè Elster-oder Kreyen-Augen) ponatur, tertio aut quarto die semper mutato, & est expertissimum. Vid. corp. ph. p.639.a.

Emplastrum *sive* Ceratum *de Galbano Matricale P. A. R.*

℞. *Galbani præp.* ℥iß. *Asæ fœtidæ* ℥ß. *Myrrhæ rubr.* ʒij. *Bdellii mollis* ʒj. *Gummi animæ* ʒiij. *Tacamahac.* ʒv. *Matricariæ* pulverisatæ, *Artemisiæ* ana ʒß. *Seminis Dauci* ℈j. *Therebinthin.* ℥ß. *Ceræ* ℥iiij. Fiat Ceratum, Ceræ liquatæ, Therebinthinam & Galbanum invicem liquefacta, post reliquorum pulverem, immiscendo.

Uterum frigidum calefacit, ejus flatus dissipat, doloresque frigidos placat. Vid. corp. ph. p.624.a.

Emplastrum Gryseum *sive de Lapide Calaminari P. A. R.*

℞. *Lapidis Calaminaris præp.* ℥j. *Lythargyrii* ℥ij. *Cerussæ* ℥ß. *Tutiæ* ʒj. *Therebinthin.* ʒiß. *Ceræ albæ* ℥iij. *Sevi Cervini* ℥iiij. *Thuris electi* ʒv. *Mastiches* ʒiij. *Myrrhæ* ʒij. *Camphoræ* ʒiß. Confice secundum artem, Sevo, Therebinthinæ & ceræ liquatis, post aliqualem refrigerationem, reliquorum pulverem immiscendo.

Ulcera explet, siccat, & cicatrices claudit; Acidum infringendo & salsos humores cicurando. *Vid. corp. ph. p.* 650, a.

Emplastrum Gryseum *Zwelff.*

℞. *Therebinthinæ* ℥vj. *Ceræ albæ* ℥iß. *Sevi Cervini* ℥ij. His liquatis statim injiciantur *Pulv. thuris* ℥v. *Mast.* ℥iij. *Myrrhæ* ℥.j. Bene agitentur, tandemque inspergantur: *Pulv. Lythargyr.* ℥ij. *Lapid. Calaminaris ppt.* ℥j. *Cerussæ* ℥ß. *Tutiæ* ℥i. Tandem calenti nonnihil Emplastro *Camphoræ* ℥iß. in *Spir. vini* soluta admisceatur, Fiatque Emplastrum. Vid. corp. ph. p.651.a.

Emplastrum Gryseum *sive* de Lapide Calaminari *aliud ad ulcera fluida antiqua Zwelfferi.*

℞. *Therebinthinæ bonæ odoratæ* ℥iij. In qua liquefac *Mastichis elect.* ℥j. *Colophoniæ*, *Ceræ flavæ* an. ℥i. superaddendo: *Pulv. Lapid. calaminaris*, præparati *cum succo plantag.* & *Millefolii* ac denuò exsiccati ℥ij. vel ℥iij. *Tuniceæ præp.* ℥iß. *Olibani subtiliss. triti* ℥j. *Lithargyrii subtiliss. pulverisati* ℥iß. Prius tamen cum *aceti Sambucini* aliquot ℥ cocti & iterum exsiccati. Fiat Emplastrum justæ consistentiæ, ulceribus manantibus & fluidis exiccandis proficuum. *Vid. corp. ph. p.651.a.*

Emplastrum Gummatum *Paracelsi ex Schrœd.*

℞. *Gumm. Serapin. Bdell. Opopanac. Galban.* an. ℥i. Solve in ✝, cola colaturæ adde: *Mastic.* Thur. *Mast.* an. ℥iii. *Ceræ alb.* ad pondus omnium. F. Emplastrum *Vid. corp. ph. p.648.a.*

Emplastrum de Hermodactylo *Londin.*

℞. *Empl. diachalcit.* ℥viii. *Picis Burg.* ℥iv. *sap. ven. cer. flav.* an. ℥iii. *butyr. aurant.* ℥i. *sem. cumin. hermod.* an. ℥iß. *fol. abs. fl. cham. rad. ir. flor.* an. ℥ß. F. Empl.

Em-

Emplastrum ad Herniam *Londinense.*

℞. *Gallar. nuc. cupr. malicor. balaust. acat. sem. plantag. psyll. nast. cupul. gland. fabar. torref. arist. long. & rot. myr. till.* an. ℥ß. pulv. macer. in acet. rosſ. torref. & exſicc. adde *consol. maj. & min. caud. equin. glasti, ceterach. rad. osm. reg. filic.* an. ℥i. *thur. myrrh. al. mast. mumiæ* an. ℥ii. *bol. armen. in acet. lot. lap. cal. pp. litharg. aur. sang. drac.* an. ℥iii. *Pic. naval.* ℔ii. *tereb.* ℥vi. vel q. ſ. F. Emplastrum.

Emplastrum ad Herniam D. K.

℞. *Sulph. tereb.* an. ℥i. *ol. coct. mast.* ℥ß. *croc. mart. adstr.* ʒii. *terr. sig.* ʒvi. *terr. vitr. dulc.* ℥ß *cor. rub. pp. magnet. pp. consol. maj. arist. rot.* an. ℥i. ʒii. F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 616. a.*

Emplastrum ad Herniam *Fischeri.*

℞. *Lap. calam. tutiæ, carabes* an. ℥ß. *magnet. pp.* ʒii. *sem. plantag.* ℥ß. *ol. myrtill. & ceræ* q. ſ. f. Empl.

Emplastrum Hydropicum *Zwelfferi.*

℞. *Pulv. sterc. columb. aceto macerat.* ℔i. *sulph. viv.* ℥iii. *rad. enulæ* ℥i. *farinæ fab.* ℥iß. *nitri* ℥ii. coq. in ſ. q. *vin. & succ. ebul.* ℥vi. ad conſiſt. catapl. adde *mell. mercurial. sevi cervini* an. ℔ß. *Tereb.* ℥ivß. *pulv. ireos* ℥i. *bacc. lauri* ℥iß. *anethi fl. chamom.* an ℥i. facta una vel alt. ebull. F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 612. a.*

Emplastrum Hydropicum D. D. E.

℞. *Thur. mast.* an. ℥i. *sant. rub.* ℥ß. *fl. chamæm. nost. rosſ. r.* an. mj. pulv. m. cum *cera ol. cham. & junip.* q. ſ. F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 612. a.*

Emplastrum in Hydrophobia *Ettmülleri.*

℞. *Ceræ* ℔ß. *ol. oliv. sev. hirc.* ana ℥iij. coq. addendo *thuris* ℥ß. M. F. Empl. vulneri imponendum.

Emplastrum ad Herniam Dispensat. *Brandenburg.*

℞. *Exuviar. anguill. rec.* siccat. non salit. quas ablue *aqua calc. vivæ*, postea *lixivio forti* coque in mucilaginem glutinosam, tum marmori infunde ut refrigeretur, postea recipe *mucilag. hujus glutinosæ exuviar. anguill.* ℥iv. *lap. hæm. pp. sang. drac. pp. sacch. sat. crystallisati calc. ciner. Jovis subtil. trit.* ana ℥iij. *gum. amm. c. aceto* depur. ac *ol. myrtin.* s. q. coctione uniti ℥iij. F. l. a. *Empl.* in omnib. Herniis excepta Hydrocele conveniens.

Emplastrum de Hyoscyamo *Ludovici.*

℞. *Ol. semin. hyosc. expr. succ. hyosc.* ana q. pl. coque ad consumt. succi tunc adde *ceræ & tereb.* q. s. F. Empl. Vid. corp. ph. p. 604. a.

Emplastrum Hepaticum *Zwelff.*

℞. *Therebinthinæ claræ & odoratæ* ℥vj. In qua liquefiant: *Pulv. Gummi Ammoniaci, Myrrhæ* subtilissimè pulv. ana ℥iß. *Elemi, Sagapeni* ℥j. His liquatis adde: *Ceræ flavæ novæ & odoratæ* ℥iiij. Et dum adhuc liquata in diplomate hærent, superinjiciantur sequentes radices, & herbæ, subtilissimo modo incisæ atque contusæ ad pultis formam; utpote: *Rad. recent. Apii, Enulæ, Pimpinellæ, Cichorii sylv.* ana ℥j. *Herb. recent. Agrimoniæ, Absinthii, Nasturtii hort.* ana ℥iß. *Flor. rosar. rubr. recent.* ℥ij. *Solutæ* in *olei Seminis Nasturtii expressi* ℥j. Item superinspergantur: *Pulv. Santali rubri, Baccarum Lauri, Olibani,*

bani, ana ℥j. *Succi Absinthii*, *Chamædrios* ana inspissat. ad formam extracti ℥vj. Fiat Emplastrum debitæ consistentiæ.

Efficax est in hepate & liene obstructo, cujus duritiem emollit, resolvit, & egregiè roborat. *Vid. corp. ph. p. 609. a.*

Emplastrum contra Hernias *Minsichti.*

℞. *Resinæ* ℥vj. *Therebinth.* ℥iij. *Ol. ovorum*, *Sangu. Draconis*, ana ℥j. *Rad. Consolid. major. Sandali rub* ana ℥ß. *Croci Martis per reverberat. fact.* ℨij. *Aluminis usti* ℨj. Resina & Therebinthina liquefiant, & ab igne remotis pulveres inspergantur, & oleum addatur, beneque misceantur, & fiat Emplastrum, quod beneficio aquæ ferventis extendatur.

Præsentissimum est remedium ad varias Herniæ species: Inprimis verò Herniam intestinalem & umbilicalem. *Vid. corp. ph p. 615. a.*

Emplastrum ad Hernias Fernel. *Pharmac. Hagiensis.*

℞. *Succi Acaciæ*, *Rad. Aristoloch. rotund. longæ*, *Balaustiorum*, *Cupularum glandium*, *Fabarum*, *Gallarum*, *Nucum cupressi*, *Malicorii*, *Myrtillorum*, *Sem. Plantaginis* aa. ℥ß. *Sumach. Nasturtii* aa. ℨiij. Omnia in pulverem redacta, diebus quatuor *aceto rosaceo* madefiant, deinde exiccentur super furno calente: Tùm

℞. *Radic Consolid. maj. Filicis*, *Osmundæ Regalis*, *Herb. cand. equinæ*, aa. ℥j. *Aloes*, *Mastiches*, *Mumiæ*, *Myrrh. Thuris*, aa. ℥ij. *Boli Armeni* aceto loti, *Lapidis calaminaris ppt. Lithargyrii, auri*, *Sanguinis Draconis* aa. ℥iij. Omnia pulverisata excipiantur:

Picis navalis liquatæ ℔ij. *Ceræ flavæ* ℔j. *Therebinthin.* ℥viii. *E*t fiat f. a. *E*mplastrum. Vid. corp. ph. p. 615. a.

Emplastrum ad Hernias *Zvvelff.*

℞. *Pulv. rad. Cyperi rotund. Tormentill. Bistort. Sanicul.* ana ℥ß. *Symphyti maj.* ℥iß. *Herb. recent. Perfoliatæ, Pyrolæ, Hyperici floresc. Consolid. Sarracen. fol: recent. Quercûs* ana subtilissimè conscisſ. & contusorum ad pultis formam, ℥iiß. *Pulv. flor. rosarum rubr. Balaustiorum, Sem. perfoliat. Nuc. Cupressi, Calicum gland. querc. Olibani, Sarcocoll. Sanguinis Draconis, Aluminis usti,* ana ℥ß. *Lapid. Hæmatit.* ʒvj. Coquantur cum q. f. *decocti* fortissimi *glandium arboris Laricis* sive *Abietis*, (vulgò weisse Dannzapffen / oder Cron-Fahren) cum vino rubro facti, ad cataplasmatis sat solidam consistentiam, ne manibus adhæreat; cui, ab igne remoto, adde sequentia, jam tùm liquefacta: utpote *Ceræ novæ odoratæ* ℥xv. *Therebinthinæ clar.* ℥iiii. *Gummi Mastichis* ℥iij. *Elemi, Tacamahacæ,* aa. ℥ij. *Balſ. n. Martialis vulnerarii* cum *Ol. Therebinth. rubro* parati ℥iß. Fiat Emplastrum mollioris nonnihil consistentiæ, adinstar cataplasmatis durioris, vesicæ inclusum asservandum.

Præstans Emplastrum ad Hernias sanandas, sive *En*terocele, sive Bubonocele sit, singulis diebus recenter applicandum; repositis priùs intestinis, & cingulô aptô ligaturâ factâ, ne intestina prolabi possint. Vid. corp. ph. p. 616. a.

Emplastrum ad quamvis Herniam *exceptâ Hydrocele ex Schrœd.*

℞. *Exuvias anguillarum*, non salitas, & in *aq. calcis* lotas

lotas, coque in lixivio, donec crassescant, & F. instar glutinis quod affunde, super marmor.

℞. *Hujus glutinis* trajecti ℥iij. adde: *Lapid. Hæmatit. Sacchari* ♄ni, ♃ *usti* an. ʒiij. *Gumm. Ammon.* in ✚ acerr. solut. & cum *Ol. Myrrh.* confusi ℥iij. M. omnia in fictili super cineres lentos ut coëant in massam Empl. tenuis. *Extendatur* super alutam Vid. corp. ph. p. 617. a.

Emplastrum sive Ceratum *ad Hernias Noribergensium.*

℞. *Pulv. Mastiches, Mumiæ, Thuris, Succini, Gummi Arab. Tragacanthi. Aloes opt. Balaustiorum, Rosarum,* ana ℥ß. *Sanguinis Draconis, Boli Armenæ, Lapidis Hæmatitæ,* ana ʒvj. *Olei rosarum* ℥iij. *Myrthini, Mastichini,* ana ℥j. Cum cera & Resina simul liquefactis, & colatis, quantum sufficit, additis oleis, & pulvere reliquorum, fiat ex arte Ceratum. *Vid. corp. ph. p. 619. a.*

Emplastrum *sive* Ceratum *ad Hernias Zvvelfferi.*

℞. *Therebinthinæ claræ* ℥vj. in qua liquefacito *Pulv. Mastichis elect.* ℥j. *Ceræ flavæ odoratæ* ℥iv. quibus liquatis adde: *Succi Acaciæ, Hypocistidis,* ana in *decocto* forti *Glandium Laricis*, seu *Abietis*, in pultis formam solut. ℥j. *Pulv. Myrrhæ, Olibani, Rad. Symphyti maj.* ana ℥i. *Sanguinis Draconis, Aluminis crudi*, parumper cum superiori decocto humectati, ana ʒvj. *Nucum Cupressi, Lap. Hæmatit. Sem. perfoliatæ, Vitrioli de Cypro*, parum in sole vel post fornacem calcinati ana ℥ß. M. f. Ceratum.

Præsens remedium ad varias Herniæ species, parti affectæ, intestinis vel omento prius in locum suum posi-

positis, pube ac scroto tonsis appositum. *Vid. corp. ph. p. 619. a.*

Emplastrum *sive* Ceratum *aliud ad Hernias Zvvelff.*

℞. *Lithargyrii subt. triti* ℥ij. *Minii cribrati* ℥j. Coquantur in *aceti Rosacei* ℔j. ad siccitatem Lithargyrii, & Minii, & totam Aceti exhalationem. Huic pulveri aceto cocto porrò adde: *Pulv. Gummi Arabici, Tragacanthi, Bdellii,* ana ℥iß. *Aloes hepat.* ℥ij. *Succi Acatiæ Hypocystidos,* ana solut. *Pulv. Sarcocollæ, Rad. Aristol. rot. Consol. maj. Bistortæ, Tormentillæ, Cort. Granator.* ana ℥iß. *Nuc. Cupressi, Gallar. Turcicar.* ℥i. *Boli Armenæ, Sanguinis Draconis,* ana ℥ß. *Collæ piscium,* dissol. parum ℥iß. Coquantur denuò cum vini rubri s. q. ad cataplasmatis solidam & duriusculam consistentiam, ne manibus adhæreat, s. a. Huic Cataplasmati junge tandem: *Therebinthinæ claræ* ℥v. *Colophoniæ* ℥iß. In quibus prius. *Pulvis mastichis el. Olibani, Myrrhæ,* ana ℥iij. *Opopanacis, Galbani* ana ℥ii. liquatæ & solutæ fuerint. Fiat Ceratum ad Hernias præstans. *Vid. corp. ph. p. 619. a.*

Emplastrum Hypnoticum *Minsichti.*

℞. *Ung. Populeon. Ceræ citrin.* ana ℥iii. *Opii* spagyricè præp. *Ol. Nuc. Moschat. exp.* ana ℥iß. *Tacamahac. Mastichis, Sandaracæ,* ana ℥i. *Styrac. Calam. Olibani elect. Resinæ* ana ℥ß. *Galliæ Moschat. veræ, Ext. Croci Or.* ana ℈i. *Ol. Still. rosar. veri* ℥ß. Misce, & f. emplastrum, ut est artis, ad justam consistentiam.

Temporibus, fronti & pulsibus impositum somnum jucundissimum producit, præsertim si vesperi ante ingressum lecti illud usurpetur. Insuper ad flu-

fluxiones capitis sistendas, omnesque dolores sedandos, præstantissimum, & accuratissimum est, sed pro hystericis Gallia Moschata omittenda est. Vid. corp. ph. p. 592. a.

Emplastrum Hystericum *Londinense.*

℞. *Rad. bist.* ℔i. *xyloal. sant. citr. nuc. m. anther. acin. berb.* ana ℥i. *cinam. caryoph. schœn. fl. cham.* ana ℥ß. *Thur. mast. aloe. mosch. gall. mosch. styr. cal.* ana ʒi. *mosch.* ʒß. *cer. citr.* ℔ß. *tereb.* ℔ß. *moschelin.* ℥iv. *ladan.* ℔iv. *Pic. nav.* ℥iij. F. Empl.

Emplastrum Imperiale Disp. *Brandenb.*

℞. *Bals. Sulph. extern.* ʒvi. *camph.* ʒiij. *cera citr. rec.* ℥iij. *cerus.* ℥ß. *empl. triaph.* ℔ß. *gum. ladan.* ʒiij. *lithrag. aur.* ℥i. *myrrh.* ʒij. *styr. cal.* ʒiij F. *E.*

Emplastrum Ischiadicum *P. A. R.*

℞. *Gum. galb. sagapen. cast.* ana ℥ß. *euph.* ʒi. *sem. lin. cepar eruc.* ana ʒij. *pulp. scill. sterc. columb.* ana ʒiij. *ferm. acris ol. lini* q. s. F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 594. & 595. a.*

Emplastrum magneticum Angeli *Salæ.*

℞. *Gum. sagapen. ammon. galb.* ana ℥iij. *Tereb. laric. cera* ana ℥ivß. *magnet. arsen.* ℥iij. *terr. vitr.* ʒi. *ol. succin.* ʒij. F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 636. a.*

Emplastrum in Mammillarum inflammat. *Th. Hoffmanni.*

℞. *Sevi cervin. cer. alb.* ana part. æq. liquefiant addendo *tereb. ol. violar.* ana s. q. M. F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 624. a.*

Emplastrum manus Dei *le Mortii.*

℞. *Galb.* ℥ij. ʒij. *Ammon.* ℥iij. ʒiij. *opop.* ℥i. *ol. oliv. veter.* ℔iiß. *Litharg. aur.* ℔i. ℥iv. *ærug.* ℥i. *cer. citr.* ℔i. *magnet.* ℥iv. *myrrh.* ℥i *rad. arist. long. thur. opt.* ana

 ℥ii.

℥ij. *mast. bdell.* ana ℥i. *litharg.* c. ol. ad consist. empl. coq. dein adde ærug. postea ceram, mox gummata in *aceto* sol. & depurata, ultimo pulveres F. Empl. sanat vuln. rec. & inveter. item ulcera scorbut.

Emplastrum matricale *Minsichti.*

℞. *Gum. galb.* in acet. dissol. *tacamahac.* ana ℥i. *tereb. alb. ter. citr.* ana ʒvi. *ass. fet. myrrh. rub. castor magist. Jovis Anglici ol. succini citr.* ana ʒiß. M. F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 624. a.*

Emplastrum Mastichinum *Londinense.*

℞. *Mastich.* ℥iij. *Bol. armen.* in vin. rub. lot. ℥iß. *ros. rub.* ℥vj. *scob. ebor. baccar. myrtill.* ana ℥ß. *tereb. colophon. Tacamah. ladan.* ana ℥ij. *cer. flav.* ℔ß. *ol. myrtin.* ℥iv. F. Empl.

Emplastrum Metrotroptogicum *Londinense.*

℞. *Mast.* ℥iß. *galb. in vin. rub. pp.* ℥vi. *tereb. cypr* ℥ii. *nuc. cupr. gallar.* ana ℥iß. *ol. nuc. m. expr.* ʒi. *mosch.* gr. iiß. *pic. nav.* ʒiiß. F. Empl.

Emplastrum magneticum *Rosæ.*

℞. *Ol. oliv.* ℥viiß. *ceræ citr.* ℥iß. *litharg. aur. arg.* ana ℥i. bull. invicem per horam, dein adde *ceruss. ven.* ℥iß. *lap. magnet. calc.* ℥i. coq. donec nigresc. in fine adde *tereb. cypr.* ℥i. F. Empl.

Emplastrum Malacticum *sine Gummibus P. A. R.*

℞. *Ceræ citrinæ* ℥viij. *Therebinthinæ* ℥iiij. *Colophoniæ* ℥iij. *Olibani* ℥ij. *Tartari albi* ʒij. *Myrrhæ*, *Seminis fænugræci*, *Lini*, ana ℥j. *Radic. Althææ*, *Curcumæ*, *Farinæ fabarum*, ana ʒij. *Olei Lini* ʒiij. Cera cum Colophonia liquetur, coletur & oleo ac Therebinthina invicem liquefactis, ut & reliquorum pulvis ex arte permisceatur. Vi-

Vires utriusque Emplastri nomini respondent, & cum subsequentis *Emplastri de Meliloto* conveniunt. *Vid. corp. ph. p. 602. a.*

Emplastrum Malacticum *cum Gummibus P. A. R.*

℞. *Ceræ citrinæ* ℥ij. ʒvj. *Therebinthinæ* ʒx. *Sevi Cervini, Resinæ*, ana ℥i. *Gummi Ammoniaci, Galbani* ana præp. ℥ß. *Pulveris Curcumæ, Fœnugræci, Lini*, ana ℥ß. *Althææ* ʒij. *Farinæ fabarum, Tritici*, ana ʒiij. Cera, sevo, & Resina liquefactis, colatis, postea ab igne depositis & semirefrigeratis, pulveres ac gummi cum Therebinthina liquata immiscendo, fiat Emplastrum. *Vid. corp. ph. p. 602. a.*

Emplastrum Mammillare *Pharm. Batean.*

℞. *Sperm. Ceti* ℥j. *Ceræ albæ* ℥ij. *Galbani aceto ppti* ℥ß. ☉ *Sambuci* q. s. ut fiat *Empl.* ad præcavendos mammarum morbos & earundem duritiem satis validum.

Emplastrum *sive* Ceratum Matricale *Zwelfferi.*

℞. *Galbani in acet.* q. s. ad pultis formam *soluti* ℥iß. cui adde *Therebinthinæ claræ* ℥ij. in qua *pulv. Gum. Tacamahacæ* ʒv. *Animæ* ʒiij. & *Asæ fœtidæ* ℥ß. Dissoluta & liquata sint, ac alternatim etiam de pulveribus sequentibus, utpote: *Pulv. Myrrhæ* ℥ß. *Matricariæ, Artemisiæ*, ana ʒij. *Sem. Dauci* ʒiß. ut & *Bdellii in aqua Matricar.* soluti ʒj. portiuncula adjiciatur, f. Ceratum. Hanc compositionem, ceu magis genuinam, *Pharmacopœa Norica* usualibus suis annumerat, sub titulo *Emplastri Matricalis*. Vid. corp. ph. p. 625. a.

Empla-

Emplastrum *sive* Ceratum Matricale *aliud Zwelfferi.*

℞. *Therebinthinæ claræ* ℥iij. in illa liquefiant: *Gum. Galbani puri* ℥j. *Animæ*, *Sagapeni*, *Tacamahacæ*, ana ℥ß. Colentur per linum & qualum, iisque adde *Ceræ novæ & flavæ* itidem liquatæ ℥ij. His unitis impastentur: *Herb. rec. Matricariæ*, *Menthæ*, *Rorismarini*, *Melissæ*, ana subtilissimè & minutissimè incisat. & contus. ad pultis formam, ℥j. *Pulv. Myrrhæ*, ʒvj: *Rad. Cardopatiæ*, *Sem. Dauci*, *Carvi*, *Anethi*, *Olibani*, ana ʒß. *Croci opt. Opii* in partic. *aquæ Rorismarin.* ad pulticulam soluti, *Camphoræ*, ana ʒij. Fiat Ceratum præstans, aliquamdiu calore ex diplomate agitandum.

Uterum frigidum calefacit, ejus flatulentiam dissipat, passiones Hystericas sedat, & vapores ab utero ascendentes coërcet, doloremque mitigat. *Vid. corp. ph. p. 625. a.*

Emplastrum de Meliloto *prout hoc tradit Zwelfferus.*

℞. *Pulv. seminis fœnugræci*, *Radic. Althææ*, *Baccarum Lauri*, *florum Chamomillæ*, ana ℥iij. *Ireos*, *Semin. Ammeos*, ana ʒiß. *Meliloti viridissimi* ʒij. *Absinthii viridis* ʒij. *Pulpæ ficuum* ℥ij. Coquantur in s. q. *decocti* prius facti ex *Meliloto*, *floribus*, *Chamomillæ*, *Absinthii*, & *Spica indica* ad consistentiam cataplasmatis durioris, lento igne, continuè & studiosè agitando, ne fundo vasis vel patellæ adhærendo species comburantur; huic Cataplasmati adde: *Styracis calamitæ* ʒv. solutæ in *Therebinthinæ* ℥iß. & colatæ, item *Ammoniaci pulverisati in aceto* ad pultis formam soluti ʒx. Sequentia autem invicem liquata & colata

nimi-

nimirum: *Sevi Hircini*, *Resinæ*, ana ℥iiß. *Ceræ* ℥j. *Olei Sampsuchini*, *Nardini*, ana ℥iij. Ultimo etiam immiscantur pulveres sequentes: *Pulv. herb. Meliloti, viridiss.* ℥v. *Flor. Chamomillæ, Absinthii*, ana ʒiij. *Semin. Apii, Cardamomi, Cyperi, Cinamomi opt.* ana ʒß. *Majoranæ viridiss.* ʒiij. Misce exactè aliquamdiu agitando, fiat Emplastrum. *Vid. corp. ph. p. 603. a.*

Emplastrum de Meliloto *Pharmacopææ Hagiensis, Amstelodamensis, & Ultrajectinæ.*

℞. *Florum Meliloti* ℔ß. *Chamæmeli, foliorum Absinthii, Majoranæ, Sem. fœnugræci, Baccar. Lauri, Rad. Althææ*, aa. ℥iij. *Cyperi rotundi*, *Iridis flor. Spicæ Nardi Indic. Cassiæ ligneæ, Semin. Ammeos, Apii, Cardamomi min.* aa. ʒiiß. *Styrac. Calamitæ* ʒv. *Ficuum siccat.* no. XII. Fiat omnium pulvis subtiliss. deinde:

℞. *Ceræ flavæ* ℥viij. *Resinæ, Sevi Hircini*, ana ℥iiij. Liquefactis adde: *Gummi Ammoniaci depur.* ʒx. *Bdellii* item depurati ʒv. Tum pulvis supra factus cum liquefactis hisce uniatur spatulâ ligneâ, sensim affundendo *Olei Spicæ* ℥ij. *Anethini* q. s. Fiat s. a. Emplastrum. *Vid. corp. ph. p. 604. a.*

Emplastrum Minium coctum *Minsichti.*

℞. *Olivarum* ℥xi. *Cerussæ pulverisat.* ℥ij. Coquantur ad mediocrem consistentiam Emplastri, postea adde: *Minii tenuissimè triti* ℥iiij. *Sevi Hircini* ℔iß. *Sandali rub.* ℥vj. *Ceræ citrini*, *Aluminis usti*, ana ʒiij. *Pulv. Rosar. rub.* ʒj. Misceantur f. Emplastrum ut est artis.

Refrigerat & siccat, adeoque ignibus sacris magna cum fiducia & felicissimè adhibetur. Vulnera & ulcera antiqua, maligna & exedentia, quæ humorum acrimonia serpunt, & sunt difficilis consolidationis, potenter curat. *Vid. corp. ph. p. 623. a.*

Emplastrum de Minio *Vigonis P. A. V.*

℞. *Olei rosati* ℔iß. *Myrtini unguenti populei* ana ℥iiij. *Pinguedinis Gallinæ* ℥ij. *Porcinæ* ℥vij. *Sevi Castrati* & *Vaccini*, ana ℔ß. *Lithargyri, auri, argenti* ana ℥iiiß. *Minii* ana ℥iij. *Cerussæ*, *Therebinthinæ*, ana ℥iiij. *Ceræ* quantum sufficit. Fiat *E*mplastrum, secundum artem, olea, cum Lithargyro, Cerussa & Minio leniter coquendo, & cætera dein in eis liquefaciendo & permiscendo.

Vulnera & ulcera antiqua atque maligna curat. *Vid. corp. ph. p. 653. a.*

Emplastrum mitigativum *molliens*, *sedans* *Minsichti.*

℞. *Empl. Oxycrocei* ℥ij. *Diachyl. simplicis*, *Compos. de Meliloto*, ana ℥j. & cum *ol. Chamomill.* f. Emplast.

In Hypochondriis, Pectore, Ventriculo, Jecinore, Liene & aliis partibus omnem duritiem & scirrhosos tumores emollit, resolvit, extrahit, maturat, & dolores varios mitigat, vehementerque sedat. *Vid. corp. ph. p. 614. a.*

Emplastrum *de* Mucilaginibus *sive Diachylon compositum P. A. V.*

℞. *Decocti mucilaginosi rad. Althææ*, *Sem. Lini*, *Medii cortic. Ulmi*, *Fœnugræci*, an. ℥iiiß. *Olei Chamæmelini*, *Liliorum*, *Anethi*, ana ℥iß. *Ammoniaci*, *Galbani*, *Opopanacis*, *Sagapeni*, ana præp. ℥ß. *Ceræ novæ* ℥xx. *Croci* ℨij. *Therebinthinæ* ℥ii. Fiat secundum artem *E*mplastrum, Mucilaginem cum Oleis sufficienter coquendo, Gummiaque cum Therebinthina soluta, Ceram & Crocum pulverisatum addendo.

Maximarum in emolliendo est virium, phlegmonas sanat, & saniem ruptorum apostematum abstergit: Nota;

Nota, in defectu Mediani corticis ulmi, fœnugræci pondus duplicari posse. Vid. corp. ph. p. 601. a.

Emplastrum de Mucilaginibus *PharmacopϾ Amstelodamensis, Ultrajectinæ & Hagiens.*

℞. *Olei Mucilaginum* ℔ß. *Ceræ flavæ* ℥xx. *Gummi Ammoniaci, Galbani, Opopanacis, Sagapeni in aceto vini solutorum*, aa. ℥ß. *Therebinthinæ* ℥ij. *Croci Anglici pulv.* ʒii. F. f. a. Empl. Vid. corp. ph. p. 601. a.

Emplastrum Mundificativum *Schrœderi.*

℞. *Ceræ* ℔j *Resin. alb.* ℥iv. *Therebinth. laric.* ℥j. *Ol. Bufonum, Scorpionum*, ana ℥ij. *Styrac. liquid.* ʒvj. *Succ. Chelidon. expr.* ℥iv. *Aristoloch. rot.* ℥ß. *Gum. Ammomoniac.* in ✝ solut. & inspissat. ℥ij. *Myrrh. Sarcocoll.* a. ʒj F. f. a. Emplastrum. Vid. corp. ph. p. 641. a. Mundificat vulnera fistulosa ac venenata.

Æmplastrum Nervinum Podagricum *Zwelfferi.*

℞. *Tereb. claræ* ℥vi. in qua liquefacito *gum. caran. puriss.* ℥i. *pulv. gum. amm. elemi tacam. animæ* ana ℥iß. quib. exacte unitis adde seq. inter se leni colliquata *cer. flav.* nov. & odorat. ℥vi. *sap. ven.* ℥iv. *colophon. clar.* ℥iii. ult. seq. pulv. & ol. insperg. ut *olib. alb. mast. sandarac. succin.* ana ℥iß. *usneæ fruct. Acat.* ℥i. *croc.* ʒvi. dilut. ad pultis form. cum *succ. chelid. camph.* ℥ß. solut. in *ol. sap. ven. cum silicib. still.* ʒvi vel ℥i. *sal. tart* ℥iß. F. Empl.

Emplastrum Nicotianæ *le Mort.*

℞. *Ol. oliv.* ℔i. *nicot.* ℥iv. *vin. rub.* ℥v. coq. ad cons. vin. dein expr. add *ceræ citrin. colophon.* ana ℔i. *tacam. elemi* ana ℥i. *myrrh. al.* ana ℥ß. *ol. nicot.* still. ℥ii. F. Empl. splen. & stom.

Empla-

Emplastrum ad Nodos Podagricos vel venereos *Th. Hoffm.*

℞. *Pic. nav.* ℔ij. *colophon. cer. citr.* ana ℔v. *sem. nast. bacc. laur. sulph. viv. sem. cumin. anis. croc. abs. puleg. mast. cinam. zing. caryoph.* ana ℥i. F. Empl. *Vid. corp. ph. p.* 594. *a.*

Emplastrum Narcoticum *Minsichti.*

℞. *Succor. Sempervivi domest.* ℥vj. *Hyoscyami, Cicutæ, Rorismarin. Verbenæ, Solatri,* ana ℥iij. *Ol. lilior. alb. Camphoræ flor. Verbasc. Chamæmel.* ana ℥iß. *Medullæ cervinæ* ℥j. Coquantur l. a. in diplomate ad succorum consumptionem, postea adde: *Ceræ virgin. Colophoniæ* ana ℥ij. *Cerussæ* ℥iß. *Opii spagyricè extract. flor. papav. errat.* ana ʒiij. *Ol. Saturnini, Mumiæ transmar.* ana ʒij. Misc. & f. Emplastrum ut est artis. Refrigerat & mirabiliter dolores & cruciatus Podagricos placat. Vid. corp. ph. p. 595. a.

Emplastrum Nervinum *Vigonis P. A. R.*

℞. *Olei Chamæmelini, Rosarum* ana ℥ij. *Mastichini, Therebinthinæ, Lini,* ana ℥iß. *Therebinthinæ claræ* ℥iiij. *Sevi vitulini, Hircini,* ana ℥iiß. *Herbarum Rorismarini Betonicæ, Caudæ equinæ, Centaurii* ana M. j *Vermium terrestrium lotorum* ℥iij. *Radicum Rubiæ tinctorum* ʒx. *Hyperici fol. & sem. ejus,* ana M. j. *Mastiches* pulverisatæ, *Gummi elemi,* ana ʒx. *Picis navalis, Resinæ,* ana ℥iß. *Sagapeni, Galbani, Ammoniaci,* ana præp. ʒiij. *Lithargyri auri, argenti,* ana ℥iiß. *Minii* ℥ij. *Ceræ* quantum satis. Oleum Chamæmelinum, Rosarum, Mastichinum & Lini, cum Lithargyro & Minio coquantur ad debitam consistentiam, postea addantur pix, Resinæ, Sevum cum Cera invicem liquata, & colata, atque cum

ab

ab igne deposita & semirefrigerata fuerint, postea reliqua in pulverem redacta, Gummi Elemi, Sagapenum, Galbanum, Ammoniacum, cum Therebinthina liquefacta, ac tandem Oleum Therebinthinæ.

Emollit, digerit, resolvit, nervosarum partium malis cumprimis est utile. *Vid. corp. ph. p. 590.*

Emplastrum Nervinum *Vigonis Zvvelfferi.*

℞. *Herbarum Rorismarini, Betonicæ, Centaurii*, an. M. j. *Vermium terrestrium mundat.* ℥iij. *Radic. rubiæ tinct.* ʒx. *Folior. Hyperici, Seminis ejusdem* an. M. j. Coquantur in *vini* & *aceti* an. ℔iß. ad medietatis exhalationem, postea colentur, & exprimantur, colaturâ asservatâ. Jam verò

℞. *Oleor. Chamomillæ, Rosarum*, an. ℥iiß. *Lini, Olivarum*, (pro Mastichino) *Therebinthinæ*, an. ℥iß. *Lithargyri auri, argenti*, an. ℥iij. *Minii* ℥ij. Coquantur lento igne semper affundendo de superiori decocto (relictis tamen hujus decocti ℥ij. vel iij. pro dissolutione Gummatum) ad justam Emplastri consistentiam. Cui addantur sequentia, liquata invicem & per linum transcolata, scilicet: *Sevi Vituli, Hircini*, an. ℥iiß. *Picis navalis, Resinæ*, an. ℥iß. *Ceræ flavæ* ℥iij. His mixtis dissolvantur in *Therebintinæ* ℥iiij. *Pulv. Gummi elemi* ʒx. *Mastichis* ℥j. ʒvj. Et priori Emplastro etiam addantur tandem in superiori asservato decocto acido dissolve: *Pulv. Gummi Sagapeni, Ammoniaci, Galbani*, an. ʒiij. Ad formam pultis, & sensim semirefrigerato Emplastro admisce. Vid. corp. ph. p. 590.

Emplastrum Nervinum *aliud* *Zvvelfferi.*

℞. *Therebinthinæ claræ odoratæ* ℔j. in qua liquefacito *Gummi Carannæ* puriſſimi ℥ij. *Pulv. gummi Elemi, Animæ, Sagapeni*, ana ℥iij. *Tacamahacæ* ℥iiij. *Maſtichis electi* ℥v. His leniter liquatis &, ſi opus, per linum & qualum colatis, adde ſequentia commixta, & liquefacta ſimul, in alia jam tùm patellâ; utpote *Ceræ flavæ odoratæ* ℥xx. *Axungiæ canis rec.* ℥vj. *Humanæ* ℥iv. Et dum adhuc liquefacta in diplomate hærent, ſuperinjiciantur ſequentia ſubtiliſſimè inciſa, & contuſa ad pultis minutiſſ. formam, nimirum: *Gemmar.* ſeu *oculor.* Populi *recent.* ℥x. *Summittat. Abietis* vel *Laricis* (vulgò Fährene Gipfel) repurgat. ab externa lanugine, ℥iiij. *Baccar. juniperi virid. & recent.* ℥ij. *Herb. recent. Calaminthæ montanæ Chamæpithyos*, ana ℥iiß. *Roriſmarini*, *Salviæ hortenſ.* ana ℥iiij. *Pulv. Croci opt.* ℥iij. Diluti ad formam pultis cum *vini albi* ſuffic. quantitate, in quo *Lumbricorum terreſtrium* ℥iiij. prius ebullierint: Pulv. *Baccar. Lauri, Olibani*, *Myrrhæ*, ana ℥v. Et in fine, quando quaſi refrixerunt immiſceantur Balſami Indici de Peru. ℥ij. Olei ſtill. Salviæ ℥ij. Majoranæ ℥j.

Miſceantur exactè, diu in calore leni agitando, ut probè uniantur. Fiat ſ. a. Emplaſtrum, quod præſtantiſſimum & utiliſſimum eſt, non ſolum ad roborandos nervos, Membra contracta, contuſa & conquaſſata, ſed & ad ventriculum & uterum confortandum, quod ipſum ſexcenties expertus ſum; egregiam etiam præſtat operam, dum ſimul compeſcit paſſiones hyſtericas, roborat & retinet fœtum in gravidis, atque ad conceptionem Uterum diſponit; in duritie inſuper Hypochon-

thondriorum, debilitate Hepatis & Lienis non minus salutare existit. Vid. corp.ph. p.591.a.

Emplastrum Nigrum *P. A. V.*

℞. *Colophoniæ, Resinæ, Picis navalis, Ceræ albæ, Vitrioli Romani, Cerussæ, Olibani, Myrrhæ*, ana ℥viij. *Mastiches, terræ sigillatæ, Sangu. Draconis, Lumbricorum præp. Camphoræ*, ana ℥j. *Mumiæ, Lapidis Magnetis* præp. *Vitrioli albi, Corallii rubri, Axungiæ Ardeæ* ℥j. *Thymalli* ℥iij. *Olei ovorum* ℥ij. *de Spica* ℥j. *Juniperi* ex granis ℥iij. *Rosarum* ℥vij. Fiat Emplastrum secundum artem, Colophoniam, Resinam, picem, & Ceram invicem liquando, ac colando, dein olea, & Axungias, ut & reliqua pulverisata immiscendo.

Perquam efficax est ad recentia vulnera & puncturas Vid. corp.ph. p. 647.a.

Emplastrum Odontalgicum *de Spina.*

℞. *Gum. tacam.* ℥ij. *mast.* ℥j. *camph.* gr. xv. *opii* ℈ß. *ol. succin.* gutt. iv. F. Empl.

Emplastrum Odontalgicum *VVepfferi.*

℞. *Empl. ad ruptur.* ℥ß. *opii* ℥ii. *canthar.* ℈i. *ol. nucist.* q. s. F. Empl.

Emplastrum *sive* Ceratum Oesypi *Philagrii P. A. V.*

℞. *Croci* ℥v. *Bdellii, Mastichis, Ammoniaci, Aloes, Styracis liquidi* ana ℥vij. *Ceræ flavæ* ℔j. *Therebinthinæ* ℥iß. *Medullæ cruris vaccæ, Adipis anseris*, ana ℥xv. *Oesypi* ℔iß. Fiat, Ceram, medullam, & Adipem liquando pulveres ac tandem styracem cum Therebinthina immiscendo. Post Philagrium addiderunt nonnulli: *Succi Scyllæ* ℥iij. *Sevi vitulini* ℥xv. *Thuris* ℥j. *Ceræ* ℥ix. Vid. corp.ph. p.633.a.

Emplastrum *sive* Ceratum Oesypi *Mesuæ P. A. V.*

℞. *Olei Chamamelini, Irini,* ana ℥vj. *Mastichis* ℥j. *Spicæ Nardi* ʒiiß. *Croci* ʒiß. *Therebinthin.* ℥j. *Resin.* ℥ß. *Oesypi* ℥x. *Ceræ,* quantum satis est. Fiat l. a. Ceratum.

Emollit, lenit, concoquit, & maturat; duros tumores ac tophos membrorum digerit, crudosque abscessus maturat. *Vid. corp. ph. p.6 3 3.a.*

Emplastrum Oppodeldoch *secundum Fel. Würtz. ex Schrœd.*

℞. *Cer. Virgin.* ℔ij. *Therebinthin.* ℔j. *Ol. commun.* ℥iiij. His liquefactis adde: *Succi Chelidon. Fol. querc. Alchimill. Veronic.* an. ℥iß. Coque ad consumtionem humiditatis, dein immisce: *Gumm.* cum ♁ depurat. & inspissat. *Ammoniac. Galban. Opopan.* an. ℥vj. alii ʒvj. *Colophon.* ℥iß. *Succin.* ℥ß. *Mastich. Myrrh. Oliban. Sarcocoll.* an. ℥iij. alii ʒiij. Omnibus bene mixtis & paululum refrigeratis adde agitando: *L. Hæmatit.* præparat. ℥iß. *Croc.* ♂ ℥ij. ♀ ℥j. *Tut.* præp. ℥iij. *Lap. Calaminar.* ℥x. Tandem in fine admisce: Terræ vitrioli edulcoratæ q. s. ad colorem brunnum id est purpureum conciliandum. F. Empl. *Vid. corp. ph. p.642.a.*

Emplastrum Oppodeldoch *D.D. Mindereri P. A. R.*

℞. *Cer. nov.* mundissimæ ℔j. *Therebinthin. Venet. clar.* ℔ß. *Olei Hyperici, Myrtini,* an. ℥iß. *Gummi Elemi* ℥iij. *Ammoniaci, Galbani, Opopanacis* præp. ʒiij. *Colophon.* ʒvj. *Mum. select. Succini albi* an. ʒij. *Olibani, Mastiches, Sang. Draconis, Sarcocoll.*

à re-

à recrementis purgatæ an. ℥iß. *Aloes Hepatic.* ℥ß. *Myrrh.* ℥j. *Lapidis Magnetis* præp. ℥vj. *Croci Martis* ex arte ſine corroſivo calcinati, *Tutiæ præp.* an. ℥j. *Lapidis calaminaris* præp. ℥v. *Lithargyri auri* ℥j. *Colcotharis indulcati* ſeu terræ vitrioli mortuæ, ac dulcificatæ ℥ij. *Succi Alchimill. Symphyti, Veronic. Pyrol. Sanicul. Conſolid. med.* vel *Saracenic. Telephii, Nicotian. Numular.* aut *fol. Quercûs* an. ℥j. Olea cum ſuccis coquantur ad humiditatis aqueæ conſumtionem; poſtea additis Cerâ & Colophoniâ invicem liquatis & colatis, ut & poſt factam ab igne remotionem, & aliqualem refrigerationem, Gummibus cum Therebinthina ſolutis, atque reliquis in pulverem redactis, f.l.a. Emplaſtrum. *Vid. corp. ph. p. 643. a.*

Emplaſtrum Oppodeldoch *Paracelſi* *ex Schrœd.*

℞. *Gumm. Galban. Opopan. Ammoniac. Bdell.* an. ℥j. Macerentur per ♂ (8. vel plures) in 🜄, cola & inſpiſſa ad conſiſtent. mellis; deinde verò

℞. *Lithargyr. pulv.* ℔ß. (alii ℔iß.) *Olei commun.* ℔iß. Coque lento igne continuò agitando, donec brunnum ſive ſpadyceum colorem acquirat; hinc adde: *Cer.* ℔j. qua liquefacta immiſce etiam *ſuperiora gummata*, & paulo poſt, *Ol. Laurin.* ℥iij. Move diligentiſſime, donec nimirum omnia exactiſſimè fuerint mixta, remove ad igne adde: *Croc.* ♂, *Mum. transmar. Magnet.* præp. *Magiſt. corall. alb. rubror.* an. ℥ß. (Magiſteria hæc poſſent omitti) *Lapid. Calamin.* præp. *Myrrh. rubr. Thur. maſc. Maſtich. rad. Ariſtoloch. rot.* an. ℥ij. His pulveriſ. infunde pedetentim in liquefactum Emplaſtrum

omnia exactè miscendo. Postremò: ℞. *Balsam, Succin.* ʒj. (ol. crassioris) *Ol. Laurin.* ℥j. *Therebinth.* ʒß. M. & liquefac seorsim, solve in eodem; *Camphoræ* ℥ij. & tandem *Croc. Or.* ʒß. Solutionem hanc seorsim factam cum Emplastro calido misce exactissimè, ut fiat Emplastrum, quod malaxa *oleo Hypericonis.*

Curat omnia vulnera, punctim & cœsim inflicta sine omni pure; Excrescentiam carnis impedit, ejus tantum, quantum opus est producendo, ulcera antiqua, prius mundificata, similiter curat. Vid. corp. ph. p. 641. a.

Emplastrum Oppodeldoch. *mihi in usu.*

℞. *Gumm. Ammoniaci, Bdellii* ana ℥ij. *Galbani, Opopanac.* ana ℥j. Stent hæc die uno aut altero cum aceto infusa in calore, ut solvantur omnia, tum filtrata & purificata coquantur ad consistentiam melleam; Postea:

℞. *Lithargyr. aur.* ℔ß. vel ℥x. subtilissimè pulverisato affunde: *Olei olivarum* ℔iß. Et coquantur sub continua agitatione, igne tamen leni, ne effervescendo effluant, donec Lythargyrium solutum extat. Hoc facto adde: *Ceræ flavæ novæ* ℔ß. ut sub agitatione continua liquescat; Tum adde: *Aristoloch. rotund. ver. pulv. Lapidis calaminar. præp. Mastichis, Myrrhæ, Thuris*, ana subtiliss. pulv. ℥ij. Cum hæc incorporata sensim sunt, porro adde: *Olei Lauri, Therebinth. Venet.* ana ℥iv. Sub continua agitatione; tum ab igne remotis adde gummata soluta, rursus igno impone & continuo agitando leni tamen calore omnia uniantur; Tandem ab igne remotis adde: *Camphoræ in Spir. Vini sol.* ℥ß.

Mi-

Misce & per linum & qualum cola in aquam suppositam, tandem ex Massa refrigerata Magdaleonis formato cum *oleo Hipperici* malaxando. *Vid. corp. ph. p. 642. a.*

Emplastrum Oxycroceum commune *ex Nicolao P. A. R.*

℞. *Ceræ, Picis, Colophoniæ*, an. ℔j. *Croci Therebinthinæ, Galbani* præp. *Ammoniaci* præp. *Myrrhæ, Olibani, Mastiches*, an. ℥iiij. Cera, Pix & Colophonia invicem liquentur & colentur, quibus dein ab igne depositis, & semirefrigeratis, Galbanum & Ammoniacum in Therebinthina soluta, post reliqua in pulverem tenuissimè redacta, jungantur, fiatque secundum art. emplastrum. Ad contusa, Ossium fracturas nervorum dolores, & abscessuum inveteratorum duritiem emolliendam idoneum emplasticum quoque & gignendo callo habile. *Vid. corp. ph. p. 607. a.*

Emplastrum Oxycroceum *Vigonis P. A. V.*

Olei *Myrtini, Rosarum, Omphacini*, an. ℔iß. *Radicum Althææ* ℔ij. *Rad. & folior. Fraxini, Consolidæ minoris, foliorum Myrti*, ana M. j. Radices & folia contusa, bulliant cum oleis ad consumptionem humiditatis aqueæ, postea colentur, & addantur invicem liquata: *Sevi Hircini* ℔ß. *Therebinthinæ* ℥ij. *Ceræ novæ* quantum sufficit, nec non sequentes pulveres: *Myrrhæ, Thuris*, ana ℥ß. *Mastiches* ℥j. *Lithargyri auri, argenti* an. ℥iij. *Boli Armenæ, Terræ sigillatæ*, ana ℥ij. *Minii* ℥x. Fiat emplastrum. *Vid. corp. ph. p. 607. a.*

Emplastrum Oxycroceum *Zvvelff.*

℞. *Picis*, *Ceræ flavæ*, *Colophoniæ* an. ℔j. *Therebinthin.* ℥v. Junctim liquata & per linum colata, calida asserventur, hinc *Pulv. Croci* ℥ij. in vino infundantur, dilutæ ad formam pulticulæ, qua interim etiam asservata, dissolve in s. q. *aceti*, *Gummi anmoniaci triti*, *Galbani electi*, an. ℥iiij. Ad formam pultis, quibus paulatim & alternatim adde mox de superioribus liquatis portiunculam, mox etiam ℥j. vel alteram de pulveribus sequentibus, utpote: *Myrrhæ*, *Thuris*, *Masticbis*, an. ℥iiij. Nec non *Croco superius infuso*, aliquantillum, donec omnia sic alternatim immissa & commixta sint. Postea bene liquata probè agitentur, non tamen supra ardentem flammam (prout sæpiùs monui) sed in diplomate, id est in MB. collocando nimirum vel immergendo ultra medietatem patellam, in qua primo gummata, postea totum compositum sit, in aquam calidam & ferè ferventem, taliter enim omnia optimè unientur, & in massam minime friabilem aut grumosam, sed optime ductilem coibunt, & postquam cuncta junctim sic unita & liquata sint, (non cocta, quod observandum) ipsa sub continua agitatione refrigerari sinas, efformesque magdaleones. *Vid. corp. ph. p. 688. a.*

Emplastrum Oxycroceum *Pharm. Hagiensis.*

℞. *Picis navalis*, *Cer. flav. Colophon.* an. ℔ß. Igne lentissimo liquatis adde: *Gummi Ammoniaci*, *Galbani*, aceto solutorum, an. ℥ij. *Therebinth.* ℥iii. Dehinc insperge pulverem *Mastichis*, *Myrrh. Thuris*, an. ℥ii. *Croci Anglici* ℥i. F. s. a. Emplastrum. *Vid. corp. ph. p. 609. a.*

Emplaſtrum Oxycroceum *aliud Zvvelfferi.*

℞. *Therebinthinæ claræ odoratæ* ℥viij. in qua liquefac, pulv. *Gummi Ammoniaci*, *Maſtichis electi*, *Galbani puriſſ.* ana ℥iij. Quibus invicem bene & leniter liquatis, &, ſi neceſſitas poſtulet, per linum & qualum colatis, adde ſequentia, ſeparatim priùs in ſartagine alia, invicem etiam liquata leniter, utpote: *Ceræ flavæ odoratæ*, *Colophoniæ*, *Picis græcæ*, ana ℥ix. vel x. Ultimò verò inſperge ſequentes pulveres: *Pulv. Thuris electi*, *Myrrhæ*, ana ℥iiß. *Croci* in vino parum diluti ad pultis formam ℥iß. Fiat omnibus exactè mixtis debitæ conſiſtentiæ Emplaſtrum, aliquando in calore diplomatis agitandum, ut ſpecies eò melius inter ſe coëant, & intimè uniantur, nec etiam ſpirituoſiores ejus partes evaneſcant, & ita evadet ad affectus conſignatos efficax. *Vid. corp. ph. p. 609. a.*

Emplaſtrum Diapipereos *Galeni.*

℞. *Litharg. argenti, ceruſſ.* ana ℔i. *ol. com.* ℔ij. *ceræ* ℥vi. *tereb.* ℥iij. *thur.* ℥iß. *alum.* ℥vj. *Piperis* ℥iij. F. Empl. l. a. *Vid. corp. ph. p. 653. a.*

Emplaſtrum Peſtilentiale *Michaelis.*

℞. *Empl. diachyl. c. gum.* ℥iv. *herb parid.* ℥i. *magn. arſen.* ℥iij. *ol. ſcorp. & aran.* q. ſ. F. Empl.

Emplaſtrum contra Philtra *Hartmanni.*

℞. *Pulv. coloc.* ʒij. *ſcamm.* ʒi. *rad. Imperat.* ʒiß. *elleb. utr. ſal. gem.* ana ʒi. *ol. ſamb. & ceræ* q. ſ. F. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Pleuriticum *Th. Hoffm.*

℞. *Pic. nav.* ℥iß. *ſulph. trit.* ℥ß. *cer. flav.* ʒvi. *tereb. claræ* ℥ß. *ol. chamæm. coct.* q. ſ. F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 649. a.*

Emplaſtrum ſine Pari *Londinenſe.*

℞. *Olib. bdell. ſtyr.* ana ℥iij. *ammon. galb. vin. alb. pp.*

ana ℥iß. *Pic. nav.* ℥vi. *medull. cerv. adip. gallin. anser.* ana ℥ij. *sulph. viv. lacte loti hermod. pulv.* ana ℥iß. cum *ol. ros.* p. ij. *ol. ov.* p. j. & *ol. tereb.* modico F. *E.*

Emplasttum Podagricum *Tackenii.*

℞. *Ol. ros.* ℔j. calef. adde *sap. alb. ras.* ℥iv. liquef. sap. adde itidem *ceruss. minii* ana ℥iv. coque leni igne pistillo ligneo continuè agitando, donec acquirat consist. empl. ordin. tandem ab igne remoto & parum refrigerato sub continua agitat. adde *camph.* in sp. vini sol. ℥i. *castor.* ℥ß. F. Empl. *Vid. corp. ph. p.* 592. *a.*

Emplastrum *sive* Ceratum Diachalciteos *Galeni, vulgò Diapalma P. A. R.*

℞. *Axungiæ porci veteris* à membranis per liquationem & colationem purgatæ ℔iij. *Olei veteris, Lithargyri* triti ana ℔iij. *Chalcitidis ustæ* ℥iij. *Teneriorum palmæ ramorum*, M. iv. Axungia, oleum, & Palmæ rami minutim incisi, recentes, vel si exsiccati fuerint, aqua prius macerati, coquantur ad humiditatis aqueæ consumtionem, colentur & exprimantur; Colatura cum lithargyro ad justam consistentiam lento igne redigatur, immiscendo tandem ab igne deposito pulverem Chalcitidis, & rudicula ex recenti palmæ ramo confecta agitationem instituendo. Fiat Ceratum.

Verè polychreston est hoc Emplastrum, valet ad ulcera dysepulotica, ædemata, articulorum morbis, bubonibus, ambustis, pernionibus, ossium fracturis, contusionibus, omnibus denique affectibus, quos rhevmaticos vocant, prodest, fonticulis ligandis destinatum est remedium, quos minimè sordescere, aut excrescere permittit. *Vid. corp. ph. p.* 596. *a.*

Em-

Emplastrum Diapalmæ *Zvvelff.*

℞. *Teneriorum Palmæ ramorum* recentium minutim incisorum M. iiij. vel in defectu recentium aridi rami sumi possunt, & in vino humectari parumque coqui, *Axungiæ Porci veteris* purg. ℔ij. *Olei veteris*, (sive non admodum recentis) ℔iij. Coquantur ad humiditatis exhalationem, tum fiat colatura, cum expressione forti, colato adde: *Lithargyri* subtiliss. triti ℔iiiß. *Chalcitidis ustæ*, vel, quod meliùs est: *Vitrioli albi* (quia Chalcitis nihil aliud est, quam Vitriolum) in aqua simplici vel *decocto ramorum Palmæ* soluti ℥iiij. vel ℥v. Coquantur igne lento ad consistentiam Emplastri vel Cerati, rudicula ex palmæ ramo recenti semper inter coquendum agitando, fiatque Emplastrum vergens ad albedinem. Vid. corp. ph. p. 597. a.

Emplastrum Diapalma *aliud Zvvelff.*

℞. *Axungiæ Porcinæ* recentis ℔iij. huic impastentur, *Ramorum palmæ* minutim incisorum *recent.* ℔j. vel si hi desint, *foliorum quercûs recent.* ℥x. *Hederæ arbor. rec.* ℥iiij. Facta maceratione per aliquot dies coquantur parùm, addita *aceti Sambucini* ℔ dimidia circiter: fiat post colatura, cum forti expressione Ramorum, aut foliorum; Expressæ verò Axungiæ adde: *Lithargyrii subtiliss. triti* ℔iiß. *Vitrioli albi* purificati ℥iiij. vel ℥v. Soluti prius in *aceti Sambucini, Rosacei*, ana ℔ß. Coquantur lenissimo igne in sartagine sufficienter amplâ, spatulâ ligneâ, ex *Ramo Palmæ*, vel *quercûs*, recenter confectâ, continuò agitando, ad Emplastri consistentiam, addendoque ultimo, si libet, cum parum refrixerit, *Camphoræ* in *olei Sambuci* particulâ solutæ, ad pulticulam ʒvj. Item *Olibani* subtiliss. triti ℥iß. Fiat Emplastrum efficax

in

in doloribus articulorum ; Extrahit enim & resolvit, & calorem temperat. Vid. corp. ph. p. 597. a.

Emplastrum in Paralysi *partium cum dolore juncta ex Thes. Hoffmanni.*

℞. *Empl. Diapalm.* ℥iiß. *Unguent. Aregon.* ℥ß. *Ol. Euphorb.* ʒiß. *Chamamel.* ʒß. c. *Cera* q.s.f. Emplastrum in forma Magdaleonis. *Vid. corp. ph. p. 596. a.*

Emplastrum *sive* Ceratum ex Pelle Arietina *Arnoldi de Villa nova P. A. V.*

℞. *Lithargyri, Lapid. Hæmatita, Sangu. Draconis, Boli Armena, Opii, Mastiches, Ammoniaci* præp. *Galbani* præp. *Mumia, Thuris, Costi, Lumbricorum*, ana ʒß. *Picis nigra, Colophonia, Cera alba*, ana ℥ij. *Rad. Consolida majoris, minoris*, ana ʒiij. *Rosarum rubrarum, Myrrha, Aloes*, ana grana xviij. *Succi Hypocystidis, Gallarum immaturarum, Balaustiorum, Aristolochia rotunda*, aa. ʒvj. *Visci querni* ʒii. *Therebintina* ℥ij. *Sanguinis humani exsiccati* ℥ix. Confice sic: Pellem arietinam integram coque in aqua, donec fere dissoluta sit, in lentorem quendam, quem colabis & ad debitam crassitiem inspissabis. Hujus sume ℔j. adde *Picem, Colophoniam & Ceram* invicem liquata & colata, postea *Ammoniacum & Galbanum* cum *Therebinthina* soluta, *Opium & Succum Hypocistidis*, in modico aceto liquata, ac reliquorum ingredientium pulverem & tandem Viscum quernum. Fiat ex arte Ceratum. Ad membrorum luxationes adhibetur, præcipuè verò herniosis prodest. *Vid. corp. ph. p. 618. a.*

Emplastrum de Plumbo *Zvvelff.*

℞. *Cera citrina nova* ℥vj. *Therebintin. clar.* ℥iij. *Balsami*

n. vulnerarii sulphurei ℥ij. His mixtis & leni calore liquatis adde; *Pulv. plumbi usti*, seu calcinati more figulorum ℥iij. *Cerussæ cribratæ* ℥ij. Prius cum *aceti Sambuci* ℥iiij. ad siccitatem iterum coctæ, *Lapidis Calaminaris*, cum *Succo plantaginis præp.* ℥iß. *Tutiæ præp.* cum succo plantaginis ℥j. *Pulv. Pompholygis, Myrrhæ rubr. Olibani, Mastichis, Aloes hepat.* ana ʒvj. *Nitri puri* ℥ß. *Camphoræ* ʒij. soluti in *Balsami Sulphuris* s.q. ad pultis formam. Fiat Emplastrum exiccans, ad ulcera antiqua, fœtida, corrodentia, fluida, fistulas, lupum, cancrum, & Noli me tangere &c. proficuum. *Vid. corp. ph. p. 654. a.*

Emplastrum Antipodagricum *Zwelfferi.*

℞. *Therebinthinæ claræ bonæ* ℥vj. In qua liquefacito *Gummi Carannæ puriss.* ℥j. *Pulv. Gummi animæ, Elemi, Ladani, Tacamahacæ*, ana ℥iß. His exactè, lenissimo in calore, unitis & solutis, immisceantur sequentia paulatim, per vices, separatim in alio vase, jam tùm leniter invicem liquata, utpote: *Ceræ novæ odoratæ* ℥viij. *Saponis Veneti* ℥iv. *Olei Saponis Veneti*, cum silicibus Still. ℥iiij. *Mastichis elect.* ℥ij. His omnibus legitimè mixtis & in diplomate liquatis statim superinjiciantur sequentia minutissimè & subtilissimè incisa, atque contusa ad formam pultis, nempe *Usneæ fruticis acaciæ*, selectæ & puræ recentis, *Fol. Hederæ arb. recent. Rad. Chelidon. recent.* ana ℥ij. *Oculor. Populi arbor. recent.* ℥iij. *Flor. recent. rosarum rubr. Sambuci, Verbasci*, ana ℥iiiß. *Pulv. Croci opt. Orient.* ana ℥iß. Diluti ad pultis formam *Lixivii, ex cineribus vitis facti*, s. q. *Pulv. Olibani albi, Sandaracæ, Succini albi*, ana ℥ij. *Salis Tartari albi* ℥iij. vel ℥iiij. *Camphoræ* ℥j.

in

in olei Sambuci vel *ovorum* particula soluta. Misceantur exactissimè in dicto diplomate, & fiat Emplastrum Anodinum nobile, quod partibus arthriticis dolentibus applicatum, Materiam peccantem partim extrahit, ejusque acorem destruit, dolores lenit, partes insuper & articulos insigniter roborat, & à Podagra præservat. Vid. corp. ph. p. 593. a.

Emplastrum Antipodagricum *Anodinum Zvvelff.*

℞. *Olei Hyoscyami* ex sem. expressi, *Papav. ex seminibus* expressi, *Lini recenter* etiam expressi, ana ℥iiij. *Minii subtilitèr triti* ℥xv. *Aceti flor. Sambuci*, n. m. parati ℔j. Coquantur igne leni, spatulâ, vel rudiculâ continuò agitando, ad consistentiam Emplastri, postea adde: *Ceræ citrinæ* odoratæ, *Therebinthinæ* odoratæ, ana ℥ij. *Saponis Veneti* ℥iiß. Item *Pulv. Olibani* ℥iß. *Mastichis*, *Tacamahacæ*, ana ʒvj. *Rosarum rubrarum*, *Sem. Hyoscyami*, ana ℥j. Misceantur accuratè, fiatque Emplastrum Anodinum, quod multum præstat in doloribus Arthriticis, atque podagricis, tenuiter super linteum extensum, & partibus dolentibus applicatum. Vid. corp. ph. p. 593. a.

Emplastrum Diapompholigos *Ph. Hagiens.*

℞. *Olei Solani* ℔iiß. *Ceræ alb.* ℥xxx. *Cerussæ, plumbi usti* aa. ℔ß. *Pompholygos, Olibani,* aa. ℥iv. Fiat s. a. Emplastrum. Vid. corp. ph. p. 654. a.

Emplastrum de Ranis cum Mercurio *Vigonis P. A. R.*

℞. *Ol. Chamæmelini, Anethini, Liliorum alborum* ana ℥ij. *de Croco* ℥j. *Pingued. vituli* ℔ß. *Ranarum* num. vj. *Lumbricorum* elotorum ℥iiiß. *Decocti radic. Ebuli, Enulæ,* ana ℥ij. Coquantur ad consumptionem hu-

midiratis aqueæ, & post colaturam cum *Lithargyri* ℔j. bulliant, ad debitam consistentiam, postea addantur *Ceræ flavæ* ℥vj. & ab igne remotis: *Pulveris Euphorbii* ʒv. *Thuris* ʒx. *Schœnanthi, Stœchadis, Matricariæ*, ana ʒß. *Therebinthinæ claræ* ℥ij. *Styracis liquidæ* ℥iß. *Argenti vivi* cum dicta *Therebinthina* & *Styrace* probè permixti ℥iiij. *Axungiæ Viperinæ* ℥iiß. *Olei Spicæ* ℥j. *Laurini* ℥iß. F. Empl. *Vid. corp. ph. p. 637. a.*

Emplastrum de Ranis cum Mercurio *Zvvelfferi.*

℞. *Argenti vivi* ℥iiij. Solvantur in s. q. *aquæ fortis*, cui adde: *Axungiæ viperinæ*, vel serpentum ℥iij. *Olei Liliorum albor.* ℥ij. Coquantur leniter in vitro capaciori, & amplioris orificii, ad aquæ fortis exhalationem, donec nimirum ejus guttula una vel altera in ignem projecta strepitum amplius non edat, eritque massa, ubi refrixerit, duriuscula, cito tamen & in leni calore liquabilis; quæ interim calida servetur: Postea

℞. *Ranarum viventium* num. x. *Lumbricorum absque lotione purgat.* ℥iiß. *Schœnanthi, Stœchadis, Matricariæ*, ana M. j. *Croci* ʒij. *Succi radicum Ebuli, Enulæ*, ana ℥ij. *Aceti vini fortis* ℔iiß. Coquantur ad dimidias, colaturâ per expressionem facta pariter asservata tùm demum:

℞. *Ol. Chamomillæ, Anethini, de Spica cocti*, ana ℥iiß. *Laurini* ℥iß. *Pingued.* vel *Sevi vitulini* ℔ß. *Lithargyrii triti* ℔j. Coquantur lento igne, (addendo semper aliquid de superiori decocto, cum aceto facto, usque dum totum decoctum additum sit) ad consistentiam *Emplastri* durioris grysei in colore, cui ab igne remoto adde: *Therebinthinæ claræ* ℥ij. *Ceræ flavæ* ℥vj. Et his etiam liquatis: *Pulv. Euphorbii* ʒv.

Thu-

Thuris ʒx. Nec non *Argentum vivum superius solutum*, & cum Axungia serpentum, & oleo liliorum alborum coctum. Agitentur bene in calore leni, admiscendo sub finem, ubi jam omnia semifrigerata fuerint, *Styracis liquidæ* ℥iß. *Vid. corp. ph. p. 637. a.*

Emplastrum de Ranis cum & sine Mercurio *Phar. Hagiensis. v. g.*

℞. *Olei Chamæmelini, Anethini, Liliorum*, aa. ℥iiij. *Axungiæ porcinæ* ℔ij. *Ranar. vivent.* vino lotar. no: xii. ℥vj. Coquantur paulatim adjectis *Vini generosi* ℔ij. Dein adde: *Foliorum recent. matricar. Schœnanthi, florum Stœchados*, aa. M. ij. *Succorum radicum Ebuli, Helenii*, ana ℥iv. Percoquantur ad vini & succorum consumtionem, deinde fiat colatura, & expressio, cui rursus adde: *Lithargyr. auri, Vini generosi* aa. ℔ij. *Pingued. vitulinæ* ℔j. Repetatur coctio ad Emplastri consistentiam, immiscendo sub finem, *Ceræ alb. Olei Laurini*, aa. ℥viij. *Spicæ* ʒiiij. *Crocini* ℥ij. *Styracis liquidæ* in ℥iiij. *Therebinth. solutæ* ʒiij. Insperge *pulverem Thuris* ℥iiß. *Euphorbii* ʒx. Et fiat s. a. Emplastrum, quod si Mercurio impraegnatum velis, adde ℔j. massæ adhuc tepentis *Mercurii vivi*, cum Therebinthinæ & olei Lauri s. q. extincti ℥j. vel ij. si duplicatum velis. Et fiat s. a. Emplastrum. *Vid. corp. ph. p. 638. a.*

Emplastrum de Rhabarbaro *Joannis Manardi* *P. A. V.*

℞. *Rhabarbari electi* ʒß. *Aloes hepaticæ* ℥j. *Lixivii fortis* ℔j. *Saponis Veneti* ℔ß. *Ceræ* ℥ij. Decoquantur secundum artem, ad justam consistentiam. Commendatur ad duros tumores & tophos, præsertim in morbo Gallico. *Vid. corp. ph. p. 635. a.*

Empla-

Emplastrum Vulnerarium & pectorale *Zwelferi*.

℞. *Therebinthinæ claræ* ℥viij. in qua solvantur & liquefiant, *Gummi Tacamahacæ* ℥iß. *Elemi* ℥iij. His probe conjunctis immisceantur ulterius sequentia, subtilissimo modo incisa, & contusa, ad formam pultis, utpote: *Rad. Symphyti majoris recent.* ℥ij. *Enulæ, Althææ*, an. recent. ℥j. *Herb. recent. Hyssopi, Betonicæ, Alchimillæ, Millefolii, Hederæ terrestr. flor. Chamæmeli recent.* an. ℥iß. *Oculor. populi arb. recent.* ℥ij. Tandem sequentes inspergantur pulveres; uti sunt *Pulv. Olibani, Myrrhæ, Mastichis*, an. ℥iß. *Rad. Ireos flor.* ℥j. *Croci* ʒvj. *Camphoræ* ʒij. solut. in *olei still. Anisi* s. q. ad pulticulam. Fiat ex omnibus l. a. Emplastrum, in diplomate, vase nimirum duplici, leni calore agitandum.

In vulneribus Pectoris internis; Empyematibus, aliisque Ulceribus ac Apostematibus, excellens, toti pectori externè applicandum. Vid. corp. ph. p. 540.a.

Emplastrum Sacrum Galeni.

℞. *Ol. veter.* ℔iiß. *litharg.* ℔j. ℥ß. *ærug.* ℥j. *squam. æris.* ʒvj. *coloph.* ℥vi. ʒii. *thuris galb.* an. ℥iß. *ammon.* ℥ii. *æris usti propoleos aloes* ana. ℥i. *diphrygis gent.* an. ʒvi. *arist. rot. dict. cret.* an. ℥i. ʒii. *ceræ* ʒxxv. F. Empl. modum confic. Vid. corp. ph. p. 648.a.

Emplastrum ad Scrophulas Jos. M.

℞. *Galb. ammon. in aq. vit. dissol.* ana ʒiß. *Tereb. ven.* ʒvi. *alum. crud.* ʒiii. *ol. spic.* ℥ß. *ceræ novæ* ℥. M. F. Empl. Vid. corp. ph. p. 633.a.

Emplastrum de Spermate Ceti *Minsichti.*

℞. *Ceræ alb.* ℥iv. *sperm. ceti* ℥ii. *gum. galb.* in acet. sol. ℥i F. Empl. Vid. corp. ph. p. 630. a.

Emplastrum Stipticum *le Mortii.*

℞. *Ol. oliv.* ℥viii *litharg. aur.* ℥ivß. coq. ad empl consist. hisce adde *ceræ flav.* ℥iß. *Thereb.* ℥i. *gum ammn. bdell.* ana ℥ß. *opop. galb. ol. lauri lap. calamin arist. utr. myrrh. thur.* ana ʒii. F. Empl. in vuln. rec & veter. usurp.

Emplastrum Stomachale *le Mortii.*

℞. *Gum. guaj.* ℥i. *mast. styr. cal. tacam* ana ℥ii. *myrrh thur.* ana ʒvi. *ol. nuc. m.* expt. ℥i. *camph.* ʒiß. *cy per. rot.* ℥ß. *Zed. bacc. lauri* ana ʒv. *bals. peruv.* ʒv *tereb. ven.* ℥x. *ol. menth. dest. caryoph. cort. aurant.* an ℈ii. *ceræ.* q. s. F. Empl.

Emplastrum Stomachale *Hartm.*

℞. *Mast.* ℥iß. *tacamah.* ℥i. *styr. cal.* ℥ß. *ol. nucist.* ʒii *abs. dest.* ℥i. *balsam. Peruv.* ℥ii. *ceræ.* q. s. F. Empl.

Emplastrum Stomachale *Dolæi.*

℞. *Gum. tacam.* ℥iß. *myrrh.* ʒvi. *mast.* ʒii. *sant. ru* ℥iß. *ros. rub.* ℥iß. *ol. nuc. m.* expr. ʒii. *mast. abs.* an q. s. *ceræ* q. s. F. Empl.

Emplastrum Stomachicum *de Spina.*

℞. *Succi menth. abs. majoran.* ana ℥ii. *Thur. mast.* an ℥ß. *caryoph. macis. nuc. m.* ana ℥ii. *tereb. & ladan.* q s. F. Empl.

Emplastrum Stomachicum Galeni.

℞. *Mast. ros. rub.* ana ʒxx. *fol. abs.* ʒxv. *spic. nard.* an ʒx. *ol. ros. omph.* ℔i. *ceræ* q. s. F. Empl.

Emplastrum Stomachicum *Londinense.*

℞. *Menth. abs. stach. fol. lauri* ana ℥i. *majoran. ros. rub. sant. citr.* ana ʒiii. *cal. arom. xyloal. fl. lavend. nuc. m. cubeb. galang. pip. long. macis* ana ʒi. *mast.* ʒiii. *caryoph.* ʒiiß. *ol. menth.* ℥iß. *nard.* ℥i. *spicæ* ʒi. *resin. ceræ* ana. ℥iv. *ladan.* ʒiii. *styr. calam.* ʒß. F. Empl.

Emplastrum Stomachicum Disp. *Brandenb.*

℞. *Rad. cal. arom. cyp. rot. galang. fl. cham. ros. rub.* ana ʒiß. *cimar. abs. fol. menth.* ana ʒii. *fol. ind. bacc. lauri caryoph. cubeb. nuc. m. sant. citr.* ana ʒiß. *carvi cumin. cinam. coriand. Zing.* ana ʒi. *ladan.* ℥i. *mast. thuris* ana ʒii. *ol. mast. menth. myrtill. abs.* ana ℥ß. *ceræ resinæ* ana ℥ii. *tereb.* ℥iv. F. l. a. Empl.

Emplastrum de Sulphure *Norimberg.*

℞. *Bals. sulph. cum ol. nuc. fact.* ℥iii. *ceræ* ℥vi. *colophon.* ℥iii. *myrrh.* ℥iv. ʒi. M. F. Emplastrum. *Vid. corp. ph. p. 596. a.*

Emplastrum de Sandyce *Londinense.*

℞. *Ol. ex pedib. vervec. aut bubulis ol. lini* ana ℔i. *plumb. alb.* minii ana ℥viii. *resin. ceræ flav.* ana ℥iv. *camph.* ℥ß. M. F. Empl.

Emplastrum de Sapone *Londinense.*

℞. *Ol. com.* ℔ii. *minii* ℔i. *sap. ven.* ℔ß. M. F. Empl.

Emplastrum Sicyonium *Londinense.*

℞. *Rad. cucum. asin.* ℥iii. *sulph. viv. sem. cumin.* ana ℥ii. *euphorb.* ʒiß. *Picis Burg.* ℥xxviii. *ung. de Arthanita* ℥iij. F. Empl.

Emplastrum Stephaniaium *Londin.*

℞. *Ladan.* ʒß. *styr. cal. gum. junip.* ana ʒij. *succin. tereb. cypr.* ana ʒi. *corall. rub. mast.* ana ʒß. *fl. salv. ros. rub. rad. irid. flor.* ana ℈i. *resin. aqua ros. lot.* ℥ß. F. Empl.

Emplaſtrum Sandalinum *olim incognitum dictum P. A. R.*

℞. *Cer. nov.* ℥iiij. *Reſin.* ℥vß. *Sandali rubri* ℥iß. *Croci* ℨij. *Olibani, Maſtiches, Myrrh. Aluminis* an. ℨiß. F. ſ. a. Emplaſtrum. Ceræ cum Reſina liquefactæ & colatæ, iterumque ſemirefrigeratæ, Sandalum & Crocum cum vini Spiritu diluta, nec non reliqua in pulverem redacta, immiſcendo.

Hepar roborat, obſtructiones ejus reſerat, nec non indurationes ejus emollit, infarctoſque humores peccantes reſolvit, & ſanguinem mundificat. *Vid. corp. ph. p.609.a.*

Emplaſtrum *ſive* Ceratum Sandalinum *Meſuæ P. A. R. Ph. Nor. & Amſtelod.*

℞. *Roſarum rubr.* ℥iß. *Sandali rubri* ℨx. *albi, Citrini* ℨvj. *Boli Armen.* ℨvij. *Spodii* ℨiiij. *Camphor.* ℨij. *Olei roſati* ℔j. *Cer. alb.* ℥vj. vel quantum ſufficit. Confice ſecundum artem, Ceram in oleo liquando, & tandem reliquorum pulveres immiſcendo. Phlegmonas & calidas intemperies ventriculi & hepatis, atque aliarum partium emendat. *Vid. corp. ph. p.610.a.*

Emplaſtrum *ſive* Ceratum Sandalinum *aliud Zvvelfferi.*

℞. *Cer. citrini odorata* ℥x. *Olei Roſarum* per trinam infuſionem & macerationem parati ℥viij. His leniſſimo calore mixtis impaſtentur *flor. roſar. rub.* recent. ſubtiliſſimè & minutiſſimè inſciſſarum & contuſarum ad pultis formam ℥iiij. vel ℥v. Jam verò:

℞. *Pulv. Santali rubri* ℥iß. *albi, Citrini* ℨvj. *Raſur.*

Eboris ℥ß *Boli Armen.* ℥j. Coquantur cum f. q. *infusionis rosarum rubearum*, ad Cataplasmatis solidam & duriusculam consistentiam, lege artis, ne manibus attactum adhaereat, & superioribus tandem dextere in calore impastetur. Quae sic unita per horas duas, vel ultra, super igne leni, commiscendo agitentur, quo interne uniantur, & se invicem amplectentur, ultimo tandem, cum refrixerit, superadde: *Camphorae* ʒiij. vel ʒß. solutae in *Olei rosarum* particula. Fiat sic nobile Ceratum longè excellentius, quàm vetus illud, simpliciter paratum. Calidam intemperiem Hepatis, aliarumque partium, contemperat & emendat. *Vid corp. ph. p. 609. a.*

Emplastrum Saturni *Minsichti.*

℞. *Saturni usti & loti* ℥ij. *Sevi Hircini*, *Cerae albae*, ana ℥iß. *Therebinthinae* ʒvj. *Lap. Calaminaris* praep. *Cerussae lotae* ℥ß. *Pompholigis*, *Tutiae* praep. ana ʒij. *Myrrhae rub. Mastichis, Olibani*, an. ʒj. *Aloes Epat. Camphorae*, *Nitri* praep. ana ʒß. Misc. & f. Emplastrum justae consistentiae. Nobile hoc de Saturno Emplastrum, valet secundum meam experientiam, contra omnis generis ambusta, inflammationes, Tumores, Ignem Persicum &c. Nec non ad vulnera & ulcera quaevis maligna, foetida, insanabilia, & corrodentia. *Vid. corp. ph. p. 623. a.*

Emplastrum Saturninum *expertum à S. Closs.* *ex Schroed.*

℞. *Albi plumbi* ℥iiij. *Cretae albiss.* ℥ß. *Myrrh. rubr* ʒij. *Amalgamatis* ex part. ij. ☿, & parte una ♄ni, ʒvj. *Axung. Verris*, q. s. ad formandum Emplastrum in mortario calido. Quod ulcera callosa & maligna, imo pessimâ, una sola admotione curat. Vid. corp. ph. p. 651. a.

Emplastrum ad Scirrhos *S. Clossai ex Schrœd.*

℞. *Gumm. Carann. Tacamahac.* ana ℥j. *Ammon. Galban.* ana ℥ii. Liquentur in *Aceto* & per linteum colentur; deinde admisce: *Ol. Liliorum alb.* ℔ß. *Axung. taxi* ℥ii. M. & adde: ☿ *mineral.* vel *aquila alb. dulcificat.* ℥ii. Redige ad formam Emplastri & adjunge, *Lithar.* subtiliter pulverisat. ℥ij. *Rad. elleb. nigr. Bryon* ana ℥ii. M. Hoc Empl. omnes tumores contumacissimos & crudos vel suppurat, in partibus suppurabilibus, vel ex toto resolvit, si flatus prædominentur. *Vid. corp. ph. p.* 632. a.

Emplastrum è Spermate Ranarum *P. A. R.*

℞. *Spermatis Ranarum* depurati, *Olei Olivarum*, ana ℔iii. *Cerussæ Venetæ* ℔ ivß. *Ceræ alb.* ℔i. *Aluminis crudi* ℥iiij. *Therebintin.* ℥ii. *Camphoræ* ℥i. Oleum cum Spermate Ranarum usque ad humiditatis aquosæ consumptionem coquatur, postea Cera & Therebinthina, ut & reliqua pulverisata ex arte immisceantur. In inflammationibus & doloribus coërcendis; nec non ad ulcera contumacia, & antiqua curanda, utiliter adhibetur. Vid. corp. ph. p. 621. a.

Emplastrum de Spermate Ranarum Pharm. *Norimberg.*

℞. *Olei Sperm. Ranarum.* ℔iij. *Cerussæ* ℔ii. *Aquæ Spermatis Ranarum* ℔iß. Coquantur ad consistentiam Emplastri addendo: *Sacchari Saturni* ℥ß. *Camphoræ* ℥i. Misce & fiat Emplastrum. Vid. corp. ph. p. 621. a.

Emplastrum de Spermate Ranarum *Zvvelfferi.*

Ut Emplastrum dexterè paretur, conficiatur prius *oleum* per infusionem repetitam, macerationem & coctionem, (non tamen ad totalem humiditatis exhalationem,) *è Spermate Ranarum aquatilium,* additis *cancris fluviatilibus* si lubet; Hinc

℞. *Hujus olei* cum adjuncta adhuc ejus subsidente humiditate ℔ IV. *Cerussæ cribratæ* ℔iii. Coquantur leni igne rudiculâ continuò agitando; in ipsa autem coctura successivè admisce *Vitrioli albi* & *aluminis crudi* ana ℥iij. solutorum in spermatis Ranarum resoluti, & per linteum saccum sponte transmissi s.q. Et postquam per lenem cocturam, ad debitam Emplastri consistentiam adacta fuerint, adde: *Ceræ albæ* ℥vj. remotisque ab igne *pulv. Mastichis* el. albiss. *Thuris opt.* albi ana ℥iß. Tandem, quando propemodum refrixerit Emplastrum, immisce *Camphor.* ℥iß. Prius solutæ ad pultis formam in *Ol. rosarum* suffic. quantit. Et fiat Emplastrum debitæ consistentiæ, vulneribus omnibus & inflammationibus coërcendis, salutare. *Vid. corp. ph. p.622.a.*

Emplastrum Spleneticum *Hieronymi Fabricii ab Aquapendente P.A.R.*

℞. *Gummi Ammoniaci* præp. ℥i. *Succi Tabaci* ℥ß. *Ebuli, Resinæ pini*, *Therebinthinæ* ana ʒii. *Olei de Capparibus* ℥ß. *Ceræ* ʒiß. Fiat Emplastrum, succos cum oleo sufficienter coquendo; dein Ceram cum Resina liquatam & colatam, ac tandem Ammoniacum cum Therebinthina solutum jungendo. Hujus Emplastri virtus est in resolvendo

do ſucco melancholico, ſplenem occupante, priuſquam in Scirrhos abeat, vel ſi diuturnitate temporis jam ſeſe exſerat, in eodem emolliendo, & reſolvendo. Vid. corp. ph. p. 612.a.

Emplaſtrum Spleneticum *Ph. Nor.*

℞. *Ceræ novæ q. ſ. Olei de Capparibus* ℥ij. *Cheyri, Violarum* an. ℥j. *Reſinæ pini, Therebinthinæ,* an. ℥ß. *Sacchari Saturni* pulv. ℥j. *Mucilag. ſem. Pſyllii, Fœnugræci* an. cum ▽ *cuſcut.* factæ ℥iij. *Gummi Ammoniaci in aceto ſcyllitio* diſſoluti ℥viij. *Succi Ebuli inſpiſſ.* ℥x. Miſce fiat ſ. a. empl. Vid. corp. ph. p. 612.a.

Emplaſtr. Spleneticum *Zwelff.*

℞. *Reſinæ pini, Therebinthin* an. ℥ij. *Olei de Capparibus* ℥ß. *Ceræ flavæ* ℥j. Liquefiant junctim & colentur, quippe reſina partibus feculentis & craſſioribus referta eſt, quæ fundum petunt, nec reſolubiles ſunt. Jam diſſolvatur *Gummi Ammoniaci* ℥iß. in ſ. q. *vini auſteri*, in qua *Tabacum inſumatum maceratum ſit*. Ad formam pultis, & guttatim ſenſimque immiſceantur ſuperiora invicem liquefacta & colata, *Decocti Tabaci inſumati cum vino facti*, & ad formam extracti inſpiſſati ℥ß. *Succorum Ebuli* & *Verbenæ recent.* inſpiſſ. an. ℥ij. Miſceantur omnia bene aliquamdiu agitando, fiatque Emplaſtrum Spleneticum. *Vid. corp. ph. p. 613.a.*

Emplaſtrum Spleneticum *Minſichti.*

℞. Ol. *Capparum*, *Chamæmel.* an. ℥iiij. *Succor. Scolopendriæ*, *Abſinthii*; *Roriſmarin. Agrimoniæ*, an. ℥iij. Coq. in diplomate ad ſuccorum conſumtionem, poſtea adde: *Gumm. Galbani in aceto diſſ. Ammoniac. Bdellii*, an. ℥j. *Empl. de Meliloto*, *Diachylon.*

lon. simpl. ana ʒvj. *Ol. Still. juniperi*, *Succ. inspiss. rad. filicis*, utriusque ana ℥ß. *Sem. Agni casti*, *Rutæ hort. Genistæ*, ana ʒiß. *Resinæ & Ceræ*, ana quantum suff. Misc. & fiat s.a. justæ consistentiæ Emplastrum. Hujus *E*mplastri portio extendatur super alutam rubeam, & obducatur sindone rub. s. a. cui inspergatur ol. Rosmarini q. s. & regioni splenis applicetur, cujus duritiem & tumorem emollit, resolvit, splenemque aperit atque confortat. Vid. corp. ph. p. 613. a.

Aliud Emplastrum Spleneticum *Foresti*, *Ceratum de Ammoniaco dictum ex Schrœdero.*

℞. *Ammoniac.* in ✝ dissol. ℥j. *Ung. Dialth. Empl. de Melilot.* an. ℥ß. *Furfur. frument.* cribrat. *Pulv. rad. Bryon. Ireos* ana ℥ß. *Pingued. anat. anser. gallin.* an. ʒiij. *Bdellii, Galban. Ol. Irin.* an. ʒiß. Bulliant leniter in *mucilaginibus sem. lini & fœnugr.* a. q. s. & ut in formam debitam Cerati coëant, adde: *Ceræ* ℥ß. *Therebinth.* & *Resin. pini* ana ℥iß. F. Emplastrum, Quod plurimum emollit & resolvit duritiem Scirrhosam. Vid. corp. ph. p. 614. a.

Emplastrum Spleneticum *aliud Zvvelfferi.*

℞. *Therebinthinæ liquidæ* ℥vj. in qua liquefacito *pulv. Gummi Ammoniaci, Elemi, Sagapeni*, ana ℥iß. *Mastichis* ℥i. His leniter in diplomate liquatis, adde *Ceræ flavæ odorat.* ℥viij. *Ol. sem. Nasturtii expressi* ℥iß. *Succin. Still.* ana ℥ß. Et cum liquata adhuc in diplomate calent, insuper sequentia subtilissimè incisa & contusa ad pultis formam adjice, utpote *Herb. recent. Nasturtii, Persicariæ Rorismarini, Verbenæ*, ana ʒiij. Item *Succi Verbenæ*, *succi vel decocti Scolopendrii* inspissator. ad formam extracti ℥ß. *Extracti Tabaci infumati* ʒv. Tandem superinspergantur

sequentia *Pulv. Olibani Myrrh.* aa. ℥ß. *Tabaci infumat.* seu Nicot. *Sem. Nasturtii* ana ʒvj. *Camphoræ* ℥j. solutæ cum *ol. succini Still.* ʒij. *Majoran. Still.* ʒj. in mortario subigendo. Fiat omnibus exactè mixtis *Emplastrum* Spleneticum. Valet ad obstructiones & duritiem Lienis simul atque Hepatis. Igitur in febre quartana, Cachexia, & melancholia hypochondriaca, cum emolumento adhibetur. Vid. corp. ph. p. 614. a.

Emplastrum Stipticum *Minsichti.*

℞. *Colophoniæ, Therebinth. Ceræ citrin.* ana ℥vj. *Crustæ panis tost.* & in *aceto macerat.* ℥iij. *Ol. Nuc. Moschat. exp.* ℥ij. *Mastichis, Sandarac. Olibani,* ana ℥ij. *Terræ sigillatæ, Bol. Armen. rub. Menthæ crispæ, Absinthii,* ana ℥j. *Calami aromat. Caryophyllor.* ana ℥ß. *Balaustior. rosar. rub. Nuc. Cupress. Cort. Granator. Gallar. turc. Sang. Draconis* ana ʒij. Misce & cum s. q. *Ol. Cydonior.* confice s. a. *Emplastrum.*

In Dysenteria, Lienteria, Diarrhœa, morbo Cholera, vomitu puerorum & qui cibum retinere non possunt, experimentum est egregium. *Vid. corp. ph. p. 630. a.*

Emplastrum Stipticum *seu puncturale Minsichti.*

℞. *Therebinthin. Cypræ* ℥iiij. *Gum. Elemi* ℥ij. *Ceræ citrinæ, Colophoniæ,* ana ℥j. *Minii* tenuiss. triti. *Sang. Draconis* aa. ʒvj. *Styrac. Calamit. Magnetis* ana ℥ß. *Rad. Aristoloch. rot. Mumiæ transmarin.* ana ʒij. *Aloe Epatic. Aluminis usti* ana ʒj. Misc. & cum *Balsam. vulnerario* f. Emplastrum ut est artis. Valde efficax est ad puncturas & vulnera recentia, ubicunque sunt in corpore humano, etiam in capite, quæ omnia siccat, mundificat, consolidat, sanat, malæque carnis corruptionem & excrescentiam impedit. Vid. corp. ph. p. 647. a.

Em-

Emplastrum Stipticum *Crollii P. A. R.*

Minii, Calaminaris, ana ℔ß. *Lithargyri auri, argenti*, ana ℥iij. *Olei Lini, Olivarum*, ana ℔iß. *Laurini* ℔ß. *Ceræ, Colophoniæ*, ana ℔j. *Vernicis, Therebinthinæ*, ana ℔ß. *Opopanacis* præp. *Galbani* præp. *Sagapeni* præp. *Ammoniaci* præp. *Bdellii* ana ℥iij. *Succini citrini, Olibani, Myrrhæ Alexandrinæ, Aloes hepaticæ, Aristolochiæ longæ, rotundæ*, ana ℥j. *Mumiæ transmarinæ, Magnetis, Hæmatitæ*, ana ℥iß. *Coralliorum albor. rubr. Matris Perlarum, Sanguinis Draconis, Terræ medicatæ Strigensis, Vitrioli albi*, ana ℥j. *Florum Antimonii, Croci Martis*, ana ʒij. *Camphoræ* ʒj. Modus parandi talis esto; *Oleum Lini* & *Olivarum* cum *Lithargyro auri* & *argenti* aliquandiu coquantur, hinc addatur *calaminaris*, & paulò post *Minium*, quæ omnia agitando coquantur ad sufficientiam, tandem etiam addatur circa finem *Vernix, Ol. laurinum, Cera, Colophonia* invicem liquefacta, & colata, ab igne depositis & semirefrigeratis immiscean̄tur *Opoponax, Galbanum, Sagapenum* & *Ammoniacum*, cum *Therebinthina* soluta, ut & *Camphora* & reliqua in subtilem pulverem redacta. Vires hujus Emplastri percelebres sunt, vulnera siquidem recentia & ictus celeriter consolidat, symptomata & fluxiones supervenire solitas præcavet, ferrum, lignum, plumbum, aliaque profundius membris infixa, sine dolore extrahit, antiqua etiam ulcera siccat, & mundificat. Vid. corp. ph. p. 646. a.

Emplastrum Stipticum *Paracelsi Pharm. Amstelodamens.*

℞. *Ammoniaci, Bdellii*, aa. ℥ij. *Galbani, Myrrhæ, Olibani, Opo-*

Opopanacis, Radic. Aristol. longæ, rotundæ, dictamni alb. Magnetis ppti aa. ℥j. *Olei Hyperici* ℔ij. *Laurini* genuini ℥ij. *Lithargyri auri* ℔iß. *Ceræ citrin.* ℔ß. *Therebinth.* ℥iiij. F. l. a. Emplastrum. Vid. corp. ph. p. 647. a.

Emplastrum Stomachicum *Minsichti.*

℞. *Gumm. Tacamahacæ* ℥iv. *Ladani puri, Benzoin.* ana ℥ij. *Colophoniæ, Ceræ Citrinæ*, ana ℥j. *Bals. Absinthiaci nostri, Peruviani odorif.* ana ℥ß. *ol. Still. Origani Cretici, Serpilli, Zedoariæ, Rorismarin.* ana ℈j. *Therebinth. alb.* q. s. *Et* fiat l. a. Emplastrum justæ consistentiæ.

Ventriculum à nimia cruditate & flatibus liberat, ejusque imbecillitati & distentioni opitulatur: quia calefacit, & concoctionem mirè juvat, nec non nauseam & vomitum reprimit, si stomacho gestetur impositum. Vid. corp. ph. p. 626. a.

Emplastrum Stomachicum *Amstelodamensium ex Galeno, quod P. A. R. inter cerata ponit.*

℞. *Masticbis, Rosarum rubr.* an. ʒxx. *Fol. Absinthii,* ʒxv. *Spicæ nardi indicæ* ʒx. *Olei rosacei omphocini* ℔j. *Ceræ* q. s. Ut fiat secundum artem Emplastrum sive Ceratum. Vid. corp. ph. p. 626. a.

Emplastrum Stomachicum *Zuvelfferi.*

℞. *Gumm. Tacamahacæ* ℥j. *Animæ, Benzoes*, ana ℥ß. *Mastichis* ℥ij. *Therebinthinæ claræ* ℥iij. *Resinæ Styracis express.* ℥j. His invicem vel simul dissolutis, lenissimo calore, &, si opus est, per linum & qualum colatis, superadde *olei Nucum Moschat. expressi, Pulv. Olibani, Myrrhæ, Nuc. Moschat. Baccar. Lauri* ana ℥j. *Caryophyll.* ʒvj. Quibus ultimo, quasi refrigerato Emplastro adde: *Balsami indici Peruviani* ℥ß. vel ʒvj.

Fiat

Fiat Emplastrum nobile, ad stomachum confortandum maximè faciens, quemadmodum ex ipsa inspectione rerum ingredientium manifestum est. Vid. corp. ph. p. 626. a.

Emplastrum Stomachicum Regium *Zvvelfferi.*

℞. *Resinæ Styracis Calamitæ, Ol. Nuc. Moschat. expressi* ana ℥iß. In his liquatis, & mixtis, solvantur *Mastichis electæ & pulver.* ℥iß. *Ol. Still. Caryophyll.* ʒi. *Menthæ, Majoranæ, Cinamomi, Absinthii*, ana ʒß. His mixtis impastentur sequentia leni calore agitando. *Herb. recent. Majoranæ, Rorismarini, Thymi*, ana subtilissimè incisar. & ad pultis formam contusar. ℥j. *Pulv. Benzoes opt. Olibani, Baccar. lauri*, ana ℥ß. vel ʒvj. ac cum nonnihil refrixerint, superadde: *Balsami indici de Peru* ℥ß. vel ʒvj. F. Emplastrum ad stomachum roborandum validissimum. *Vid. corp. ph. p. 624. a.*

Emplastrum Stomachicum *aliud sine pane* *Zvvelfferi.*

℞. *Therebinthinæ claræ* ℥iij. In quibus dissolve leni calore, *Gummi Tacamahacæ*, vel *Animæ* aut *Elemi* ℥iß. *Resinæ Styracis calam.* vel ipsius Styracis, *Gumm.* ʒvj. *Pulv. Mastichis, Myrrhæ, Olibani*, ana ℥j. *Nuc. Moschat. Caryophyll.* ana ʒvj. Quibus ultimo quasi refrigerato Emplastro addatur *Balsami indici Peruviani* ℥ß. *Vid. corp. ph. p. 628. a.*

Emplastrum Diasulphuris *Rulandi ex Schr.*

℞. *Balsam. Sulph. Ruland.* ʒiij. *Ceræ* ℥ß. *Colophon.* ʒiij. *Myrrhæ* ad pondus omnium. Omnibus præter Myrrhã liquefactis & bene commixtis, inspergatur myrrha

myrtha subtilissime trita, lentoque △ coquantur (¼ horæ) semper agitando. Hinc ab igne remove, agitaque donec refrigescant. Curat omnis generis ulcera. Vid. corp. ph. p. 652. a.

Emplastrum de Symphyto Phar. Nor.

℞. *Olei Chamamel. Rosarum* aa. ℥ix. *Minii pulv.* ℥viij *Lithargyrii* ℥iiij. *Decocti mucilaginosi* ex ℥iiij. *radicum Symphyti majoris* facti ℥x. Post levem cocturam addantur *Ceræ flavæ odoratæ* ℥vj. *Resinæ claræ* ℥viij. Colatis post liquefactionem & parum refrigeratis adde: *Camphoræ* cum *ol. ovorum* expressi ℥j. solutæ ℥j *Pulv. Boli Armenæ fabarum* a. ℥iiij. *Mastichis*, *Thuris, Myrrhæ, Tragacanthæ*, aa. ℥ij. *Sanguinis Draconis. Mumiæ* aa. ℥iß. *Croci ♂tis, Lapid. Hæmatit.* aa ℥j. *Radic. Symphyti* ℥iiß. Misce f. l. a. Emplastrum Vid. corp. ph, p. 617. a.

Emplastrum de Symphyto *ad Hernias* *Zvvelff.*

℞. *Ceræ flavæ & odoratæ, Resinæ pini*, ana ℥iiij. *Balsami n Vulnerarii Martialis* ℥iij. His leni calore mixtis, adde sequentia subtilissimè & minutissimè incisa, & contusa ad formam pultis, utpote *Rad. Symphyt maj. recent.* ℥iiij. vel v. *Herb. perfoliatæ, Pyrolæ, flor Hyperici*, ana recent. ℥iß. In fine sequentes pulveres inspergantur, *Pulv. Sanguin. Draconis, Lapid Hæmatit. Olibani*, ana ℥ß. Fiat Emplastrum ad Hernias sanandas efficax. *Vid. corp. ph. p.* 618. *a.*

Emplastrum de Tacamahaca Disp. *Brandenb.*

℞. *Gum. animæ, mast. sandaracæ succin.* ana ℥iij. *Tacamah.* ℥i. *ceræ* ℥iij. *ol. mast.* ℥iij. *tereb.* ℥ij. M. F. Emplastrum.

Emplastrum Tetrapharmacum *Zvvelfferi.*

℞. *Picis nig. resinæ, ceræ, adip. vaccin.* ana ℥ij. M. F. Emplastrum.

Emplastrum ad Tophos *P. A. V.*

℞. *Picis nav. coloph.* ana ℥iij. *mucilag. rad. alth.* ℥iiß. *galb. pp. ammon. pp. mast. myrrh. thur.* ana ℥iß. *propoleos visci-quer. arist. rot. æris ust. cera citr. tereb.* ana ℥iij. F. s. a. Empl. Vid. corp. ph. p. 634. a.

Emplastrum ad Tophos venereos non exulceratos *Hoffm.*

℞. *Tetraph.* ℥i. *litharg.* ℨiij. *coloc.* ℨiß. *olib. alb. merc. præcip.* ana ℨi. *arg. viv. ol. abiet. lign. sanct.* ana ℨij. *acet. scill. ol. viper.* ana ℥j. F. Empl. Vid. corp. ph. p. 635. a.

Emplastrum ad Tophos venereos dissolvendos *Hoffm.*

℞. *Gum. amm. in acet. sol.* ℥xij. *rad. bryon. alth.* ana ℥ij. *turpeth. min.* ℨiß. *cer. alb.* ℥ij. M. F. Empl. Vid. corp. ph. p. 635. a.

Emplastrum Talpinum *Minsichti.*

℞. *Butyri majal.* sine *Sale* ℔ß. *Herb. rutæ virid. Rad. Sigill. Salomon. rec.* ana ℥ß. Coq. donec Butyrum viride appareat, postea colentur, exprimantur, & expresso butyro addantur: *Ceræ citrinæ* ℔ß. *Picis navalis* ℥iiij. *Ol. Saturnini* ℥j. *Talpæ vivæ combust.* num. j. *Mellis virgin.* cochl. ij. *Avenæ alb.* & *siliginis* in sartagine ferrea ad nigred. tost. & pulveris. ana M. j.
Ad vulnera & ulcera antiqua & fœtentia peculiariter congruit, quæ omnia desiccat, sanat, optima carne implet, cicatrizat, & ab eis sordidos humores, seu putredines intimè immersas, liberaliter educit. Vid. corp. ph. p. 652. a.

Em-

Emplastrum de Tartaro *D. Faustii Prof.* *quondam Heidelbergens.*

℞. *Emp. Diapalmæ* ℥ij. *de Sperm. Ranar.* ℥j. *Camph.* ʒj. ♃ *crudi pulv.* ℈iiij. *Lap. Calamin. Sacchari* ♄ni aa ʒß. cum oleo Flor. Sambuci & Rosarum fiant magdaleones.

Emplastrum Triapharmacon *Mesuæ* *P. A. V.*

℞. *Lithargyri*, *Aceti fortis*, *Olei communis*, ana ℥iij. Lithargyrus levissimè tritus, moveatur continuo ad ignem, paulatim adfusis oleo & aceto, vel etiam omnia simul permixta, lege artis coquantur. Dicitur & Emplastrum de Lithargyro nutrito Mesüæ.

Siccat potentissimè ulcera difficilia, & fistulas, quæ nondum callum contraxerunt, curat; eoque parotidas criticas, quæ jam fistulas contrahebant, in pueris, adolescentibus, ac mulieribus Galenus percuravit. Vid. corp. ph. p. 653. a.

Emplastrum Triapharmacum *Zvvelff.*

℞. *Minii subtiliss. triti*, *Aceti rosacei*, ana ℔ß. *Olei rosarum cocti*, vel, uti supra per infusiones parati ℔ij. Coquantur in sartagine ampla, spatulâ continuò agitando, ad debitam Emplastri consistentiam; cui ab igne remoto, & non nihil refrigerato, adde sub continua agitatione, *Camphoræ* ℥iß. solutæ prius ad pultis formam subigendo saltem, & contundendo in mortario, cum *Ol. rosar.* s. q. Fiat Emplastrum, quod nonnullis universale dicitur, & *Norimbergense*, ad varias affectiones externas proficuum, de cujus virtute integer tractatus impressus extat, quem tamen circumspecte legere, eique caute credere convenit. *Vid. corp. ph. p. 653. a.*

Emp-

Emplastrum Vesicatorium *Brandenb.*

℞. *Ferment. acerr. spissior. consist.* ℥ii. *acet. scill.* ℥ii. *pulp. rec. scill.* ℥ß. *pulv. cantharid.* ʒv. *camph.* in s. q. *sp. vin.* rectif. pp. ʒß. omnib. mixtis insperge pulv. subtilis. *mastich. myrrh.* ana ʒ iß. *tereb. claræ ceræ flavæ* ana ℥ ß. M. F. Empl.

Emplastrum Vesicatorium *Narimb.*

℞. *Fermenti acris* ℥iii. *canthariḋ.* ℥i. *aceti vin. opt.* ℥ß. *camph.* q. v. *ceræ* ʒ vi. F. Empl. Vid. corp. ph. p. 656. a.

Emplastrum Vesicatorium *Hoffm.*

℞. *Canth. sine alis & cap.* no. vi. *ung. camph.* ℥iii. *ol. ros. & tereb.* q. s. vel *cerot. sant.* q. s. F. Empl.

Emplastrum Vesicatorium *de Spina.*

℞. *Cantharid. sine alis & cap.* ℥ß. *myrrh. mast. camph. ass. fœt.* ana ʒ ß. *butyr. rec. tereb lot.* ana ℥ii. *ol. ros.* ʒ iß. *ceræ* ℥i. M. F. Emplastrum. Vid. corp. ph p. 655. a.

Emplastrum Vulnerarium *de Spina.*

℞. *Sevi ovill.* ℔i. solv. & col. adde *resin. laric.* ℔i. solve igne lento, adde *ung. popul. tereb.* ana ℥iv. *cer. flav.* ℥ii. *styr. liq. ol. abs. aneth. cham. lauri* ana ℥ß. *ung. de alth.* ℥iv. *bol. arm.* ℔ß. coq. parum, donec incip. ebull. tunc remov. spatula semper agit. donec frigesc. F. Emplastrum in vulnerib. & ambust. usurp.

Emplastrum Vulnerarium *Zwelff.*

℞. *Gum. elemi opop. sagap. mast. oliban. myrrh.* ana ʒ ß. liquef. calore leniss. in *tereb. claræ* ℥viii. *bals. n. vulner. martial. bals. n. sulph. vuln.* ana ℥ii. adhuc calid. adde subtiliss. pulveris. *Rad. symph. maj. rec.* ℥iß. *herb. alchim. consol. sarac. millefol. plantag.*

Ff *min.*

min. acuti folii pyrolæ rec. an. ℥i. *fl. hyper.* rec. ℥x. *pop. arb.* rec. ℥ii. *summit. laric. seu abiet.* à lanug. separ. ℥iß. *sang. drac. lap. calam. c. succ. plant. parat. osteoc. c. succ. plant. par.* an. ℥iß. *sarcoc.* ℥ß. *croc. m. ex vitr. mart.* per calcin. parati ℥iß. dum refrixer. *balf. peruv.* ℥ß. F. empl. *Vid. corp. ph. p.* 640. *a.*

Emplastrum Vesicatorium *in Angina expertum Minsichti.*

℞. *Fermenti* ℥ß. *Rad. Althææ, Ireos fl.* an. ℥ii. *Cantharid. præp.* ℥iß. *Pulv. Succ. Glycyrrhiz. Croci Orient.* an. ℈i. *Ficuum ping.* no. ii. Misc. & incorporentur pro emplastro; ponatúrque super pectus; optime enim divertit materiam ad pectus. *Vid. corp. ph. p.* 656. a.

Emplastrum Vesicatorium *in dolore capitis & dentium, occipiti post aures applicandum* Minsichti.

℞. *Theriac. Venet.* ℈ii. *Cantharid.* demptis alis & capitibus, *Ping. leporis* an. ℥ß. *Rad. Pyrethri, Nuc. Moschat.* an. ℈i. Misce & cum s. q. fermenti, f. l. a. Vesicatorium in parte, ubi dolores, applicandum. Vid. corp. ph. p. 656. a.

Emplastrum Vesicatorium *aliud in Cephalæa, &c. Minsichti.*

℞. *Cantharid.* in aceto macerat. ℥j. *Zingib. alb. Piperis long.* an. ʒß. *Majoranæ* ℈i. Misc. & cum *fermenti* s. q. fiat incorporatio, postea cum dimidia nucis cortice superpone, donec vesica excitata fuerit, quæ postea rumpitur illique superimponitur folium Brassicæ, & aperta detinetur. Vid. corp. ph. p. 656. a.

Emplastrum Vesicatorium *Zvvelff.*

℞. *Pulv. Cantharid.* ʒv. *Myrrhæ*, *Mastichis* an. ʒiß. *Camphoræ* ʒß. *Fermenti acerrimi* Pistor. *solidi* non nimium mollis ℥ii. *Therebinthin. clar. Cer. flav.* an. insimul liquatorum ℥iß. *Pulp. scill. recentis* ℥ß. *Aceti scillitici* fortis ℥ii. vel ℥ß. Fiat Emplastrum, cujus vires notæ sunt. Vid. corp. ph. p. 656. a.

Emplastrum Antivenereum *Zvvelfferi,*

℞. *Mercurii* seu *Argenti vivi* ℥iv. solvantur in *aq. fortis* seu *Spiritus nitri* s. q. solutioni adde *Axungiæ porcin. recent.* ℥viii. Et in vase terreo vitreato, patella nimirum, coquantur ad consistentiam emplastri, sed lenissimo igne, ne nigrescat, spatulâ vel rudiculâ ligneâ indesinenter agitando, cui adde: *Cer. flav.* & *odor.* ℥ii. vel ℥iii. *Pulv. Mastichis*, *Olibani*, an. ℥i. Fiat Emplastrum nobile & præstans, ad invidiam contradicentis; quod omnia ulcera gallica persanat, & crustas, sine doloris sensu, quocunque etiam loco secreto hæreant, veluti miraculosè absumit. Vid. corp. ph. p. 654. a.

Emplastrum Vulnerarium *miraculosum Schulzii.*

℞. *Ceruss. Angelic.* ℔ij. *Lithargyrii, Minii*, an. ℔ß. *Sapon. Venet.* ℥iiij. *Baccarum lauri pulv.* ℥ß. *Camphoræ* ℥i. *Olei olivarum rec.* ℔iij. Sapone cum oleo liquato adde Cerussam, Lithargyrium & Minium, ac coque ad consistentiam Emplastri paulò duriorem, tunc ab igne remotis adde Camphoram, cum Baccarum lauri pulv. ac fiat s. a. Emplastrum. Præ-

dicatur ad ulcera & vulnera quasi miraculosum. Vid. corp. ph. p. 641. a.

Emplastrum *aliud* Vulnerarium *ad Renes exulceratos Zvvelff.*

℞. *Gummi animæ*, *Elemi*. ana ℥iß. hæc liquefiant in *Therebinthinæ claræ* ℥iiij. quibus porrò adde: *Ceræ flavæ odoratæ* ℥vj. *Balsami n. Sulphuris* non fœtidi, cum oleo Therebinth. flavo vel rubro parati ℥iß. His exactè mixtis impastentur sequentia, subtilissimè incisa & contusa, quæ sunt: *Rad. sigilli Salomon. recent.* ℥j. *Symphyti maj. recent.* ℥iß. *Herb. plantaginis minoris*, *Millefolii*, *Solani*, *Consol. Sarracen. flor. Hyperici*, *Rosarum* ana recent. ℥j. *Oculor. populi arbor.* recent. ℥iß. Ultimò addantur *pulv. Croci opt.* ʒij. *Oliban.* ʒvj. *Camphoræ* ʒiij. soluta in particula *Ungu. Rosati*, ad pulticulam. Fiatque, diu multumque agitando, intra lenissimum calorem, in diplomate, Emplastrum, Regioni renum applicandum. Vid. corp. ph. p. 649. a.

Emulsio Cannabina *Ettm.*

℞. *Sem. cannab.* ℥ii. *agn. cast.* ℥ß. *Aq. nymph.* q. s. *Ant. diaph. oss. sep. pp. succin. alb. pp.* an. ℈ß. M. F. Emulsio in Gonorrhæa.

Emulsio Cannabina *Mins.*

℞. *Sem. cannab.* ℥iß. 4. *frig. maj.* ana ʒi. *aq. fl. nymph. ros.* an. q. s. *syr. viol.* ℥ii. *aq. cinam. bugl.* ℥i. F. Emulsio in Gonorrhæa.

Emulsio Cannabina *Dolæi.*

℞. *Sem. cannab.* ℥iß. *aq. lignor. nymph. lact.* ana q. s. *anth. diaph. oss. sep.* an. ʒij. M. F. Emulsio in Gonorrhæa usurp.

Emul-

Emulsio Cannabina *de Spina.*

℞. *Sem. cannab.* ℥ii. *lact. portul.* ana ʒii. *aq. nymph. portul.* ana q. s. *man. chr.* ℈i. *syr. nymph.* q. s. F. Emulsio in Gonorrhæa.

Emulsio Cannabina *Michaelis.*

℞. *Sem. cannab.* ℥i. 4. *frig. maj.* an. ʒi. *aq. menth. nymph.* ana q. s. *succin. pp. oss. sep.* ana ʒi. *syr. menth.* parum. F. Emulsio in Gonorrhæa.

Emulsio in Cephalalgia *Dolæi.*

℞. *Sem.* 4. *frig. maj.* ana ℥ß. *pap. alb.* ʒiii. *aq. flor. beton. tiliæ nymph.* ana q. s. *sacch.* parum. F. Emulsio in Dolore capitis.

Emulsio in Cholera *de Spina.*

℞. *Hord. mund. ad crepat. coct.* ℥i. *amygd. d.* ℥ß. *sem. pap. alb.* ʒii. *aq. hord. semel. chalyb.* ℥xx. *aq. cinam.* ℥i. *syr. pap. alb.* ʒvi. F. Emulsio.

Emulsio Cordialis *Michaelis.*

℞. *Matr. perl. pp.* ʒii. *marg. pp.* ʒi. *oss. de corde C.* ℈i. *aq. fl. borrag. bugl.* ana ℥ii. *cinam.* ℥ß. *man. chr. perl.* ℥ß. M. F. Emulsio.

Emulsio in Diarrhæa *de Spina.*

℞. *Sem. fr.* 4. *frig. maj. min.* ana ʒii. *amygd. d.* ʒi. *Terr. sig.* ℈i. *aq. plantag. nymph.* ana ℥ii. M. F. Emulsio.

Emulsio Dysenterica *Dolæi.*

℞. *Sem.* 4. *frig. maj.* ana ʒii. *pap. alb.* ʒiii. *plantag* ʒi. *amygd. d.* ℥ß. *aq. cydon. ex succo fol. querc. plantag.* an. ℥ii. *terr. sig.* ʒß. *aq. cinam.* ℥i. *miv. cydon.* ℥ß. F. Emulsio.

Emulsio Dysenterica *Michaelis.*

℞. *Amygd. d.* ℥iii. *sem. portul.* ʒii. *plant.* ʒiß. *aq. plant. equiset.* ana q. s. *mag. corall. c. succ. citri* ʒiß.

cryst. pp. ʒij. *man. chr. perl.* ʒß. *syr. pap. alb.* ℥iij. F. Emulsio,

Emulsio Dysenterica *de Spina.*

℞. *Amygd. d.* ℥vj. *sem. melon. cucum.* ana ʒiij. *aq. ros.* q. s. *syr. viol.* ℥vj. *sacch. perl.* ʒii. *laud. op.* gr. ij. *aq. cinam.* F. Emulsio,

Emulsio Dysenterica *Timæi.*

℞. *Sem. pap. alb.* ʒiij. 4. *fr. maj.* ana ʒß. *acetos.* ʒj. *amygd. d.* ʒß. *aq. fol. querc. plantag.* ana ℥j. *dysent. Dorncr.* ʒii. *CC. ust.* ℈i. *cor. alb. pp.* ℈ß. *man. chr. perl.* ʒi. *spirit. ros. rub. rub. idai* an. gutt. vii. M. F. Emulsio,

Emulsio in Dysuria *Michaelis.*

℞. *Sem.* 4. *fr. maj.* an. ʒii. *pap. alb.* ℥iii. *aq. puleg. alkek.* an. q. s. *syr. alth.* ʒiii. F. Emulsio.

Emulsio epileptica *Michaelis.*

℞. *Sem. melon.* ʒiiß. *pæon.* ʒi. *pap. alb.* ʒß. *aq. fl. til. lil. conv. pæon.* an. ʒiii. *ros.* ʒi. *mar. chr. perl.* ℥ß. F. Emulsio,

Emulsio in Febre Petecchiali *Zwelff.*

℞. *Cort. citri* ʒii *sem. citri* ʒi. *aquileg.* ʒiß. *myrrh.* ʒß. *amygd. dulc.* ʒi. *aq. scord. scorzon.* an. q. s. F. Emulsio,

Emulsio in Febre Petechiali *Ettmüll.*

℞. *Cort. citr. incis.* ℥i. *sem. citri cardb.* an. ʒii. *aq. portul.* q. s. F. Emulsio,

Emulsio in Hæmoptysi *Willisii.*

℞. *Decoct. rad. urtic.* ℔iß. *sem. pap. alb. hyosc.* an. ʒii. *melon.* ʒvi. *sacch.* q. s. F. Emulsio.

Emulsio Hypnotica *Ettmüll.*

℞. *Amygd. d.* ʒiij. *sem. pap. alb.* ʒß. *melon.* ʒi. *aq. fl. samb. acat. nymph.* an. ℥ii. F. Emulsio.

Emul-

Emulsio Hypnotica *Dorncrell.*

℞. *Aq. nostr. hypnot.* ℔i. *sem. pap. alb.* ʒiii. *melon.* ʒii. *man. chr. perl.* ʒi F. Emulsio.

Emulsio Hypnotica M*insichti.*

℞. *Amygd. d.* ʒii. *sem. pap. alb.* ʒi. *melon.* ʒß. *lact.* ℈ß. *aq. viol. nymph.* an. ℥iß. *hypnot. nostr.* ʒi. *sacch. cand. alb.* ʒii. *mag. perl. cor. rub.* an. gr. iij. F. Emulsio Somnifera.

Emulsio Hypnotica Regii.

℞. *Amygd. d.* ℥ii. *sem. pap. alb. lact.* an. ℥ii. *aq. cich.* ℔i. *sacch.* ℥ii. *syr. pap.* ℥iii. F. E.

*E*mulsio in Ictero *Timæi.*

℞. *Sem. aquileg.* ℈iv. *cardb.* ʒi. *citri* ℈i. *aq. fumar. cuscut. samb.* an. ℥i *CC. phil. pp.* ℈i. *spirit. samb.* ℈ß. F. Emulsio.

Emulsio in Ischuria M*ichaelis.*

℞. *Sem. viol.* ʒiii. *nucl. persic.* ʒ i. *aq. flor. cyan. calcatr.* an. q. s. *syr. frag.* parum F. Emulsio.

Emulsio in Ischuria *Ettmüll.*

℞. *Sem. viol. purp.* ʒiii. *lithosperm.* ʒi. *aq. petrosel.* q. s. *test. ov. struthiocam.* ʒi. *sacch.* parum. M. F. Emulsio.

Emulsio Laxativa *Ettm.*

℞. *Sem. card. mar.* ʒiii. *aq. fl. persic.* q. s. *rad. mechoac.* ʒß. *man. chr. perl.* q. s. F. Emulsio.

Emulsio Laxativa M*insichti.*

℞. *Amygd. d.* ℥ii. *sem. 4. fr. maj.* an. ʒi. *aq. flor. cich. persic. acat. viol.* an ℥iv. *mann. calabr.* ʒii. *aq. cinam. bugl.* ℥ß. F. Emulsio.

Emulsio Laxativa *de Spina.*

℞. *Amygd. d. sem. 4. frig. maj. Pinear. mund.* an. ʒß.

Tart. vitr. gr. viij. *Resin. agar. scam. jalap.* an. gr. iij. *aq. majoran. fœn.* ana q. s. M. F. Emulsio.

Emulsio Phthisica *Zwelff.*

℞. *Pinear. mund. Pistac.* an. ℥iß. *ser. lact. capr. depur. in quo limac. rec. mund.* no. vj. *ebull.* ℔ß. *syr. succ. tussil.* ℥ij. M. F. Emulsio.

Emulsio Phrenetica *Timæi.*

℞. *Sem. pap. alb.* ℥ß. *lact.* ʒj. 4. *fr. mai.* an. ʒj. *aq. nostr. somnif.* ℥ij. *viol.* ℥j. *marg. pp.* ℈ii. *man. chr.* ʒi. *spirit. rof.* gutt. x. F. E.

Emulsio Phrenetica *Dolæi.*

℞. *Sem. 4. fr. maj.* an. ℥i. *pap. alb.* ʒiß. *aq. endiv. prunell. lact.* an. q. s. *cor. alb. pp.* ʒi. M. F. Emulsio.

Emulsio Pleuritica *Minsichti.*

℞. *Sem. card. mar.* ʒi. *cardb.* ℥ß. *pap. alb.* ʒii. *aq. card mar.* ℥vi. *cardb. fl. pap. err. chamæm. scab.* an. ℥iv *sacch. cand.* parum F. Emulsio.

Emulsio Pleuritica *Ettm.*

℞. *Sem. cardben. mar.* ana ʒii. *pap. alb.* ʒiß. *aq. pap. err* ℥iv. *dent. apr. pp. ant. diaph. mand. luc. p.* an. ʒß. *man chr. simp.* q. s. F. Emulsio.

Emulsio Rosata *Minsichti.*

℞. *Amygd. d.* ℥i. *sem. pap. alb.* ʒii. 4. *fr. maj.* an. ʒi. *aq ros.* ℥viij. *fragor. verben.* ana ℥iv. *Jul. ros.* q. s. F. Emulsio.

Emulsio Stiptica *Minsichti.*

℞. *Amygd. d.* ℥ii. *sem. pap. alb.* ℥ß. 4. *fr. maj.* ana ʒi *lact.* ʒß. *aq. e succ. cydon. dest. millefol.* an. ℥iv. *plantag. torment. pap. err.* ana ℥iii. *fol. querc. cinam*

bugl

bugl. ana ℥iß. *julep. rof.* ℥iv. *mag. cor. alb.* ℥i. M. F. Emulſio in alv. flux. & Dyſenteria.

Emulſio in Variolis *Ettmülleri.*

℞. *Sem. aquileg. napi* ana ʒi. *aq. ulmar. ſcab.* ana ℥ij. *bez. min. ant. diaph. cc. phil. a.* ℈ß. *unic. foſſ.* ℈i. F. *Emulſio.*

Emulſio violata *Minſichti.*

℞. *Amygd. d.* ℥i. *ſem. viol.* ʒij. *pap. alb.* ʒi. *aq. viol.* ℥viij. *lact. nymph.* ana ℥iv. *Jul. viol.* q. ſ. F. *Emulſio.*

Emulſio in vomitu cruento *Timæi.*

℞. *Sem. pap. alb.* ʒiij. 4. *frig. maj.* ʒi. *amygd. d.* ℥ß. *aq. plantag. portul. roſ.* ana ℥i. *pulv. ſtegnot, Guttm.* ℈i. *cor. alb. pp.* ℈ß. *man. Chr. perl.* ʒi. *ſpirit. frag.* gutt. xij. F. *E.*

Enema Adſtringens *Minſichti.*

℞. *Rad. acori aq. torment. ſerpentariæ* ana ℥i. *herb. ſanguiſorb. arnogloſſ. plantag.* ana ℥ß. *ſem. oxalid. portul. myrti* ana ʒiij. *flor. verbaſc. citr. roſ. rub. balauſtior.* ana ʒiß. coq. *in lacte uſtulat. vel in aq chalyb. vel fabror.* colat. ℔i. adde *amyli* ℥i. *gum. arab. trag.* ana ʒi. M. F. Enema. *Vid. corp. ph. p.* 429. *a.*

Enema Anodynum *Minſichti.*

℞. *Rad. Lilior. cibor. Glycyrrhizæ, Althææ,* ana ℥j. *Herb. Chamomillæ, Meliloti, Malvæ min. Violariæ,* ana ℥ß. *Sem. fænugræc. Lini, Cydoniorum,* ana ʒiij. *Cort. Mandragoræ, flor. papav. errat.* ana ʒj. Coq. &

℞. *Colaturæ* ℔ß. *Butyri rec.* non ſalit. ℥iij. *Vitell. ovorum,* no. j. *Ext. Croc. Or.* ℈ß. Miſce & f. *Enema.* Vid. corp. ph. p. 430. a.

Enema ad Aſcarides *Minſichti.*

℞. *Rad. Ariſtoloch. rot. Gentianæ* ana ℥j. *Herb. Abſinthii, Abrotani, Card. bened.* ana ℥ß. *Fol. Perſicorum, Sum. Centaur. min.* ana ʒij. *Flor. Marrubii* ʒij. fiat

decoctio & ℞. *Colaturæ* ℥xij. *Lixivii* ℥iiij. Misc. & f. Enema, quod injiciatur, sed sensim & bis in eadem hora. Vid. corp. ph. p. 430. a.

Enema ad Bilem in Dysent. *Minsichti.*

℞. *Hord. excort. sem. lini* ana ℥ij. *pass. min.* ℥i. *herb. malv. min. viol.* ana ℥ß. coq. in *aq.* colat. ℔i. adde *ol. ros.* ℥iij. *sacch. rub.* ℥iß. *vitell. ov.* no. j. *Salis* parum M. F. Enema. Vid. corp. ph. p. 431. a.

Enema Bilem evacuans *Minsichti.*

℞. *Pass. min.* ℥iij. *hord. excort. sem. lin.* ana ℥ij. *rhab.* ℥i. coq. & colat. ℔i. adde *ol. viol.* ℥iij. *man. calab.* ℥i. *el. de succ. ros.* M. F. Clyster. *Vid. corp. ph. p.* 431. *a.*

Enema calefaciens *Minsichti.*

℞. *Rad. enul. camp. pyrethr.* ana ℥i. *herb. calam. mercurial. orig. hyss.* ana ℥ß. *Flor. cham. stæch. anth. salv. maj.* ana ʒij. *agar.* in panno lig. *sem. cumin. anis. ameos* coq. & col. ℔i. adde *ol. rut.* ℥iij. *bened. laxat.* ℥i. *sal. marin.* ʒiij. *extr. abs.* ℈i. M. F. Enema. *Vid. corp. ph. p.* 431. *a.*

Enema carminativum in Colica *Ettmülleri.*

℞. *Herb. cham. menth.* ana mj. *bacc. lauri* ℥i. *junip.* ℥ß. *sem. fæn. carvi anis.* ana ʒij. incis. & contus. coq. in s. q. *aq. simpl.* col. ℥ix. adde *elect. de bacc. lauri* ℥i. *mell. rut.* ℥ß. *ol. anis.* ℈i. *vitell. ov.* no. j. M. F. Clyster.

Enema carminativ. in Tympanitide *Ettm.*

℞. *Rad. angel.* ℥i. *sem. anis. fæn.* ana ʒij. *ferm. pist.* ʒß. coq. in s. q. *urin. puer.* col. ℥ix. adde *mell. desp.* ℥i. *ol. carvi* dest. ℈i. F. Enema.

Enema Cephalicum *Mins.*

℞. *Rad. Asari rec. exsicc.* ℥j. *Furfur. tritic.* ℥ß. *Herb. Calaminthæ, Betonicæ, Malvæ, Mercurialis, Chamomill.*

an. ℥ij. *Ex quibus fiat decoctum, de quo sumatur* ℔j. & adde: *Ol. flor. Sambuci* ℥iij. *Mellis Rosat.* ℥ij. *El. Diasenæ* ℥j. *Sal. Gemmæ* ʒiß. Misceatur pro Enemate. Vid. corp. ph. p. 431. a.

Enema Colicum, *quod vehementer probatur, Minsichti.*

℞. *Brodii carn. ping.* ℔j. *Ol. Chamomillæ, Anethi*, ana ℥ij. *Mellis despumat.* ℥iß. *Crem. Tartari* ʒiij. *Sal. Gemmæ* ʒiß. Vid. corp. ph. p. 432. a.

Enema Cephalalgicum *Minsichti.*

℞. *Fol. sen. Alex.* ℥i. *rad. bryon. agarici* ana ℥ß. *Herb. majoran. cham. cent. min. salv. origan.* ana ʒij. *fl. lil. conv. anth.* ana ʒiß. *pulp. coloc. helleb. nig.* ana ʒj. coq. in s. q. *aq. pluv.* colat. ℔i. adde *ol. verben.* ℥iij. *mell. anth.* ℥iß. *sal. com.* ʒij. M. F. En. *Vid. corp. ph. p.* 431. *a.*

Enema consolidans *Minsichti.*

℞. *Rad. thapsi barb. consol. maj. herb. plantag. equiseti fol. myrti* ana ℥ß. *ros. rub.* ʒij. coq. in *aq. ferr.* col. ℔i. adde *sevi caprilli* ℥ij. *amyli* ʒi. *mast.* ʒß. M. F. Enem. Vid. corp. ph. p. 432. a.

Enema dolorem colicum *sedans Minsichti.*

℞. *Rad. Malvæ min. Althææ*, ana ℥j. *Flor. Chamomillæ, Meliloti, Sambuci*, ana ℥ß. *Sem. fœniculi, Anisi, Cymini, Apii, Lini*, ana ʒij. Coqu. & ℞. *Colaturæ* ℥xij. *Vini Malvat.* ℥iiij. *Ol. Chamomillæ, Anethi*, ana ℥ij. *Benedict. Laxat. Vitell. ovorum* no. j. Misc. & f. Enema, *Vid. corp. ph. p.* 432. *a.*

Enema ad dolorem Nephriticum *Minsichti.*

℞. *Rad. Glycyrrhizæ, Althea, Graminis, Asparagi*, ana ℥j. *Herb. Linariæ, Malvæ, Meliloti*, ana ʒß. *Flor. Malvæ arbor. Chamomillæ, Hyperici, Genistæ*, ana ʒj. *Sem. Petroselini, Alkekengi, Milii Solis*, ana ʒiß. Fiat deco-

decoctio & ℞. *Colaturæ* ℥xij. *Ol. Liliorum alb. Amygdal. amar. Scorpionum* ana ℥j. *Mellis despumati, Benedict. laxat. Therebinth. alb.* ana ℥ß. *Sal. Gemmæ* ℥iß. Misc. & f. Enema. *Vid. corp. ph. p. 434. a.*

Enema dolores dysentericos *sedens Minsichti.*

℞. *Lactis Vaccini* ℔ß. *Ol. Violacei* ℥iij. *Medull. Cervin.* ℥i. *Amyli* ℥ß. *Tragacanth.* ʒij. *Lucii* ℥ij. Mixta omnia alvo tepidè indantur. *Vid. corp. ph. p. 435. a.*

Enema aliud dolores dysentericos *sistens Minsichti.*

℞. *Rad. Glycyrrhiz. Orizæ* ana ℥j. *Rosarum rub.* ℥ij. *Flor. papav. errat.* ʒj. *Croci orient.* ʒß. Coq. in *Lacte vaccin. dulc.* & ℞. *Colaturæ* ℔i. *Ol. lilior. alb.* ℥iij. *Sevi Hircini* ℥j. *Amyli* ℥ß. *Olibani* ʒii. *Styrac. cal.* ʒi. M. & f. Enema. *Vid. corp. ph. p. 435. a.*

Enema Discutiens flatus *Minsichti.*

℞. *Rad. enul. camp. cort. aurant.* ana ℥i. *herb. 4. emoll. calam. orig.* ana ℥ß. *sem. fœn. aneth. anisi cumini carui sileris* ana ʒij. coq. & col. ℔i. adde *ol. cham. rut.* ana ℥iß. *elect. diaphan.* ℥i. *mell. anth. sacch. rub.* ana ʒvi. *el. de bacc. lauri* ℥ß. *sal. gem.* ʒi. M. F. Enema. *Vid. corp. ph. p. 432. a.*

Enema Diureticum *Minsichti.*

℞. *Rad. glyc. alth. gram.* ana ℥i. *herb. pariet. saxifrag. malv.* ana ℥ß. *pass. jujub. sem. 4. frig. maj* contus. *alkek. mil. sol.* ana ʒij. *fl. cham. genist. serpill.* coq. col. ℔i. adde *ol. amygd. amar. scorp.* ana ℥iß. *sal. ononid.* ʒiß. M. F. Clyster. *Vid. corp. ph. p. 433. a.*

Enema Diureticum *Michaelis.*

℞. *Herb. pariet.* Mij. *saxifrag.* mj. *flor. cyani calcatripp. genist.* ana Pij. *rad. ononid. alth.* ana ℥i. *sem. mil. sol.*

ʒii. *fruct. alkek.* ʒiß. coq. in ſ. q. *aq.* col. ℥vi. adde *caſſ. pro clyſt.* ℥ß. *vitell. ov.* no. j. *ſal. ononid. ſtip. fab.* ana ℈i. F. Clyſter. in renum & veſicæ affect.

Enema in Dolore calculi *Minſichti.*

℞. *Alb. græci* ℥i. *ficuum* no. xv. coq. in *vin. alb.* colat. ℥xii. *ol. amygd. amar. popul.* ana ℥iß. *ping. anat. butyri* inſulſ. ana ℥ß. *ſal. comm.* ʒiß. *vitell. ov.* no. i. M. F. Clyſter. Vid. corp. ph. p. 434. a.

Enema in Dyſenteria anodynum *Ettmüll.*

℞. *Flor. verbaſci* mi. *ſamb.* mß. *cap. pap. cum ſem.* no. xv. contuſ. coq. in ſ. q. *lact. bub. chalyb.* col. ℔i. adde *phil. rom.* ʒß. *laud. op.* gr. i. *ſev. hirc. cerv. in vitell. ov. ſol.* ana ʒii. F. Clyſma.

Enema Dyſentericum de cancris *Ettmülleri.*

℞. *Jur. cancr. fluv.* ℥iv. *ſucc. cancr. expr.* ℥iij. in his calid. ſolv. *Syr. de ſymph. Fern.* ℥i. *pap. alb.* ℥ß. F. Enema.

Enema in Calculo Renum & *Veſicæ* *Minſ.*

℞. *Rad. Glycyrrhizæ, Althææ, Malvæ min.* ana ℥i. *Sem. Milii Solis, Os Meſpilorum,* ana ℥ß. Coq. & ℞. *Colaturæ* ℥x. *Ol. violarum* ℥iij. *Caſſiæ rec. ext.* ʒx. *Benedict. laxat.* ℥ß. *Salis com.* ʒiß. *Miſc.* & f. Enema. Vid. corp. ph. p. 433. a.

Enema Carminativum *Minſichti.*

℞. *Zedoariæ Bacc. Juniperi,* ana ℥j. *Herb. Chamomill. Rom. Anethi, Fœniculi, Mercurialis, Chærefolii,* ana ℥ß. *Sem. Agn. Caſti, Carvi, Cymini, Aniſi, Ammeos,* ana ʒiij. *Pulv. Colocynthid.* ʒiß. Coq. & ℞. *Colaturæ* ℔j. *Ol. Rutacei* ℥iij. *El. de Bacc. Lauri* ℥j. *Caſſ. rec. extract.* ℥ß. *Sal. commun.* ʒij. *Caſtorei* ℈i. Miſc. & f. Enema. Vid. corp. ph. p. 431. a.

Enema epilepticum *Michaelis.*

℞. *Herb. rut.* mij. *fl. paeon. lil. conv.* ana mi. *rad. paeon.* ℥iß *squamariae* ℥ß. *arist. rot.* ʒiij. *sem. paeon.* ʒii. coq. in f. q. *aq.* col. ℥xvi. adde *elect. diaphan.* ℥i. *vitell. ov.* no i. *extr. cast.* ʒß. F. *Enema.*

Enema forte in epilepsia *& suffocationibus Minsichti.*

℞. *Sem. Carthami* ℥i. *Agarici opt.* ℥ß. *Pulp. Colocynthidos* ʒiii. *Herb. Centaur. min. Lavendulae, Majoranae Hyssopi, Betonicae, Rutae hort.* ana ʒij. *Castorei verae flor. Lilior. convall. Anthos,* ana ℥iß. Coq. & ℞. *Colaturae* ℔i. *Ol. Chamomillae* ℥iii. *Mellis rosat.* ℥ii. *Acid. Tartari, Sal. Gemmae* a. ℥i. Misc. pro Enemate. Vid. corp. ph. p. 436. a.

Enema Hydropicum purgans *Minsichti.*

℞. *Rad. gramin. asparag. petrosel. penthaphyll.* ana ℥i *herb. prassic. marin. mercurial.* ana ʒvi. *fl. samb. genist stach. anth.* ana ℥ß. *agar.* in panno lig. *mech. bacc lauri* ana ʒiii. *sem. fan. carui cumini* ana ʒii. coq. ex *aq.* col. ℔i. adde *succ. rad. irid. nostr. expr.* ℥iii *cort. inter samb. expr.* ℥ii. *ol. rut. aneth.* ana ℥ß. *bened laxat.* ʒvi. *sal. com.* ℥ij. M. F. Clyster. Vid. corp ph. p. 439. a.

Enema *in causa* à duritie fœcum *Minsichti.*

℞. *Rad. Althea, Malvae,* ana ℥i. *Herb. Branc. Ursin Parietariae, Bismalvae,* aa. ʒvi. *Flor. Chamomillae, Sem foenugraeci, Lini,* ana ℥ß. Coq. & ℞. *Colaturae* ℔i. *Ol Sesamini* ℥iii. *Benedict. Laxat.* ℥i. *Sal. commun.* ʒiii Misc. pro Enemate. Vid. corp. ph. p. 435. a.

Enema ad Iliacam passionem *Minsichti.*

℞. *Rad. Alth. Malv. cum toto,* aa. ℥iß. *Hordei excori* ℥i

℥i. *Flor. Chamomill. Sambuci*, ana ℥ß. Coq. & ℞. *Colatur.* ℔i. *Ol. Lini* ℥iii. *Cassiæ ext.* ℥i. *Aloes Epatic.* ℥ß. *Sal. Nitri* ʒiß. M. & f. Enema. *Vid. corp. ph. p.* 436. *a.*

Enema ad Lienteriam & *Diarrhœam Minsichti.*

℞. *Rad. Verbasci, Serpentar. Tormentill.* ana ℥j. *Herb. Millefolii, Hyperici, fol. Rubi*, ana ℥ß. *Nuc. Cupressi, Gran. Myrti*, aa. ℥ij. Coq. & ℞. *Colaturæ* ℔j. *Mellis rosat.* ℥j. *Hypocistidos, Acatiæ*, ana ʒij. *Ladani* ʒj. Misc. & per interiora tepidè infundantur, post aliquam detersionem per medicamentum purgans & adstringens. Vid. corp. ph. p. 433. a.

Enema Hystericum laxativum *Ettmülleri.*

℞. *Herb. matric. rut. cham.* ana mß. *rad. levist. bacc. lauri jun.* ana ʒiij. coq. in *aq.* col. ℥ix. adde *elect. hier. picr. c. ag.* ℥ß. *cast.* ʒß. *sal. vol. cc.* ℈i. *vitell. ov.* no. j. F. *Enema.*

Enema Hystericum adstringens *Ettm.*

℞. *Herb. plantag.* mi. *rad. bist.* ʒvi. *gallar.* contus. ℥ß. *sterc. asin. suill.* ana ʒvi. coq. in s. q. *aq.* col. ℥ix. F. Clyster. in mensib. nimiis usurp.

Enema ad Inflationem ventriculi Minsichti.

℞. *Cort. rad. samb.* ℥i. *herb. calaminth. puleg. rud. hort. cham. fol. lauri* ana ℥ß. *sem. fœn. anis. cumin. dauci* ana ʒij. *caric.* ping. no. vii. coq. col. ℔i. adde *ol. aneth.* ℥iij. *mell. desp. el. diacath. diaphæn.* ana ʒiij. *sal. com.* ʒiß. M. F. Clyster. Vid. corp. ph. p. 436. a.

Enema ad Maniam Michaelis.

℞. *Herb. anagall.* mii. *fl. hyper.* mj. *borrag. bugl. beton.* ana mß. *rad. helleb. nig.* ℥ß. coq. in s. q. *aq.* col. ℥viii. adde *elect. diasen.* ℥i. F. Clyster.

Enema

Enema ad Melancholiam *Minsichti.*

℞. *Rad. polyp. querc.* ℥i. *petros. san. asparag.* ana ʒvi. *herb. fumar. epith. scolopendr. melil.* ana ℥ß. *flor. cham. borrag. bugl.* ana ʒij. *sem. anis. fan.* ana ʒi. coq. ex *aq.* colat. ℔i. adde *ol. aneth.* ℥ij. *mell. anth.* ℥i. *confect. hamech. diacathol.* ana ℥ß. *sal. gem.* ʒiß. *extr. hell. nig.* ℈ii. M. F. Clyster.

Enema Nutriens *Minsichti.*

℞. *Juris carn. bubul. capon.* ana ℥viij. *crem. hord. lact. vaccin.* ana ℥iiij. *vin. opt.* ℥iij. *facch ros.* ℥i. *pan. tritic.* exsicc. pulv. ℥ß. *vitell. ov.* no. ij. F. Enema in Angina faucib. præclusis usurp. Vid. corp. ph. p. 437. a.

Enema in Rhagadibus Rimis *seu scissuris* ani *Mins.*

℞. *Ol. violacei* ℥v. *Butyri non salit.* ℥iiij. *Mucilag. Tragacanth. Sem. Psylli, Cydonior.* ana ℥iß. *Sacchari rubri* ℥j. Misc. & f. Enema. Vid. corp. ph. p. 439. a.

Enema Refrigerans *Minsichti.*

℞. *Herb. Fragariæ, Portulacæ, Violariæ, Lactucæ,* ana *Sem. 4. frigid. major.* ana ʒiij. *Prunor. Damasc.* no. xx. *Flor. Nymphææ, Verbasc. Rosarum,* ana ʒj. Coq. & ℞. *Colaturæ* ℔i. *Ol. Violacei* ℥iij. *Mellis rosati* ℥j. *El. de succo rosar.* ʒvj. *Nitri præp.* ʒj. Misc. & f. Enema Vid. corp. ph. p. 439. a.

Enema Paralyticum *Minsichti.*

℞. *Bacc. junip. rad. ebul.* ana ℥i. *hermod. alb. gran. coloc* ana ʒiij. *herb. ivæ arthetic. majoran. stœch. rut. salv orig.* ana ʒij. coq. & colat. ℔i. adde *ol. prim. ver* ℥iij. *diaphœn.* ℥i. *sal. gem.* ʒiß. F. *Enema. Vid. corp ph. p. 438. a.*

Ene

Enema pro Pueris *Minsichti*.

℞. *Herb. cham. pariet.* ana ℥ß. *rad. glyc.* ʒij. *fol. sem. elect.* ʒj. coq. & col. ℥vj. adde *mann. calab.* ℥ß. *ol. lil. alb.* ʒij. *sal. com.* ℈j. F. Clyster. Vid. corp. ph. p. 439. a.

Enema Stipticum *Minsichti*.

℞. *Casei sicc. pp. rad. cynogl. cort. granat. gallar. turcic.* ana ℥j. coq. in *vin. stipt.* q. s. colat. ℔j. *thur.* ʒiij. *vitell. ov.* no. j. M. F. Enema. Vid. corp. ph. p. 440. a.

Enema in Spasmo *seu* convulsione *Minsichti*.

℞. *Rad. Pyrethri, Ebuli,* ana ℥j. *Herb. Betonicæ, Salviæ, Altheæ, Malvæ, Serpilli,* ana ℥ß. *Flor. Malvæ arb. Hyperici, Verbasci,* ana ʒij. Coq. & ℞. *Colaturæ* ℔j. *Ol. Chamomillæ* ℥iij. *Diaphœnic.* ℥j. *Ping. Anguillæ* ℥ß. *Sal. Gemmæ, Turbith. alb.* & *Gumm.* ana ʒiß. Misc. & f. Enema, quod applicetur. Vid. corp. ph. p. 440. a.

Enema ad evacuandum Vermes interfectos *Minsichti*.

℞. *Rad. Glycyrrhizæ, Myrrhidis,* ana ℥j. *Sebesten* no. xxv. Fiat decoctio & ℞. *Colaturæ* ℔j. *Sacchari rub.* ℥j. *Mellis crudi* ʒvj. *Vitell. ovorum* no. j. *Salis parum.* Misce & sine oleo f. Enema. Vid. corp. ph. p. 441. a.

Enema ad vermes in ventriculo *Minsichti*.

℞. *Rad. glyc. hord. mund.* ana ℥j. *fic. ping. prun. damasc.* ana no. xx. *sem. anis.* ʒiß. coq. & colat. ℔ß. adde *sacch. rub. mell. opt.* ana ℥iß. F. Enema. Vid. corp. ph. p. 441. a.

Essentia Abietis.

℞. *Conulorum abietis* tenerrimorum, colore rubr[o] præditorum adhuc ℥ii. Quibus bene contusis af[-]funde *Spiritus cochleariæ*, per *Spiritus vini* à recen[ti] herba abstractionem parati ℥viij. Post digestioner[m] per biduum factam, fortiter exprimantur, & filtren[-]tur. In Scorbuticis aliisque similibus sanguinis im[-]puritatibus emendandis, egregias vires posside[t]. Vid. corp. ph. p. 668. a.

Essentia Absinthii comp.

℞. *Summit. abs. florid.* mvi. *herb. cardb. cent. min.* ar[-]mi. *cal. arom. Zedoar.* ana ℥i. *cort. auraut. citri* ar[.] ʒii. *cinam.* ℥ß. *caryoph.* ʒi. *sp. vin opt.* ℔iij. inf. di[g.] expr. & filtr. F. Essentia. Vid. corp. ph. [p.] 668. a.

Essentia Ambræ Mindereri P. A. V.

℞. *Elixir vit, Matth.* ℥ii. *aq. epil. Lang.* ℥i. *ambræ* ℈[.] *mosch. or.* gr. iv. inf. p. aliq. d. dein filtr. & F. essen[-]tia corroborans in vertigine & aff. frig. Vid. cor[p.] ph. p. 669. a.

Essentia Ambræ Gryseæ *Le Mery*.

℞. *Ambræ gryseæ opt.* ʒii. *Sacchari candi*, totidem, *Mo[-]schi* ʒß. *Zibethi* grana ij. simul terantur, mixturan[m] phialæ inde: *Spiritus vini* admodum Alkoolisati ℥iii[j] affunde; phialam accuratè obtege, eamque per di[-]es quatuor sub fimo digere, hinc exime dumque ca[-]let limpidum separa, concrescit enim dum refrige[-]ratur; Validius agit hæc essentia, ambrâ gryseâ, i[n] substantia sumptâ; exhibetur à guttis 6. ad 12. e[x] convenienti liquore. Vid. corp. ph. p. 669. a.

Essentia Ambræ *Zvvelfferi, & Pharm. Norimberg.*

℞. *Ambræ* ʒj. *Moschi* gr. xv. *Sacchari* ʒiii. Invicem tritis affunde *Spir. Rosarum* ʒiiiiß. Stent, donec Spiritus probe imprægnatus existit. Vid. corp. ph. p. 669. a.

Essentia Anodyna *Langelotti.*

℞. *Extracti Laudani Cydoniati* ʒii. *Spiritus Cydoniorum* ℥i. Leni calore misceantur. Vid. corp. ph. p. 671. a.

Essentia Anodyna *Le Mort.*

℞. *Opii* ℥j. ⊖ ♀ri ℥ij. His superfunde *Spir. vini opt.* ℥viij. Digerantur, donec Spiritus probè est tinctus, qui decantetur & servetur. Quoad vires hæ & aliæ essentiæ opiatæ, sunt anodynæ; demulcentes dolores, vigilias, motus humorum & Spirituum præternaturales, &c. Dosis est gutt. v. ad xv. xx. &c. Vid. corp. ph. p. 671. a.

Essentia Anodyna *Zvvelff.*

℞. *Opii Theb.* ʒj. solve leni cal. in *aq. cinamom.* ℔iß. filtr. per chart. ac per *sal. tart.* ʒj. præcip. ac die una vel altera dig. dein adde *sal. armon. cum chalybe sublim.* ʒiiß. *extr. croc.* ʒß. *essent. cort. aurant. citri* ana ℥ß. dig. in vitro clauso p. 3. d. filtr. & F. Essentia; dosis à ʒj. ad ij.

Essentia Antihysterica *Collect. Leidens.*

℞. *Asæ fœtidæ*, *Castorei optim.* ana ℥ß. *Camphor.* ℈j. ♂ *Succini* ʒj. *Rutæ* ℈j. *Sabinæ* ʒß. *Spir. vini* super Alcali, opt. rectif. ℥x. Digerantur leniter, tunc destillentur, fœcibus reaffunde Spiritum reabstractum ac eis adde: *Spir. CC.* cum sale volat. im-

impræg. ℥ij. Tunc destill. denuò ad medias, & Spiritus destillatus servetur. Quoad vires prædicatu summum Antihystericum, Antiparalyticum, & Epilepticum. Dosi gutt. v. ad ʒß. Vid. corp. ph. p. 670. a.

Essentia Aphrodisiaca *VVedelii.*

℞. *Chocoladæ Ind.* ℥iij. *conf. alkerm.* ℥j. *canth. pulv.* ℈ *spir. magnanimit.* q. s. F. Essentia venerem stimulan. *Vid. corp. ph. p.* 671. *a.*

Essentia Arthritica *Timæi.*

℞. *Rad. vincetox. enul. arist. rot. Zedoar. caryophylla pœon.* ana ʒij. *fol. salv. beton. serpill. abrot. rut. chamadr. chamæp.* ana ʒj. *anth.* ʒij. *spec. dianth. dia mosch. latif. Gal.* ana ʒj. *sem. citri* ℈iv. *Ther. And* ℥ß. *fœc. aron.* ℈iv. pulv. & aff. *sp. vin. malv.* ad emi 4. dig. st. in dig. per 3. d. postea abstrah. sp. vin. a consist. mell. reaff. *sp. vin. abstr.* ℔ß. *cochl.* ℥ij. *na* ℥j. *de rub. id.* ℥ß. *essent. lumb. terr.* ℥vj. dig. in B.M p. d. & n. filtr. & F. Essentia.

Essentia Arthritica *Brandenb.*

℞. *Rad. arist. rot. gent. helen. salsap.* ana ℥j. *herb. beton. c. flor. chamædr. c. fl. chamæp. trifol. aq.* ana mj *fl. anag. purp. cent. min. hyper. rec. sicc.* ana mj. *rorisn salv.* ana mß. *lign. sanct. sassafr.* ana ʒß. *cost. arab ver.* ʒij. cont. inf. in s. q. *sp. lumb. terr.* ad emin 4. dig. expr. & filtr. adde *sal. vol. vip.* ʒij. F. Essentia.

Essentia Asthmatica *le Mortii.*

℞. *Mell. opt. rad. liquirit.* ana ℥iv. *flor. benz. opii pp.* an ʒj. *camph.* ℈ij. *ol. anis.* ʒß. *sal. tart.* ℥j. *sp. vin. rectif.* q. s. dig. p. al. d. F. Essentia; dosis à ℈ß ad ij.

Essen

Essentia Benzoes comp.

Bals.Peruv.flor. benz. ana ʒij. *styr. calam. sal. tart.* ana ʒj. *ol. ligni rhod.* gutt. v. *Zib.* gr. iij. superf. *sp. vin.* ℥iij. vel, q. s. pro solut. & F. Essentia quæ egregium Lac cosmeticum odoriferum evadit. *Vid. corp. ph. p. 671. a.*

Essentia Bezoardica *Timæi.*

Ther. Andr. ℔ß. *confect. orvietan. Diasc. Frac.* ana ℥iv. *elect. de ovo* ʒij. *spec. liber. cal. & myrrh.* ℥iß. *troch. de viper.* ʒj. *conf. de hyac. alkerm.* ana ℥ß *sp. vin. citr.* q. s. extrahe Tr quam filtra hinc abstrahe sp. vin. ad med. adde *essent. citri ambr. Zedoar.* ana ℥ß. *croc.* ʒij. *sal. scord. pimp. cardb. abs.* ana ʒj. circul. lento ciner. igne per trid. filtr. & F. Essentia in Peste usurpanda.

Essentia Bezoardica Disp. *Brandenb.*

Rad. angel. carlin. contray. enul. mei ostrut. petasit. torm. ana ℥ß. *valerian. vincetox.* ana ʒiij. *herb. galeg. rut. scord.* ana mß. *flaved. cort. citri* ℥ß. *myrrh. rub.* ʒiß. *camph.* ʒiij. *croc. or.* ℥ß. *lign. aloes sant. omn.* ana ʒiij. cont. aff. *sp. vin. jun. rect. samb. rectif.* ana ℥vj. *ther. camph. CC rectif.* ana ℥iv. diger. per 4 d. expr. & resid. aff. *sp. vin. tart.* ad emin. dig. transv. rursus dig. p. bid. & F. Essentia.

Essentia Castorei *P. A.* R.

Castorei ℥iij. *Salis* ♀*i* ʒiij. Castoreum minutim incisum, & cum Sale Tartari permixtum, *Spiritus Melissæ* ℔j. per octiduum digerendo, extrahatur, ac postea filtretur. Capitis affectibus, Apoplexiæ, Epilepsiæ, Lethargo, & uterinæ sic dictæ suffocationi inprimis medetur. *Vid. corp. ph. p. 672.*

Essentia Castorei *Zvvelff.*

℞. *Castorei optimi* & recentis ℔ß. *Spiritus vini rectificati* ℔ij. Fiat infusio Castorei inciso, & post digestionem aliquot dierum Spiritus vini affusi abstractio per MB. ad siccitatem Castorei pristinam, Spiritus abstractus interim asservetur: Residuo Castorio affundatur *acetum destillatum*, & eo, repetita affusione, extrahatur tinctura castorei tota, quodque denuo ad extracti spissitudinem per MB. abstrahatur Relictum extractum Castorii de novo perfundatur cum superiori, ab eo ante ipsius extractionem abstracto vini Spiritu, digerantur aliquot dies, filtretur postea essentia, usuique asservetur. Vid. corp ph. p. 672. a.

Essentia Carminativa *VVedelii.*

℞. *Rad. Zedoar.* ℥j *carlin. galang.* ana ℥ß. *cort. aurant. sem. anis. carvi flor. chamam. rom. caryoph. arom. bacc. lauri, acori veri* ana ʒiß. *macis* ʒi. extrah. cum *sp. citri*, *nitri spirit. acidulato* F. Essentia Vid. corp. ph. p. 671.

Essentia Carminativa *Timæi.*

℞. *Sem. cumin. carvi nigell. dauci ammios*, ana ʒii. *fo rut.* ʒx. *orig.* ʒii. *rad. cal. arom.* ℥ß. *pip. nigr. long* ana ʒij. *bacc. lauri* ʒvj. *cort. aurant.* ℥ß. *croc.* ʒij. *vin malv.* ad emin. 4. dig. dig. in MB. p. 3. d. col. abst ad med. F. Essentia.

Essentia Corroborans *Dolæi.*

℞. *Sp. vin. c. ambr. rectif.* ℔ß. *sal. tart.* ℥i. evoc. destill. spiritum cui rite exaltato adde *ol. cinamom macis, succini* tantum quantum sorbere poterit ad

d

de *essent. ambr. c. sp. ros. par* ℥i. *sp. sal. arm.* ℥iß. F. Essentia.

Essentia Carminativa *Brandenb.*

℞. *Rad. angel. cal. arom.* ana ℥ii. *Carlin. Imperat. Zed.* ana ℥ß. *herb. meliss. menth. crisp. orig. cret.* ana mß. *fl. cham. rom.* mj. *sem. anis. carvi fœn. levist. bacc. jun. lauri* ana ℥iij. *flav. cort. aurant.* ℥iv. *citri* ℥ii. *caryoph.* ℥ß. *cinam.* ℥ii. *macis* ℥i. irror. *sp. nitr. rect.* q. s. postea aff. *vin. Hisp.* ℔ii. dig. p. 8. d. & F. Essentia.

Essentia Catechu *P. A. R.*

℞. *Catechu sive terræ Japonicæ* contritæ ℥ij. Solvantur leni calore in *Spiritus Cydoniorum* ℥j. & postea filtrentur. *Cl. Hagendornio* magis familiaris est ESSENTIA CATECHU SICCA, quam ita conficit; Abstrahit nimirum à tinctura, quam cum Spiritu vini extraxit, in alembico spiritum vel eundem evaporat, & quicquid reliquum est, leniter exsiccat, & in pulverem redigit. Hanc essentiam siccam, tùm sola simplici solutione in quovis Spiritu rursus in essentiam liquidam resolvit. Dosis essentiæ siccæ est à gr. v. ad ℈ß. Liquidæ à gutt. x. ad gutt. xxxx. Vires sunt adstringẽtes, unde in hæmoptysi, phthisi, alvi fluxibus, urinæ incontinentia, Catharris, Stomacho confortando &c. utiliter adhibetur. Vid. corp. ph. p. 672. a.

Essentia Cephalica *P. A. R.*

℞. *Corticum exteriorum citri pomi recentium*, *Semin. Pœoniæ rec.* excort. ana ℥iiii. *Baccarum juniperi maturarum*, *Lauri decortic.* ana ℥ii. *Cinamom. acutissimi* ℥iii. *Ligni aloes* optimi, *Dictamni albi,*

bi, Caryophyllorum, ana ℥j. *Nucis Moschatæ, Macis, Galangæ minoris*, *Costi albi aromatici*, ana ʒß. *Sandali citrini* odoratissimi, *Cardamomi minoris*, *Piperis albi*, ana ʒß. *longi*, *Croci orient.* ʒ j. Macerentur in ℔ v. *Spiritus vini optimè rectificati*, stent in infusione per decendium, postea filtrentur, speciebus autem remanentibus superfundatur sequens Spiritus, ℞. *Menthæ crispæ, Lavendulæ, Pulegii, Nepetæ, Salviæ nobilis. Fœniculi, Melissæ* ana ℥iij. Infundantur cum *vini Malvatici* optimi ℔vj. maneant infusa per triduum, postea, destillentur, Spiritus prolectus, prioribus speciebus, ut dictum est, infundatur, & post triduanam digestionem filtretur, atque cum priori extracta essentia permisceatur. usus tempore pro lubitu & præscripto Medici edulcoranda.

Eadem etiam Essentia completa prostare debet, quæ fit speciebus extractione destinatis. *Ambræ electæ* grana xv. *Moschi optimi* ℈ß. Commiscendo, & unà digestioni committendo. Cerebrum & omnes ejus functiones corroborat, catharrhos discutit, præservat ab apoplexia, epilepsia, Lethargo, utilis etiam est in syncope, cordis palpitatione, consumit pituitam in ventriculo & intestinis: Omnibus denique à frigiditate ortum ducentibus morbis magnoperè conducit. *Vid. corp. ph. p. 672. a.*

Essentia Citri *Zvvelff*.

℞. *Sacchari Candi albissimi* pulverisati ℔j. *Succi oleosi ex recentibus citri corticibus* expressi ℥j. vel ℥iß. *Olei citri recenter destill.* ex recentibus & non putrefactis, aut diu maceratis corticibus ʒiß. Misceantur & agitentur diu, ut probè uniantur, qui-

quibus addatur *Succi Citri depurati* ℔ß. Misce leniſſimo calore, fiatque eſſentia Syrupi ad inſtar ſubacida & delicatiſſima.

Eſſentia citri ſaccharina *alia Zvvelfferi.*

℞. *Ex corticibus Citriorum & Limoniorum extimis*, radulâ comminutis, exprimatur *ſuccus* prælo, cum hoc ſucco ſolvatur ſuper igne leni *Pulv. Sacchari canar. albiſſ.* ℔i. ac ſi tabulæ ſine ebullitione (cum ſucco aliàs acido ſolitæ) fieri deberent, & totaliter iterum exiccetur, chartâ incluſum: Hoc exſiccatum ſaccharum, cum illo priori ſucco expreſſo denuò humectetur aut ſaltem irroretur, atque iterum charta incluſum exſiccetur; Tandem eidem ſaccharo citrato, ex decem vel duodecim pomorum Limoniorum corticibus recentibus, imprimatur ſuccus eorum oleaginoſus, digitis ſaltem, & efficietur fragrantiſſimum odore & virtute efficaciſſimum ſaccharum citratum, quod in vitro probè clauſo ad uſum aſſervandum.

Cordiale & Alexipharmacum eſt nobile, plurimis aliis medicamentis, pro odore & ſapore grato, conciliando, admiſcendum. *Vid. corp. ph. p. 673. a.*

Eſſentia Citri ſicca *Zvvelfferi.*

℞. *Sacchari albi*, vel *candi* pulveriſati ℔j. Et ſupra ignem in patella *cum ſucco ex citri corticibus extimis expreſſo*, nonnihil diſſolvatur, ac ſi rotulæ confici deberent; cui demum refrigerato & exſiccato ſaccharo adde; *Olei citri* ex recentibus citri cort. deſtill. ʒiij. vel ℥ß. Fiat Eſſentia. *Vid. corp. ph. p. 674. a.*

Eſſentia Corticum Chinæ Chinæ.

℞. *Corticum Chinæ Chinæ* pulveriſator. ℥j. *Salis Tar-*

tari ℥i. *Spiritus Card. Benedicti* ℥iiii. Stent in digestione per biduum, postea bene expressa filtrentur. Delicatulis inprimis, quibus tincturæ usus, præ aliis congruis adhibendi hunc corticem Peruanum modis, arridet, hoc medicamento consulimus; quod etiam in febrium intermittentium curatione non omnem denegare efficaciam experti sumus. *Vid. corp. ph. p.* 674. *a.*

Essentia Anti febrilis *VVed. Composita.*

℞. *Rad. Galang. Zedoar. Summ. Absinth.* aa. ℥j. *Acori veri* ℥vj. *Chin. de Chin. Lign. colubrin. Cass. Caryophyll. flor. Centaur. min.* aa. ʒiij. *Cortic. citri, Aurant. Rhabarb. el.* aa. ℥ij. *Macis, Nuc. Mosch. Caryophyll.* aa. ʒiiß. *Costi veri, Squinanthi*, aa. ʒj. Incisa & mixta extrahe cum Spir. vini addita s. q. Spir. salis ac fiat *Essentia. Vid. corp. ph. p.* 670. *a.*

Essentia Hysterica Disp. *Brandenb.*

℞. *Rad. angel. dict. cret.* ana ʒij. *bryon. zedoar.* ana ℥ß. *summit. matricar. rorism. rut.* ana Pij. *sem. levist. pastin.* ana ʒiß. *bacc. lauri, castor.* ana ʒij. *croc. opt.* ʒi. *granor. actes* siccator. ʒiiß. contusa irror. s. q. *sp. sal. amm.* mox affus. *sp. vin. rect.* ℥viij. dig. per bid. postea expr. F. E.

Essentia Jalappæ Rosata *Pauli.*

℞. *Succ. ros. inspiss. instar rob.* ℥ivß. *Resin. jalap. in spir. ros. sol.* ʒvi. F. Essent.

Essentia Lithontriptica Disp. *Brandenb.*

℞. *Lapid. Judaici Lyncis Percar. lap. cancr.* ana ℥ß. *testar. ovor. struthion.* ℥i. *sp. sal.* ℥vi. vel q. s. in pulv. redacta solve in *sp. sal.* à solutis abstrahe Spiritum ad siccit. usque residuum in cella per deliquium rursus solve dissolut. filtra & serva pro *Essentia.*

Essen-

Essentia Lignorum *Michaelis*.

℞. *Lign. sassafr.* ℥ij. *sanct.* ℥iij. *rhod.* ʒß. *Rad. chinæ salsap. sant. rub. citr.* ana ℥i, incis. cum *spir. fum.* ad 4. dig. emin. post octid. dig. extrah. *Ess.* Depurat massam sang. & sudorif. est. *Vid. corp. ph. p.* 674. *a.*

Essentia Macis *Composita D. Dolæi.*

℞. *Macis opt.* ℥j. *Rad. Galang. Enulæ, Cinamomi*, aa, ʒij. *Sp. Vini rectif.* ℔i. Fiat in loco calido extrahendo *Essentia*, quæ in stomachi vitiis optimum est remedium.

Essentia Martis Aperitiva *Ludovici.*

℞. ⊖*li* ♂, *Crystallorum* ♀ aa. ℥ij. Affunde *aquæ fontanæ* ℔ij. coque & diligenter agita, sicque sensim ad consistentiam melleam inspissa: tum affunde *Spiritus vini* vel *simpl.* ℔iß. Facta solutio filtretur & servetur, cujus vires in hypochondriis obstructis, cachexia, ictero, & mensibus suppressis sunt insignes. *Vid. corp. ph. p.* 675. *a.*

Essentia Opii Liquida Anodyna *Zwelfferi.*

℞. *Opii Thebaici opt.* ℥i. quod tessellatim conscissum solvatur in calore leni, *Aquæ cinamom.* cum vino stillat. ℔iß. Solutio filtretur per chartam & cum *Salis Tartari albi* ℥i. pedetentim injecta præcipitetur, ac die una vel altera post digerantur, & porro filtrentur. Essentiæ filtratæ denuò adde *Salis Armen. cum chalybe sublimati* ʒiiß. *Extracti Croci opt.* ʒß. *Essentiæ liquid. cort. Arantiorum, Citri*, ana ʒß. Digerantur in vitro bene clauso lenissimo calore, per triduum, filtretur denuò essentia, & usui servetur. Præstat in Febribus Tertianis & Quartanis, hora una vel altera ante Paroxysmum propinanda: Item in Epilepsia, tùm infantum, tùm adultorum,

doloribus colicis, dysenteria & fluxibus alvi immoderatis cum emolumento exhibetur, ℈j. ad ℈ij. & iij. in vehiculis convenientibus. *Vid. corp. ph. p. 694. a.*

Essentia Pectoralis *P. A. R.*

℞. *Rad. Chinæ elect. Helenii*, ana ℥vj. *Ireos florentinæ* ℥vj. *Herbæ Hederæ terrestris, Saturejæ, Veronicæ*, ana ʒiß. *Croci Austriaci* ʒj. *Seminis Anisi, Cinamomi minor. Styracis calamitæ* ana ʒj. Incisa & contusa digerantur per biduum cum *Spiritus Anisi* ℥xxiv. Postea exprimantur & filtrentur. Pectoris affectibus, quos viscidæ pituitæ copia foyet, utilem præstare valet operam. *Vid. corp. ph. p. 675. a.*

Essentia Purificans *Clauderi.*

℞. *Mumiæ Ægyptiacæ, Cinerum clavellatorum*, ana ℥j. Contusa digerantur per aliquot horas cum *aqua fumariæ* ℥xij. postea filtrentur *Vid. corp. ph. p. 676. a.*

Essentia seminis santonici Disp. *Brandenb.*

℞. *Sem. santon.* ℥i. *flor. tanacet. hyperici persic.* ana ℈ij. *rad. dict. alb.* ʒij. *vitr.* ad albed. calcinat. ʒi. *fl. vitr. ven.* ʒß. *sp. vin.* opt. *vin. hisp.* dulc. ana ℥iv. dig. in loc. tep. per octid. expr. col. & F. Essentia contra lumbricos.

Essentia splenetica Disp. *Brandenb.*

℞. *Rad. filic. mar. gram.* ana ℥iß. *helen. polyp. quern.* ana ℥i. *sem. anis. cochl.* ana ʒij. *frax. genist.* ana ℥ß. *nast.* ℥iß. *sal. armon.* ℥iij. contus. inf. in *sp. vin.* à fumar. & cuscuta ana dest. s. q. dig. per 8. d. expr. filtr. & F. Essentia.

Essentia Stomachica *D. Dolæi.*

℞. *Spir.* ✻*ci nativ. Spir. vini rectif.* aa. ℔iß. *Caryophyllor.* ℥iij. *Cinamomi* ℥ß. *Piperis nigri* ℥iij. Misce & digere, ac detur à gtt. 20. ad 60.

Essen-

Essentia de Thea *D. Dolæi.*

℞. ⊖ *volat. oleos.* D. Dolæi, Tinct. ♃ *i* aa. ℥iiij. M. & serveturad usum.

Essentia Travmatica *P. A. R.*

℞. *Herb. Saniculæ* ℥ß. *florum Hyperici* ʒij. *Radic. Tormentillæ* ℥ß. *Myrrhæ electæ*, *Catechu*, ana ʒij. *Spiritus vini vulgaris* ℥viij. Post biduanam lenem digestionem, exprimantur & filtrentur. Usus ejus in variis internis læsionibus, & fluxibus cruentis, aliisque esse potest. *Vid. corp. ph. p. 676. a.*

Essentia Trifolii Fibrini *P. A.* R.

℞. *Herbæ trifolii fibrini exsiccatæ* & minutim incisæ ℥iiij. *Spirit. ex eadem herba* per fermentationem *parati* ℥xvi. Stent in digestione triduana, postea exprimantur, & filtrentur. Vid. corp. ph. p. 676. a.

Essentia ⊖li ♂ Antiscorbutica *VVedelii.*

℞. *⊖li* ♂, *florum* ✻*ci* ♂ *iat.* aa. ℥ß. *Spir. cochleariæ* ℥viij. Extrahe & fiat Essentia. Conducit in viscerum obstructione, Cachexia, Scorbuto, Tumore Hypochondriorum, &c. Vid. corp. ph. p. 677. a.

Essentia stomachica Disp. *Brandenb.*

℞. *Rad. cal. arom. galang. min. irid. flor. zedoar. zing. alb. card. min cubeb. lign. al.* ana ʒi. *cinam.* ʒij. *flav. cort. citri* ʒiij. contus. in s. q. *sp. vin.* rectif. st. in dig. p. 3. d. F. Essentia.

Essentia Traumarica *VVedelii.*

℞. *Mumiæ sang. drac.* ana ℥i. *terr. Jap. myrrh. rad. torm.* ana ℥ß. *flor. ros. rub. hyperic.* ana ʒij *sant. rubri* ʒij. *nucist.* ʒj. contusa extrah. c. *sp. vin. tart.* vel *sp. hyper.* leni caloreque decant. *Vid. corp. ph. p.* 676. *a.*

Essen-

Eſſentia vulneraria Diſp. *Brand.*

℞. *Rad. alcann.* ℨii. *rub. tinct. ſymph. maj. torm.* ana ℥ß. *herb. alchim. hed. terr. perfoliatæ plantag.* ana mß. *pyrolæ, ſaniculæ* ana mi. *fl. hyper. conſol. maj. ſaracen. bell. min.* ana mß. *mumiæ ægypt.* ℥iß. *ſp. lumb. terr. volat.* ℥vi. *vin. malv. aut canar.* ℥viij. aut q. ſ. contuſ. dig. p. octid. expr. filtr. & F. Eſſentia.

Eſſentia uterina Diſpenſ. *Brandenb.*

℞. *Rad. bryon. ſiccat. bacc. ſamb.* lento calor. ſicc. ana ℨii. *fol. artemiſ. dict. cret. matric. puleg. rut. ſabin.* ana ℥ß. *cort. aurant.* ℥iß. *myrrh. caſt.* ana ℨiii. *croc.* ℨi. macer. p. 8. d. in *ſp. vin.* ℔iv. col. F. Eſſentia.

Extractum Agarici *P. A. R.*

℞. *Agarici albi* & *levis* quantum volueris; huic affunde *Spiritus vini* ſufficientem quantitatem, digerantur in vaſe vitreo arctiſſimè clauſo, in loco calido vel ſaltem tepido, per dies tres. Poſtea dum adhuc calent, colentur & leviter exprimantur, expreſſum filtretur, & in B. M. abſtracto rurſus lenta deſtillatione vini Spiritu, in craſſamentum cogatur, quod ad commodos uſus ſervetur. Pituitam lentam & craſſam ex ventriculo maximè, & meſenterio, nec non jecore, liene, pulmonibus ac utero expurgat; à cerebro quoque, nervis & artubus eandem, licet debiliùs, prolicit: vermes inſuper enecat & expellit. *Vid. corp. ph. p. 720. a.*

Extractum Agarici *Compoſitum P. A. R.*

℞. *Agarici electi* ℔ß. *Rhabarb. opt.* ℥iii. *Sem. Aniſi, Zingiberis, Macis,* ana ℨiß. Inciſis & contuſis affundatur Spirit. vini rectificati ſufficiens quantitas; ſtent in infuſione vitro bene clauſo, per triduum,

poſt

post fiat secundum artem *Extractum*. Vid. corp. ph. p. 721. a.

Extractum Agarici *Zvvelfferi*.

℞. *Extracti Agarici simpl.* legitimè parati ℥i. *Rhabarbari* suo modo cum ▽ facti ℥ß. ☍ *Macis*, *Anisi*, aa. gtt. v. M. fiat *Extractum* compositum conjungendo scil. *Extracta*, dum adhuc paulò liquidiora sunt, ut additis oleis misceri, & tùm ulterius leniter ad consistentiam exhalari queant. Vid. corp. ph. p. 721. a.

Extractum *seu* Balsamum Aloes *P. A. R.*

℞. *Aloes Socotorinæ* quantum volueris; redigatur in pulverem; Huic affundatur *Spiritus vini rectificatus*, maceretur in loco calido, aliquoties agitando, donec liquor saturato colore imbuatur; qui per inclinationem à fœcibus decantetur, & novus Spiritus affundatur, tantisper id reiterando, quoad nullus amplius color extrahi videbitur. Tandem omnis liquor filtratus ad justam spissitudinem redigatur destillando. Internas putredines & cruditates arcet, ventriculum mundat, ac roborat, nec non ventrem lubricum reddit, &c. Vid. corp. ph. p. 721. a.

Extractum Aloes *Le Mery*.

℞. *Aloes socotorinæ* ℥viii. Supra ignem in s. q. *Succi Rosarum* vel *fortis decoctionis florum violarum* solve solutionem per horas quinque vel sex requiescere permitte, hinc per inclinationem effunde, ejus filtratæ humiditatem lentè evapora, quousque sub extracti forma resideat materia, quam in olla servabis. Purgando ventriculum roborat hoc remedium exhibetur pilularum forma à granis 15. ad ℈i. utile

etiam

etiam est ad proritandos menses. Vid. corp. ph. p. 722. a.

extractum Alexiterium *D. D. Z.*

℞. *Rad. angel. carlin. scorzon.* ana ℥ij. *zed. contray.* ana ʒij. *fol. scord. rut. hort.* ana miij. *cort. citr. rec. aurant.* ana ʒ ß. *croc. opt.* ʒß. *succin. alb.* ʒiß. *myrrh. el.* ʒij. incisa & contusa immitte cucurb. vitr. quib. superaffunde *sp. vin. rectif.* ℥viij. ad humectat. facta macerat. unius diei abstrah. in M. B. *sp. vin.* ℥iij. quo interim asservato species praenom. cum s. q. sp. vin. extrah. & quidem repetitis affusionib. & decantationib. ad totalem virium extract. colaturae filtratae destillando in M. B. abstrah. ad ℔i. qui liquor col. per linteum ad extr. spissitud. huic superior resina separata priori abstracto sp. adjung. additis *ol. bacc. junip.* ʒi. *citri cinam.* ana ℈i. *nuc. m. expr.* ʒi. prius cum *sacch.* s. q. in elaeosacch. redactor. F. *E*xtractum usurp. in febrib. malign. & expellendam malignit. & sudores eliciendos. Vid. corp. ph. p. 696. a.

extractum Arthriticum ex *Th. Hoffm.*

℞. *Opii theb.* ℥ij. *succi limon. depur.* ℥xvij. diger. p. 14. d. & n. in arena saepius agit. exprime filtra & coagula ad formam mellis f. ℥ij. ʒvj. ℈ij. serva, dein recipe *Rad. imperat.* ʒi. *pimp. angel. vincetox.* ana ʒij. *valerian.* ʒß. *enul.* ʒij. *zed. caryoph. macis, cubeb.* ana ʒiß. *herb. chamaedr. chamaep. meliss.* ana ʒ ß. *spir. junip.* ℥xij. pone in digest. postea exprime, destilla p. B. destillato adde *E*xtractum superius *Essent. croc.* ʒiß. *viperar.* ʒß. *mosch.* ʒß. *ambr.* ℈ij. diger. per 14. d. & n. F. Extractum. Vid. corp. ph. p. 714. a.

Extractum Aureum *Minsichti*, Aurea Hadrianea dictum.

℞. *Extractor.* seq. cum aceto dest. factor. *Ther. venet. Mithrid. conf. alk.* ana ℥j. *Rad. anthoræ enul. camp. angel.* ana ℥ß. *scord. croc. or. uvar. lupin.* ana ʒiij. *corn. c. & alcis* spagyrice calc. *Bol. rub.* cum succo citri præp. *Terræ sig. Lap. bez. or. Diaphoret. min. Bez. Jov.* ana ʒij. *hyac. pp. smaragd. pp. sal. abs. pont. cardb. cent. min.* ana ʒiß. *mag. perl. or. cor. rub. lap. cancr.* ana ʒj. *oss. de corde c. serpent. unicorn. animal. extr. lign. al.* ana ʒß. *ol. succin. alb. dest. camph. zed. ros.* ana ℈j. *caryoph. cinam. citri angel. rutæ* ana ℈ß. extract. m. dilig. ut invicem bene uniantur, & postquam probe mixta fuerint, adde ol. aliosque pulv. tenuiss. tritos, quos paulatim insperge tepide miscendo in formam extracti. *Vid. corp. ph. p. 699. a.*

Extractum Radicis Asari *Zvvelfferi.*

Quamvis radix hæc resinosa non sit, adeoque cum quodam liquore vel menstruo aquoso, aut simplici etiam aqua extrahi possit, repetita saltem coctione, nihilominus cum Spiritus vini essentiam rerum catharticarum subtilius eliciat, partibus crassioribus relictis, & quia Asarum primâ in aqua ebullitione ex Emetico in Diureticum transit, non ita verò in vino & aqua radix incocta mitescit, suasor sum, ut hujus radicis extractio cum Spiritu vini peragatur, quæ simpliciter sequenti modo instituenda:

℞. *Rad. Asari mundificat.* ℔j. Ex quibus grosso modo contusis ac vitreo alembico immissis, affusa s. q. *Spiritus vini simplicis*, repetitis vicibus (semper ad eminentiam sex vel octo digitorum trans-

versorum) extrahe essentiam, quousque Spiritu affusus non amplius tingatur. Tincturæ seu Essentiæ aut Extractiones omnes junctim filtratæ in alembico apposito capitello leniter ad ℔j. circiter abstrahantur; Residuus tandem liquor in vase duplici terreo, diplomate dicto, ad spissitudinem vel crassitiem pultis seu electuarii leniter tandem evaporet, cui pro aromatisatione adde: *Olei Stillatit. Ligni Rhodii, Nucis Moschat. expressi,* ana ʒß. priùs cum pulv. *Sacchari albiss.* ℥j. permistorum fiatque extractum.

Evacuat pituitam, ut & flavam bilem, consecutione quadam ex capite superfluas easque viscosas allicit humiditates, quod si in paulò largiori quantitate vel dosi assumatur, per vomitum viscidos crassosque humores, Febrium causam, exturbat, in minori autem quantitate usurpatum, per inferiora tantum operatur. Dosis ℈ß. ad ℈j. & ʒß. *Vid. corp. ph. p. 725. a.*

Extractum Bezoardicum Solare *Minsichti.*

℞. *Theriacæ Andromachi, Mithridat. Damoc.* ana ℥viij. *Ras. lig. Guajac. Sassafras,* ana ℥vj. *Bacc. Juniperi Rad. Enulæ camp. Angelicæ,* ana ℥iiij. *Vincetoxici, Zedoariæ, Tormentillæ,* ana ℥ij. *Serpentariæ, Imperatoriæ, Valerianæ, Scorzoneræ, Diptam. alb.* Petasitidis ana ℥j. *Mastichis elect. Myrrhæ rub. Lign. Aloes pond. Calami aromat. Cardamomi min. Zingib. alb. Cubebarum, Croci Orient. Macis,* ana ʒvj. Pulverisata & mixta opt. Spir. vin. secundum artem spagyricam, extrahantur, ac Spiritum ab essentia extracta in lento Balnei calore abstrahe, donec crassamentum instar mellis in fundo relinquatur: postea ad-

adde: *Confect. Alkermes* ℥j. *Bezoard. Jovial. Diaphoret. mineral. Lap. Bezoar. Or.* ana ℥ß. *Corn. alcis* & *Cervi spagyricè calcinat. Cinnabaris nat. præp. Terræ sigillatæ flor. nitri*, ana ℨiij. *Unicorn. mineralis, solaris, animalis*, ana ℨiß. *Sal. Margarit. Or. Corall. rub. flor. Benzoin. Lac. Sulphuris*, ana ℨj. *Sal. Veronicæ, Scabiosæ, Scordii*, ana ℈iiij. *Lap. 5. pretiosor. præp. Off. de corde cervi, Serpentum*, ana ℨß. *Ambræ gryseæ, Moschi laudat.* ana ℈j.

Omnia diligenter incorporentur & demum immisceantur: *Ol. still. rosar. veri, Sem. Angelicæ, Aurantiorum, Succini albi, Caryophyllorum, Nuc. Moschat. Cinamomi, Camphoræ, Rutæ hort. Citri*, ana ℨj. Denuò misc. & redigantur in formam justæ consistentiæ, & salem è fecibus calcinatis arte extractum majoris efficaciæ ergò admisce. In variis & ferè omnibus morbis summum arcanum; imò efficacissimum medicamentum est, contra omnia metallica, animalia, & vegetabilia venena &c. Vid. corp. ph. p. 700. a.

Extractum Bezoardicum *Quercetani.*

℞. *Rad. angel. zed. galang. torm. cort. citri ligni. al. sant. rub. citr.* ana ℨj. *Gran. alkerm. dict. spic. nard. caryophyll. nuc m. macis cinam. Been. alb. rub.* ana ℨiß. *camph.* ℨj. f. cum *aq. vit. junip.* Extractum l. a. *Vid. corp. ph. p. 698. a.*

Extractum Diacarthami seu Cnicopharmacum.

℞. *Medull. sem. carth.* ℨiv. *turb. alb. fol. sen.* ana ℨiß. *scamm.* ʒv. *rhab.* ℨj. *ag. troch.* ʒvj. *mann. cal.* ℨiiß. *myrob. chebul.* ℨiij. *polyp.* ℨij. *Zing. alb.* ℨij. incisa & contusa in *sp. vin.* in loc. calid. p. al. d. inf. sp. tinctus decantetur & remanentia

exprim. poftea liq. filtratus deftilletur, donec a[d] mell. fpiff. perven. addi poteft *fpec. diambr.* ℥ M. F. extractum Vid. corp. ph. p.735. a.

Extractum Catholicum *Weickhardi.*

℞. *Aloes fuccotr.* ℔ß. *rhab. opt.* ℥v. *fol. fen. f. fti* ℥iv. *rad. mech.* ℥ij. *coloc.* ℥j. *turpeth. el.* ℥iiß. *efu pp.* ℥ß. *gener.* 5. *myrob.* ana ʒij. *zing. macis, ga lang. zed. caryoph. cardam. cort. citri fchan.* ana ʒ *fpec. diambr.* ʒij. *diarrh. Abb.* ʒiij. F. extractum a. cum *fp. vin. & aq. fœnic.* Vid. corp. ph. 729. a.

Extractum Cholagogum *Brandenb.*

℞. *Rhab.* ℥vj. *fol. fen.* ℥iv. *cinam. fant. citr. fpic. nar* ana ℥ß. *troch. de berber.* ℥ij. aff. *fucc. rof. pall.* q. f. emin. 3. dig. per 3. d. dig. cui adde *extr. aloes fcam.* ana ℥j. F. Extractum.

Extractum Cephalicum *ex Th. Hoffm.*

℞. *Rad. Zed. doron. pœon.* ana ℥j. *vifc. q.* ʒiß. *croc.* ʒ *cort. aurant.* ʒiij. *fuccin. alb.* ℥j. incif. & cucu[r] vitr. imm. inf. *fp. vin.* rectif. ℔j. facta macerat. 2. d. & n. abftrahe deft. in MB. ℥vj. F. l. a. ex cui adde *ol. nuc. m. exp.* ʒß. deft. *cinam. lign. rh* ana ℈ß. *fuccin.* ℈j. prius cum *facch.* in elæof. co verfor. *mag. matr. perl.* q. f. F. extractum. Vid. co[rp.] ph. p.713. a.

Extractum Diacitri Reufneri P. A. R.

℞. *Succ. citr. expr. facch. albiff.* ana ℔ß. coq. lento ig ad fpiff. in fine adde liq. extr. ex feq. cum. fp. v factum *fcam.* ℥ij. *mech. alb. turb. el.* ana ℥j. *rhab. nam.* ana ℥ß. *galang. nuc. m. caryoph.* ana ℈j. gr. ij. f. a. extractum. Vid. corp. ph. p.736. a.

E

Extractum Castorei *Zvvelff.*

℞. *Castorei* ab omnibus membranis, pinguedineque separati; non vetusti, ℥iiij. vel qu. pl. Cui subtilissimè inciso & cucurbitæ vitreæ immisso superaffunde *Spiritus Cerasorum ardentis* ℔ß. Factâ maceratione unius diei abstrahatur fortiter destillando per MB. totus Spiritus affusus, ad siccitatem Castorei: Spiritus abstractus studiosè asservetur: a residuo Castoreo in alembico, affusa s. q. Spiritus vini, repetitis vicibus extrahatur essentia, quousque Spiritus affusus calore inficiatur; tandem Spiritus tincti omnes filtrati in alembico vitreo leni, balnei calore abstrahantur, ad consistentiam ferè syrupi, vel liquidiorem, residuum ex cucurbita effusum in fictile seu potius in vitream patinam aquæ diplomatis debitè immersam, adhuc evapores ulteriùs, ad satis densam extracti consistentiam, & spissitudinem; cui demum jungatur & restituatur destillatus ab eo spiritus supra asservatus, additaque *Essentia Arantiorum saccharina* ex recent. cortic. paratæ ℥ß.

F. Extractum justæ consistentiæ. Ad affectus Cerebri, Apoplexiam, Epilepsiam, Lethargum, nec non ad variolas expellendas, aliaque exanthemata protrudenda, proficuum. *Vid. corp. ph. p. 686. a.*

Extractum Chalybeatum *magnum* *ex Schræd.*

℞. *Limat. Chalyb. præp.* ℥iij. *Rad. Ireos fl.* ℥j. *Bugloss. sylv. Ciclamin. Eryng. Bryon. Zingib.* ana ʒß. *Fol. Ceter ach. Lign. Cervin. Betonic. Rut. Chamædr. Chamæpith. Agrimon. Calamint.* ana gr. xv. *Spic. indic. Croc. Or.* ana gr. v. *Cort. fraxin. Rad. Capp. fag. Salic. Cost.*

dulc. ana ℈j. *Visc. quern.* ana ʒi. *Cinamom.* ʒß. *Sem Ammeos, Cardamom. Cumin. Acet. macerat. Coriandr Agni Cast. Melanth. Petroselin. Portulac.* ana ℥ß. *Siler. Mont. Galang. Caryophyll. Macis, Xyloaloes, Zedoar. Doronic, Gentian.* ana gr. xv. Incisa & contusi grosso modo infundantur in s. q. Spir. vin. & fiat l. a. Extractum.

Magnas vires obtinet in aperiendis obstructionibus præsertim Lienis, Epatis, Uteri, ac Mesenterii, adeoque morbis inde subvenit. *Vid. corp. ph. p. 716. a.*

Extractum Cholagogum *Quercetani* *P. A. V.*

℞. *Rhabarbari* ℥vj. *Folliculorum Senæ* ℥iiij. *Scammonii* ℥j. *Spicæ Nardi Indicæ, Sandali citrini, Cinamomii,* ana ℥ß. *Trochiscorum de Berberibus* ʒij. *Succi rosarum pallidarum* optimè depurati, quantum satis. Post justam digestionem omnia calidè exprimantur ac filtrentur, fiatque lege artis extractum, cui addatur æquale pondus *Balsami Aloëtici.* Benignè ac sufficienter omnes humores serosos, calidos & biliosos expurgat. *Vid. corp. ph. p. 735. a.*

Extractum Cholagogum *Andernaci* *P. A. V.*

℞. *Colocinthidis* ℥vj. *Turbith albi* ℥vij. *Agarici albi & optimi,* ℥iiij. *Veratri nigri* ʒiij. *Eupatorii* Mesuæ *Foliorum Senæ*, ana ℥vß. *Scammonii* ℥v. *Rhabarbari electiss.* ana ℥vij. Omnia incisa macerentur in sufficienti quantitate *Spiritus vini*, qui debitè impraegnatus effundatur, & remanentia exprimatur. Liquor filtretur atque ad extracti liquidioris consistentiam abstrahatur, in quo Extracto, *Aloes præpar.* ℥x. diluantur

antur, simulque agitando uniantur, & ad debitam consistentiam redigantur.

Generale est Medicamentum, cunctos in universum humores valenter à remotis partibus, expurgans & evacuans; in febribus tamen continuis, aut morbis acutis haudquaquam securum. *Vid. corp. ph. p.* 735.*a.*

Extractum Diacitri, *prout hoc conficere docet Zuvelfferus.*

℞. *Succi pulpæ pomorum citri depurati, Sacchari albi* ana ℔ß. Decoquantur in vase terreo in syrupum consistentiæ crassioris: postea

℞. *Scammonii optimi* ℥ i ß. *Mechoacæ albæ*, *Turbith. electi* ana ℥i. *Rhabarb. electi* ana ℥ß. *Galang.* ʒß. Fiat ex iis omnibus beneficio *Spiritus vini* reiterata affusione extractio; quam in MB. propemodum ad remanentiam quartæ partis abstrahe, & resinam residuo extracto innatantem, (quæ, si non satis bene præcipitata esset, affundatur illi parum adhuc aquæ frigidæ) probè separa, exsiccatamque in pulverem redige. Relictum autem extractum liquidum, ad crassam consistentiam leniter exhalare sine, cui pulverisatam, & non nihil amygdalis subactam suam resinam adde, atque sic unita cum superiori parato *Citri Syrupo* exactè permisce. Postremo denique: *Ol. Stillat. Cinamomi* gutt. vj. vel viij. *Nucis Moschatæ* & *Caryophyllorum* ana gutt. iiij. vel gutt. vj. aromatizando, fiat extractum, usui asservandum. *Vid. corp. ph. p.* 736.*a.*

Extractum Specificum Colicum *Minsichti.*

℞. *Flaved. cort. aurantior.* ℥vj. *Spec. Diacymini, Gran. Juniperi* ana ℥iij. *Rad. Enulæ camp. Pimpinell. Caryophyllatæ, Zedoariæ*, ana ℥iß. *Sem. Carefolii, Bacc. lauri exc. Herb. Serpilli, Majoran. Succ. Glycyrrhiz.* ana ℥j. *Cardamomi min. Croci Orient.* ana ʒvj. Misc. & extrahantur *Spir. vini*, quem postea in MB. ad spissitudinem mellis abstrahe & adde: *Nitri vitriolati* ʒiij. *Corn. Cerv. spagyricè calc. Tali leporini & suilli calc.* ana ʒij. *Succini alb. præp. Mag. Corallorum, Lap. Carpionis* ana ʒiß. *Diaphoretici mineral. Bezoart. Jovialis, Lap. Bezoar. Or. Lact. Sulphuris*, ana ʒj. *Sp. Salis rectif.* ʒß. Misc. & fiat secundum artem chymicam Extractum; cui denuò immisce *Ol. Carminativi nost.* ʒij. *Angelicæ, Caryophyllor. Succini alb. Mastichis, Macis, Cinamomi, Citri.* ana ℈j. Omnia bene incorporentur, & tandem extractum ad usum reponatur. Hoc specificum colicum, valet propriè ad colicam, & iliacam passionem ex causa frigida, humida & flatuosa orta. Vid. corp. ph. p. 717.

Extractum Colocynthidos *Zvvelff.*

Pro hac violenti hujus cathartici extractione hoc antea monendum, quod, quamvis rarò extractum hoc in usum veniat Medicum, (intellige per se solum) nihilominus tamen non plane carebit usu, præsertim si accuratè paratum, correctumque fuerit, multis parasangis Trochiscos Alhandal antecellet, ut, qui è cruda prorsus colocynthide confecti haud exiguam naturæ vim, uberiori aliquanto dosi exhibiti, inferunt; quamobrem suaderem, ut ex

hoc

hoc extracto demum Trochisci conficerentur, addito corpore quodam congruo, quod & facilius & citius in effectum educi potest, quam de cruda colocynthide Trochiscos confecisse. Nam tanta cum difficultate in pulverem redigenda colocynthis, (quod tamen necessarium, si Trochiscos ex illa conficere animus sit) ut propemodum impossibile videatur, dum vim pistilli omnem respuit, nisi mucilagine Tragacanthi, vel Gummi Arabici permixta & denuò exiccata fuerit. Sit itaque extracti hujus præparatio talis:

℞. *Pulpæ colocynthidos à seminibus aberatæ* ℔j. Coquatur in *aq. simplici* repetitis vicibus affusa, & colata usque dum omnis efficacia & virtus cathartica extracta sit. Colaturæ omnes leniter evaporent, ad consistentiam, vel spissitudinem mellis. Quod extractum vel ita crude asservandum; vel ex eo, addito pane triticeo, in duplo vel minore quantitate Trochisci sunt efformandi, qui aromatizandi, pro odore duntaxat grato conciliando, olei nucistæ expressi particulâ. Si verò id ipsum extractum mitius in operando, & penetrantius esse velis, extrahatur hoc crassum, & simpliciter cum aqua simplici factum extractum, denuò cum s. q. *Vini Spiritus boni*, & videbis magnam prioris Extracti partem, ab hac secunda extractione intactam relinqui, & in residuo manere, qua crassitie abjecta, Spiritus colatus leniter per alembicum abstrahendus, quoad Extractum, justam consistentiam fuerit nactum, quod deinde asservandum.

In virtute haud dubiè crudæ colocynthidi, vel ex ea confectis Trochiscis, præferendum, & præcipuè massis pilularum acuendis, *Extractum* hoc aptissimum. Dosis gr. v. vel vj. Vid. corp. ph. p. 726. a.

Extractum Croci *Zvvelfferi.*

Ad eundem planè modum *Extracti de Castoreo* etiam hoc legitimè parari potest: quamvis etiam cum aqua aliqua cordiali extracto, tanquam è re non resinosa, quæque in quemlibet liquorem aquosum suam liberè deponit Essentiam atque Tincturam, facili negotio perfici possit.

Est Cordiale Medicamentum, mitigativum, affectibus quoque Cerebri, Uterinis item *Epilepticis* atque hystericis proficuum. Vid. corp. ph. p. 686. a.

Extractum Epilept. *Brandenb.*

℞. *Rad. angel. pæon. pyrethr.* ana ℥i, *herb. major.* mi. *rut. scord.* ana m.ß. *fl. lavend. lil. conv. pæon. rorism. stœch. arab.* ana ℥iß. *lign. sanct. visc. coryl. til. aut querc.* ana ℥ß. *Ras. corn. alc. cerv. cran. hum.* ana ℥ß. *castor. rec.* ℨiß. *sp. diam. d.* ℥ß. *concis. aff. sp. vin. rh.* ad emin. 4. dig. & redig. ad mell. consist. F. Extractum.

Extractum Specificum Emeticum *Minsichti.*

℞. *Spec. Diarrhod. alb.* ℥iß. *Rad. Asari recent. exicc. Bryoniæ, Cyclamini* ana ℥j. *Cort. int. rad. Frangulæ; Rhabarb. opt. Succ. Glycyrrhiz. Mastichis* el. a. ℥ß. *Ex* his cum *Spir. vin.* tincturam in digestione, ut decet, aliquoties in die movendo; extrahe & seorsim custodi, deinde ℞. *Rad. Esulæ min. præp. Helleb. alb. præp.* ana ℥viij. Incisis & mediocriter tritis Spiritus superior tinctus superaffundatur; atque in lento balnei calore per 14. dies macerentur, postea Spiritum per inclinationem aufer, & recenter affunde, tamdiu, donec omnis essentia extracta sit. Ultimò spir. vini verè tinctum, simulque mixtum s. a. spagyricam abstrahe, usque dum in fundo instar mellis appareat; & tunc adde: *Sal. Vitrioli albi* ℥ß. *Gummi Chittajemau, Tartari vitriolati,* ana ℨij. *Ol. Caryophyllo-*

phyllorum, *Cinamomi*, *Nuc. Moschat.* ana ℈j. Misce denuo,& fiat lege artis Extractum. Est specificum Emeticum,& operatur variè per vomitum & secessus in omnibus febribus, dolore capitis, Arthritide, Podagra, Icteritia, Hydrope, *E*patis & Lienis obstructionibus; nec non in appetitu corrupto, & debilitato ventriculo; &c. Vid. corp. ph. p. 743. a.

Extractum Ant-Epilepticum *Zwelff.*

℞. *Rad. Pœoniæ* debit. temp. coll. *Doronici veri* ana ℥ij. *Zedoariæ* ℥j. *Ligni Visci quercini* ℥iß. *Aloes ponderos. Rhodii*, *Santali citrini*, ana ℥j. *Croci austriaci* ℥ß. *Flor. Paralyseos*, *Pœoniæ*, *Tiliæ*, an. ʒvj. *Sem. Pœoniæ* ℥j. *Bardanæ major.* ℥ß. *Citri* ʒvj. *Succini albi* ℥j. *Cortic. Arantiorum extim. Rasuræ Ungulæ alcis*, ana ℥ß. *Cranii humani* ℥j. Incisa crassiuscule & contusa immittantur Cucurbitæ vitreæ, super quæ fundatur *Spiritus vini rectificati* ℔ß. ut species parum saltem humectent; factâ autem maceratione per diem unum atque alterum, destillentur in Balneo ℥iij. circiter Spiritus fragrantis, quo interim curiosè asservato in vitro satis clauso, fiat specierum residuarum cum s. q. Spiritus vini rectificati extractio, & quidem repetitis vicibus ad virtutum earum plenariam extractionem; Colaturæ seu Spiritus omnes tincti, & filtrati, in M. B. abstrahantur, ad remanentiam circiter ℔j. vel ℥x. Hic liquor, cui pauxillum Resinæ inhærebit coletur per linteum. Resina in colatorio residua leni calore nonnihil exsiccetur, qua interim servata, liquor colatus in diplomate seu vase duplicato, ad consistentiam spissam Extracti evaporet, cui Extracto tandem jungatur

sua

ſua Reſina, cum ſuperiori primitùs deſtillato, & aſſervato Spiritu, ſoluta, additiſque porro ſubſequentibus, utpote *Ol. Nuc. Moſchat. expreſſi* ʒß. *Stillat. Cinamomi*, *Ligni Rhodii* ℈j. *Lavendulæ*, *Coriandri*, *Succini*, ana ℈ß. priùs cum *Pulv. Sacchari albiſſimi* ʒiß. in Elæoſaccharum converſorum. Item: *Magiſt. ſolub. Matris Perlarum.* cum *Spiritu n. Veneris* parat. ʒiij. *Magiſter. ſolub. Carpion. lapid. ſublunari* itidem cum Spir. Veneris parat. ʒij. Fiat Extractum juſtæ conſiſtentiæ.

Præſtans eſt in affectibus cerebri remedium; ut ſunt, Apoplexia, Epilepſia, item, in morbis Uterinis & Hyſtericis, Vertigine, maximè ſi ſint hi complicati morbi, fructuosè uſurpabitur à ℈j ad ʒß. Vid. corp. ph. p. 713. a.

Extractum Anti-Febrile *Zwelff.*

℞. *Corticis Chinæ Chinæ* paucis ab hinc annis ex India Orientali ad nos allatæ ℥ij. *Rad. calami aromatici* ℥j. *Gentianæ, flor. Centaurii minoris*, ana ℥ij. Ex inciſis & craſſiuſculè contuſis eliciatur cum ſ.q. *Spiritus vini* repetitis vicibus affuſi, virtus tota, quouſque Spiritus vini colore rubro inficiatur; Spiritus tincti omnes filtrati in Alembico vitreo per M. B. ad Extracti ſpiſſioris conſiſtentiam deſtillando leniter abſtrahantur.

Servetur extractum reſiduum ad uſum: quod præſentaneum eſt remedium in febribus tertianis & quartanis, cùm intermittentibus, tùm continuis, inſtante Paroxyſmo, vel hora una aut altera antea exhibitum. Doſis ℈j. aut ʒß. ſive in forma pilularum, ſive in liquore appropriato ſolutum. *Vid. corp. ph. p.* 717. a.

Extractum Febrile *Bateanum.*

℞. *Pulv. Cortic. Peruv.* ℥iiij. *Centaur. min. Rad. Gentian.* aa. ℥ij. *Serpentar. virgin.* ℥j. *Spir. vini* q. s. Fiat s. a. Extractum, quod ſuppeditat antiquartium certiſſimum.

Extractum Gummi Guttæ *ſive Gamandræ Minſichti.*

℞. *Pulveris gummi de Peru*, ſive Gamandræ, *florum roſarum rubrarum*, ana ℥j. *Sandali rubri* ℥ij. *Spiritus vitrioli rectificati* ʒj. *Vini* ſ. q. Infundantur in loco calido per horas XXIV. tum per chartam filtrentur, & abſtracto per deſtillationem vini Spiritu, ad Extracti rubicundi conſiſtentiam lento igne deducantur. A ſeroſis humiditatibus totum corpus purgat: unde ingenti cum commodo in cachexia, hydrope, arthritide, podagra, ſimilibuſque affectibus, uti etiam in ſcorbuto & morbo virgineo uſurpatur. Vid. corp. ph. p. 737. a.

Extractum Hellebori nigri *Zvvelfferi.*

℞. *Rad. Hellebori nigri* mundatarum ℔ ij. Conquaſſatæ coquantur cum ſ. q. *aquæ ſimplicis* repetitis vicibus affuſæ & colatæ, (verùm in terreo aut etiam ferreo, non autem cupreo, vaſe) uſque dum vires omnes ſint evocatæ. Colaturæ omnes poſt leniter in terreo vaſe evaporent, ad mellis vel Electuarii ſpiſſitudinem. Quo facto, ut præſtantius & ſubtilius efficiatur, illud de novo cum ſ. q. Spiritus vini boni extrahatur, quouſque Spiritus vini affuſus colore rubeo tingatur; proinde repetita etiam Spiritus affuſione opus eſt; videbis enim magnam prioris extracti partem fœculentam à Spiritu vini intactam relinqui; qua ergò abjecta, Spiritus tincti

omnes

omnes in M. B. abstrahendo redigantur, ad consistentiam *Extracti* justæ consistentiæ. *Vid. corp. ph. p. 727. a.*

Extractum Hydragogum *Zuvelfferi.*

℞. *Rad. Asari, Ebuli,* ana ℥iij. *Calami Aromatici, Enulæ* ana ℥i. *Gialappæ, Mechoacannæ, Vincetoxici,* ana ℥iiij. *Rhabarb. optimi* ℥iß. *Herbar. Soldanellæ, Gratiolæ, Scolopendriæ,* ana ℥ij. *Agrimon* ℥iiß. *Semin. Apii, Bardanæ majoris, Nasturtii, Ebuli, Urticæ, Thlaspios nostr.* ana ℥j. Incisa & contusa immittantur cucurbitæ, ac cum s. q. *Spiritus vini,* repetitis vicibus affusi, *Extrahantur* virtutes omnes, quousque nimium Spiritus vini tingatur. *Extractiones* omnes in Alembico vitreo ad ℔j. circiter abstrahantur, Resina quæ residuo liquori innatabit, studiosè separetur, exicceturque leniter, &, ut sæpius monui, vel Amygdalis dulc. benè subacta, & in pulverem conversa, vel Spiritu vini recenti rectificatissimo denuò soluta, ultimò tandem extracto jam sufficienter, & ad consistentiam debitam abstracto, admisceatur. PORRO:

℞. *Succor. depurat. rad. Bryoniæ, Iridis nostr.* ana ℥x. *Hepat. nobilis, Matrisylv. Mercurial.* ana ℥viij. Ac cum superiori *Extracto* jam liquido, à quo innatans ejus Resina separata est, in leni calore, vel supra lenem ignem in vase duplici ad competentem Extracti consistentiam unita evaporent, cui *Extracto* ultimò jungantur. *Superior separata & asservata Resina,* Amygdalis probè subacta vel Spiritus vini, particula denuò soluta. Item: *Magisterii seu Resinæ Scammoneæ,* Amygdalis pariter probe subacti ℥ij. *Extracti Gummi Guttæ* ℥ß. Et usui reponatur. *Hydropicis proficuum.* Dosis ℈ß. ad ℈j. in vehiculo convenienti. *Vid. corp. ph. p. 739. a.*

Ex-

Extractum Specificum Hydropicum *Minſ.*

℞. *Succ. inſpiſſ. rad. Ireos noſt. Elaterii veri*, ana ℥viij. Miſc. & *Spir. vini*, in quo *ſpec. Diarrhod. abbat.* maduerint, ſ. q. extrahe, & extractionem ſeorſim cuſtodi, deinde:

℞. *Pulp. Colocynthid. Rad. Turbith. alb. & gumm. Hellebori nigri*, ana ℥iv. *Rhabarbari elect. Jalappæ gummoſ. Mechoacannæ*, ana ℥ij. *Cort. int. rad. Sambuci, Juglandis, Frangulæ*, ana ℥j. *Herb. gratiolæ, Fumariæ, gran. Cocognidii, Bacc. Ebuli*, ana ʒvj. Miſc. & ſimiliter cum *Sp. vin. rectif.* in quo prius *ſpec. Diacubebæ*, maduerint, extrahantur; poſtea omnes Extractiones mixtæ in lento B. calore abſtrahantur, quoad craſſamentum inſtar pultis in fundo relinquatur, & tunc demum adde: *Mag. Chittajemou. Scammonii roſati*, ana ℥j. *Tartari vitriolati, Hyacint. præ.* ana ℥ß. *Croci metallor. Abſinthiac. Mercurii vitæ*, ana ℥ij. *Sp. vitrioli rect.* ʒj. Hæc omnia ſubtiliſſimè & ſeorſim pulveriſata incorporentur fideliter, & circa finem immiſce *oleor. Cinamomi, Caryophyllor. Macis, Chamomillæ*, *Aurantiorum*, *Menthæ criſpæ* ana ʒß. Fiat ſ. a. Extractum ſeu maſſa juſtæ conſiſtentiæ.

Specificum eſt Hydropicum, principaliter enim ad ſeroſum hydropicorum excrementum purgandum, omnes ſuperfluas humiditates expellendum, aquam flavam emittendam, & materiam tumoris diſcutiendam inventum & accommodatum eſt. *Vid. corp. ph. p. 738. a.*

Extractum Hyſtericum *Schræd.*

℞. *Succ. ſabin. cent. min. matric. artem. fol. meliſſ. fl. calend.* ana m ß. *rad. angel. ſilic. ariſt. rot.* ana ℥ß. F. *Extr. c. aq. meliſſ. & ſabin.* add. parum *ſal. tart. tinct.*

in sp. hujus ℥ij. adde *extr. myrrh.* ʒi. *croc.* ℥ß. *cast.* ℈ß. *borrat.* ʒij. *fæc. bryon.* ℥iiß. F. Extr. menses referans & aff. ut succ. Vid. corp. ph. p. 719. a.

Extractum Hysterium *Poterii.*

℞. *Extr. bryon. visc. q. gran. ebul.* ana ℥i. *aloes succotr.* ℥ij. *Extr. bell. nig.* ʒij. *croc. myrrh. macis sem. apii* ana ʒi. *sal. jovis vitr. mart.* ana ʒiij. liq. & F. Extr. purg.

Extractum Mechoacannæ Ligni sancti, &c. *Zvvelfferi.*

℞. *Radic. Mechoaca albæ, vel ligni sancti gummosi* ℥vj. Concisæ immittantur cucurbitæ vitreæ, quibus superaffundatur *Spiritus vini rectificati* q. s. ad supereminentiam quatuor digitorum transversorum. Stent in digestione unâ atque alterâ die in loco calido, Spiritus tinctus deinde per filtrum separetur, aliusque superaffundatur; ac facta digestione & extractione perinde colatura segregetur, hocque toties repetendum nova spiritus vini affusione, donec essentia omnis extracta sit. Colaturæ pòst omnes filtratæ & Alembico vitreo immissæ leni Balnei calore destillando, ad ℔j. circiter abstrahantur, residuo in Alembico liquori innatabit resina, quæ à liquore studiosè separanda, & in scutella igne arenæ moderato totaliter exsiccanda, ut in pulverem redigi queat. Residuus liquor, à quo separata est, ulterius ad extracti spissitudinem exhalet, cui resina subtiliter pulverisata, & amygdalis dulcibus (quod bene observandum) subacta, pulveris nec non sacchari particula additâ optimè commisceatur. Sin minus autem resina, prout sæpè contingit, totaliter exsiccari & pulverisari queat, solvatur illa de-

denuò, dum liquida adhuc eſt, portiunculâ rectificatiſſimi Spiritus vini, & extracto reſiduo ſpiſſo adunetur ſuper igne leniſſimo, cum ſpiritus vini promptiſſimè exhalabilis auras petat, addaturque perinde Extracto ſic perfectè parato, particula ſacchari pulveriſati, quò faciliùs pòſt, ſi non in aqueo planè vehiculo, ſaltem in Syrupo vel Melle, aut etiam in ſpiritu vini illud diſſolutum ægrotantibus, commodè propinari & exhiberi poſſit; Namque niſi legitimè & debitè ſimilia extracta ſolvantur, ne reſinæ ab aqueo liquore præcipitentur, exiguum effectum ab illis nobis promittere poſſumus, cum reſinæ, ut alibi etiam admonui, in ſua reſinoſa ſubſtantia hominibus exhibitæ parùm vel nihil operentur, imò ventriculo & inteſtinis aliquando ſeſe firmiter agglutinantes, varia incommoda, dolores colicos acerbiſſimos, & fluxus alvi immoderatos, ſyntheticos, ſi reſinæ purgantes fuerint, Gialappæ vel Scammoneæ, inducere ſolent. *Vide Corp. ph. p. 725. a.*

Extractum Magiſtrale *Lenitivum Zvvelff.*

℞. *Rhabarbari elect.* ℥iij. *Rhapontici veri* ℥ij. *Myrobalan. Chebularum, Citrinarum*, ana ʒvj. *Flor. Roſar. rubrar. Sandali rubri.* ana ℥ß. *Rad. Acetoſæ, Cichorii ſylveſtr.* ana ʒvj. *Cortic. Arantiorum* ℥j. Inciſis & contuſis fiat cum ſ. q. *Spiritus vini*, repetitis vicibus affuſi, colati, filtrati, & ejusdem denuò leni in Balneo abſtractione, Extractum juſtæ conſiſtentiæ.

[U]tiliſſimum eſt laxativum in plurimis affectibus Hepa[ti]s, Lienis & Meſenterii, fluxu alvi diuturno ac cruento, [sa]lutariter exhibendũ à ʒ j. ad ʒiß. *Vide Corp. ph. p. 741. a.*

Extractum Marocoſtinum *Mindereri P. A. R.*

℞. *Agarici Trochiſcati* ʒvj. *Ligni Aloes* ʒij. Infundantur in ſ. q. *Spiritus vini*, qui tinctus decantetur, &

cum liquore ex remanentia expresso uniatur, in quo solvatur *Myrrhæ select.* ℥vj. & filtrentur. POSTEA:
℞. *Rhabarbari* selectissimi ℥iij. *Costi Arabici* ℥vj. *Croci Orientalis, Mari veri*, ana ℥ß. *Muchari* sive infusionis *rosarum*, *Damasc.* ℔ij. *Succi* Limonum ℥xx. *Cichorii, Pimpinellæ, Fumariæ*, ana ℥viiij. *Apii, Fœniculi, Absynthii*, ana ℥iij. Macerentur in loco calido per xxiv. horas, in liquore colato solvatur *Aloes Scotorinæ* ℔j. Et per colaturam depuretur, cui jungatur *Gummi Ammoniaci* in ℥iiij. *Aceti scillini*, & ℥ij. *Aceti rutacei* soluti & filtrati ℥iß. Omnia lento igne ad Extracti consistentiam perducantur, additâ circa finem superiori Agarici &c. infusione. *Vide corp. ph. p. 741. a.*

Extractum Marcocostinum *Zvvelfferi.*

℞. Pro aquis destillatis ipsarum *herbarum* vel *florum Lupuli, Betonicæ, Borraginis, Cardui benedicti, Agrimoniæ, Ivæ Arthetica, Centaurii min. Rorismarini*, ana mij. *Nucleorum Cerasorum.* M. j. vel ij. Incisa & contusa crassiusculè immittantur cucurbitæ vitreæ, quibus superaffundantur *Muchari Rosarum* ℔ij. *Succor. Limonum vel Citri* ℥x. *Apii, Absynthii*, ana ℥iij. *Cichorii, Pimpinellæ, Fumariæ*, ana ℥viij. Stent in loco calido horis 24. apposito capitello, postea destillentur ultra dimidias, prioris tamen aquæ magis spirituosæ & odoriferæ ℥iv. circiter sigillatim asserventur, & reliqua, quæ sequitur, etiam separatim ad ℔iij. circiter. Relictæ in fundo cucurbitæ herbæ, exprimantur, expressum clarificetur, & ad consistentiam Extracti inspissetur; si quoque volupe fuerit, poterunt herbæ expressæ, affusâ aquâ recenti, adhuc parùm coqui, ita enim quæ adhuc reliqua est virtus, penitus ex ipsis elicietur; quam extractionem secundam, cum priori extractione conjungere, & conjunctim inspissare fas erit. TUM: ℞. *Gummi Ammoniaci* ℥iß. *Mirrhæ*

rhæ selectæ ℥vj. Quibus contusis superaffundatur *Spiritus vini rectificati* q. s. pro omnimoda ipsorum Extractione, repetitis tamen vicibus; Extractio filtrata reservetur. Similiter sigillatim cum Spiritu vini, reiteratis vicibus affuso extrahe, *Agarici Trochiscati* ℥vj. *Rhabarb. selecti* ℥iij. *Croci Austriaci* ℥ß. *Costi Arabici* ℥vj. *Lagni Aloes opt.* ℥ij. *Mari veri* ℥ß. Extractio pariter filtrata asservetur. Postremò, seorsim etiam *Aloes* ℔j. Superiori aquâ secundâ per destillationem ex enumeratis herbis prolectâ, extrahe vel dissolve: (poterunt etiam, si totaliter aloë à prædicta aqua non dissolvatur, quæ supersunt ejus reliquiæ, unâ vel alterâ ℔. spiritus vini ulterius dissolvi,) Et colaturam in B. M. ferè ad siccitatem usque abstrahe, cui extracto Aloes, propemodum exsiccato adde *Extractionem* adhuc *liquidam Gummi Ammoniaci* & *Myrrhæ*; Item Extractionem liquidam *Rhabarbari Agarici*, &c. separatim asservatam; Nec non *Extractum superius inspissatum ex herbis & succis. Vide corp. ph. p. 742. a.*

Extractum *sive* Magisterium Martis Aperitivum *Mins.*

Succi Oxalidis expressi & depurati ℔iij. & affunde *Tamarindor. opt.* ℥viij. Confricetur manibus vel pistillo ligneo in patella terrea; non stannea, ut fiat in modum pulmenti. Postea exemtis nucleis & stipitib⁹ coquatur parùm & clarificetur cum albuminibus ovorum duorum. Deinde colentur per laneum pannum, clarificatum detur in cucurbita vitrea, cui adde *Limaturæ chalybis à sordibus bene purgatæ* ℥iiij. Digerantur in arena loco calido tribus diebus & noctibus. Cucurbitæ superponatur alembic⁹ cœcus, ut semper agitari possit cum spatula lignea. Post digestionem

coletur per chartam in patinam vitream vel terream, & inspissetur per arenam, ad consistentiam Extracti liquidi; Et habes magisterium Martis aperitivum. *Remanentia chalybis* in subtilissimum pulverem conversa *exsiccetur*, & ad usum servetur; Et habes chalybem cum aceto Tamarindorum præparatum, pro vino chalybeato.

Virtutem habet singularem aperiendi, dissolvendi, & exsiccandi, quo nomine non solum præstanti fructu & emolumento, in Epatis, Lienis, & venarum meseraicarum oppitulationibus inveteratis, sed etiam ad tumores duros, scirrhosos resolvendos ac consumendos, ac exiccanda etiam & roboranda loca superfluis humiditatibus gravata ac debilitata, feliciter ordinatur. *Vid. corp. ph. p. 715. a.*

Extractum Matricale *S. Clossæi ex Schrœdero.*

℞. *Extracti Lienis bovis, Puleg. Regal.* & *Croci cum Sp. vini parati* ℥ij. *Myrrh.* in *aq. rut. murar.* cum *Spiritu* ⊕ acido dissolut. ʒij. *Extract. cort. arant.* & *Citr.* ʒiij. *Fœcul. Bryon.* ℥ß. *Camphor.* ♎atæ cum Sp. vini præmissâ digestione ejusdemque abstractione in cineribus ℈j. M.

Hujus portio ad pisi magnitudinem dissolvatur in aqua aliqua hysterica, & exhibeatur. *Vid. corp. ph. p. 718. a.*

Extractum melanagogum *Quercetani.*

℞. *Fol. sen.* ℥vj. *rad. hell. nig. prap.* ℥ij. *turb. myrob. omn.* ana ℥iß. *troch. alb.* ʒvj. *fl. viol. ros. rub. epithym.* ana P. ij. *spec. latif. Galen.* ʒij. *succ. depur. fumar. pomor. redol. seri lact.* ana q. s. incis. dig. in B. col. expr. depur. ac in extr. reduc. Purgat atram bilem *Vid. de corp. ph p. 740. a.*

Extractum Nasale *P. de Spina ex Schr.*

℞. *Succ. recent. Anagall.* ℥iij. *Beta, Nicotian. fœm.* ana ℥i

℥ij. *Betonic.* ℥iß. *Turbeth. gumm.* ʒv. *Agaric. albiss.* ℥j. Infundantur in s. q. *aq. Scabiosæ*, digerantur in vase clauso ♂ (8.) hinc decantur abstrahaturque ad consistentiam extracti mollioris.

Vires: Potentissimè educit pituitam, & humores salsos à capite per nares, catarrhosque ad fauces, & pulmones destillantes, ad nares divertit, parum naribus inditum. *Vide corp. ph. p. 719. a.*

Extractum Opii simplex *Ludovici*.

℞. *Aquæ communis destillatæ.* q. v. In ea dissolve sufficientem quantitatem *Opii*, in taleolos conscisi, coctione mediante super ignem. Liquor tinctus à fœcibus decantetur, semper recentem aquam iis superaffundendo, donec tincturam amplius dare neget; solutiones omnes confusas à fecibus optimè separatas evapora ad consistentiam mellis. *Vide corp. ph. p. 686. a.*

Extractum Opii Cydoniatum *Langelotti*.

℞. *Opii* in particulas conscissi ℔ß. *Succi Cydoniorum recentis* ℔v. Exponantur leni calori ad fermentandum per aliquot dies; liquor rubicundus filtretur, atque ad Extracti consistentiam inspissetur. *Vide corp. ph. p. 687. a.*

Extractum Panchymagogum I. *Crollii.* *ex Schrædero.*

℞. *Diarrhod. Abbat. Diambr.* ana ℥j. Extrahatur tinctura cum Sp. vin. s. a. vitrum crebro movendo. Deinde ℞. *pulp. colocynth.* ʒvij. *Turpeth. gum. mos.* ʒv. *Agarici opt. rad. Elleb. nigr. veri*, ana ℥j. *Scammon. elect.* ʒvj. *fol. Sen.* ℥iv. *Rhabarb. el.* ʒiij. *Elater.* ʒij. *Sem. ebul. trit.* ℥iij. *Hermodact.* ʒiij. Incidenda incidantur, terenda terantur; Affunde tincturam illam speciebus, extrahaturque tinctura s. a. decantatas extractiones inspissa leni calore M. B. ad consistentiam

 mellis;

mellis; poſtmodum adde: *Ol.Cinam. Caryophill. Nuciſt*.aa.gutt.x. *Sal.Perlar.Corallor.* ana ℥ij. *Salem è fecibus* ſuperioribus calcinatis *extract. Raſur. cranii human.* (vel *oſſ. calcinat.*) ℥ß. F. Maſſa.

Quoad vires: non datur melius catharticum, quod minori moleſtia omnes humores noxios expurgat Doſis à ℈j. ad ℈ij. ex vino Malvatico, vel alio generoſo, è juſculo, vel aliis catapotiis aggregativis admixtis, datur & in forma Pilulari. *Vide corp.ph.p.730.a.*

Extractum Panchymagogum *Crollii* 2. *ex Schrœdero.*

℞. *Pulpæ colocynth.* ʒvj. *Agarici, Scammon. el.* ana ℥ß *Hellebori nigri, Spec. diarrhod. abbat. Aloes ſoccotrin* ana ℥j. Extrahe ſ.a. cum Sp. vin. eumque iterum abſtrahe; Et quia in extractione ſæpè virtus purgatrix ſolet debilitari, ideò quidam ſolent ad unam partem Extractorum addere crudorum purgantium partem alteram; Adde igitur ſuperioribus antequam Extractum in fundo remanens plane inſpiſſetur. *Trochiſc. Alband.* ʒiij. aliàs ʒvj *Diagryd. præparat. Agaric. Trochiſc.* ana ℥ß. *Aloes Epatic.* ℥j. Pulveriſata redigantur in maſſam juſtæ conſiſtentiæ. Doſis à gran. 20. ad 25. & 30. & ultra.

Extractum Panchymagogum *Hartmanni* *ex Schrœdero.*

℞. *Fol. ſen. ſ. ſt.* ℥ij. *Rhabarb. el.* ℥iß. *Rad. Hellebor nigr.* ℥j. *Turbeth. alb. gummoſ. Polypod. quern. Trochiſci Alband. Agaric. Trochiſc.* ana ℥ß. *Medull. ſem. Cartham. Myrrh. rubr. el.* ana ʒiij. *Spec. Aromat. Caryophil. Diambr.* ana ʒj. *Cortic. citr.* ana ʒj. Conciſa & contuſa extrahantur ſimul, omnia cum Sp. vin. & ▽ *Cinam.* ana ℔iß. f. Expreſſio; feces denuò extrahantur, cum ſola ▽ *cinam.* tenuiori percoletur; poſteà Extracto adde *Extracti Aloes Betonic.* vel *Veronic*, facti

cti ℥iij. f. mistio, & inspissatio ad justam consistentiam addendo *Olei Caryophyllorum* gutt. x. *Vide Corp. ph. p.* 730. *a.*

Extractum Panchymagogon *Minsichti.*

℞. *Fol. sena elect.* ℥viij. *Pulp. Colocinthid. rad. Turbith alb. Hellebori nigri* ana ℥iiij. *Mechoacanna, Hermodact. alb, Elaterii vera, Jalappa resinos.* ana ℥iij. *Aloes rosata, Rhabarb. elect. Bac. Ebuli* ana ℥ij. F. secundum artem spagyricam Extractum justæ consistentiæ, cui adde: *Scammonii rosat. Anisi Tartari*, ana ℥j. *Ol. Caryophyll. Cinamomi, fœniculi, Mastichis, Chamomilla, Aurantiorum Macis.* ana ℈j. Misce, & in forma pilulari ad usum repone.

Catharticum est universale, omnique ætati utile, Quia tàm in genere, quàm in specie omnes superabundantes & molestantes humores quibuscunque corporis partibus & anfractibus delitescentes, suaviter & citra ullam nauseam expurgat. Dosis à ℈j. ad ℈ij. & ʒj. præsertim in robustioribus. *Vide corp. ph. p.* 731. *a.*

Extractum Panchymagogum, *P. A. R.*

℞. *Scammon.* ℥ß. *Rhabarbari electi, Seminis Ebuli*, ana ʒiiij. *Colocynthidis* ʒv. *Agarici optimi* ʒiij. *Turbith. albi, Hermodactylorum*, ana ʒiiß. *Veratri nigri* ʒij. *foilorum sena* ℥j. *Spiritus vini*, q. s. Stent simul in infusione, loco calido, colentur & exprimantur, in quo liquore dissolvatur *Aloes Socotrina* ℥iß. filtretur & spiritum vini abstrahendo ad extracti spissitudinem redigatur.

Omnes in universum humores expurgat, atque è longinquis partibus potenter educit. *Vid. Corp. ph. p.* 732. *a.*

Extractum Panchymagogum, seu *Magistrale pro pilulis Zvvelff.*

℞. *Rhabarbari optimi* ℥j. *Agarici albi* ℥ij. *Gialappa* ℥iij.

Turbith.gummosi ℥ij. *Colocynthid.* ℥iß. *Hellebori nigri* ℥ij. *fol.senæ elect.* ℥iiij. *Sem. Ebuli, Scammonii elect.* ana ℥j. Incisa & contusa extrahantur cum s. q. *Spiritus vini*, quousque tota vis cathartica sit extracta. Colaturæ & extractiones omnes in M. B. ad reman. ℔j. circiter abstrahantur, à quo residuo liquore innatans Resina separetur, & interim asservetur; Liquor verò sive Extractum liquidum fundatur super *Aloes rosatæ* ℥vj. Et in leni calore simul exsiccentur admiscendo ultimò resinam separatam, & *recentis spiritus vini rectificati* s.q. solutam, atque ita fiat Extractum satis spissum, in forma massæ pilularum.

Hoc extractum ob saporis amaritudinem ut plurimum pilulis destinatur, purgat cæterùm omnes humores excrementitios in universum ex corpore Ad universalem igitur purgationem, si hâc nimirum opus, conferet hoc Extractum. *Vide corp.ph.p. 732.a.*

Extractum Panchymagogum *Le Mery.*

℞. *Pulpæ colocynthidis* ℥iß. *Specierum diarrhodon. abbatis* ℥j. *Agarici optimi* totidem, *Ellebori nigri* ℥ij. fiat omnium pulvis grossus matracio indendus, huic *rorem* vel *aquam pulvium destillatam* ad digitorum quatuor eminentiam affunde, matracium accuratè obtura, digere calore arenæ vel fimi per dies 3. vel quatuor subinde agitando, hinc infusionem per linteum trajicito: magmati parem ejusmodi liquoris quantitatem affunde: & ut prius macera, cola & fortiter exprime, infusiones commisce, commixtasque, donec limpidæ evaserint, quiescere permitte, per inclinationem effunde, earumque humiditatem in fictili ex glarea, igne lento arenæ, ad syrupi consistentiam evapora, his tunc *resinæ scammonii* ℥ß. & *Extracti Aloes*, ut dictum parati ℥ij. permisce, totum id funde & ad Extracti consistentiam evapora.

Omnes

Omnes humores optimè purgat, exhibetur à ſcrupulo uno ad duos in pilulis. *Vide corp. ph. p. 733. a.*

Extractum Antipeſtilentiale *Zvvelfferi.*

℞. *Rad. Zedoariæ, Contrajervæ* ana ℥ij. *Angelicæ, Imperatoriæ, ſucciſæ* ana ℥iiß. *Herb. ſcordii noſtrat.* ℥iij. *Rutæ hortenſ.* ℥j. *Baccar. Juniper.* ℥iiß. *Cortic. arantior. recent.* ℥j. *Citri recent. Extim.* ℥ij. *Croci optimi* ʒvj. *Sem. Citri* ℥j. *Aquilegiæ Napi* ana ʒvj. *Myrrhæ rubræ elect.* ℥ij. *Succini albi* ℥iß. Inciſa & contuſa immittantur Cucurbitæ vitreæ, quibus ſuperaffundantur *Spiritus vini rectificati* ℥vj. vel ℥viij. ut ſaltem nonnihil ſpecies humectentur: facta maceratione unius diei abſtrahantur in MB. ℥iij. circiter Spiritus affuſi, quo interim aſſervato, ſpecies prænominatæ, cum ſ.q. Spiritus vini extrahantur, & quidem repetitis affuſionibus & decantationibus ad totalem virtutum prolectionem. Colaturæ poſtea omnes filtratæ, deſtillando in MB. abſtrahantur, ad ℔j. circiter: Qui liquor cui nonnihil Reſina inhærebit, coletur per linteum, & in diplomate vel vaſe duplicato ad Extracti ſpiſſitudinem evaporet, huic tandem ſuperior ſeparata Reſina parumper prius in vitro largo exſiccata, & denuo cum ſuperiori primitus abſtracto ſpiritu à ſpeciebus ſoluta, adjungatur & probè commiſceatur, ſuperadditis quoque ſequentibus, utpote *Ol. Stillat. Rutæ, Baccar. Juniperi,* ana ʒß. *Cinamomi, Citri ex recent. cort.* ana ℈j. *Nuc. moſchat. expr.* ʒj. prius cum *pulv. Sacchari citrati* ℥ij. permiſtor. fiatque extractum juſtæ conſiſtentiæ.

Præſtans in Peſte, & febribus malignis, ad ſudores proliciendos, malignitatemque ſuperandam; Corroborat, ac à vaporibus malignis præſervat. Doſis ℈j. ad ʒß. *Vide corp. ph. p. 697. a.*

.Extractum Anti-Pestilentiale *aliud Zvvelff.*

℞. *Rad. Angelicæ, Contrajervæ, Enulæ campanæ, Imperatoriæ, Levistici, Morsus diaboli, Scorzoneræ, Zedoariæ,* ana ℥ij. *Herb. Scordii nostrat. Rutæ hort.* ana rec. ℥iij. *Flor. Calendulæ, Croci austriaci,* ana ℥j. *Cort. citri recent. extim.* ℥ij. *Baccar. Juniperi* ℥iij. *Herbæ paridis* ℥j. *Sem. Citri, Rutæ,* ana ℥ß. *Myrrhæ rubræ* ana ℥iß. Incisa & contusa crassiusculè ac cucurbitæ vitreæ immissæ, extrahantur cum s. q. *Spiritus vini*, repetitis vicibus affusi, quousque omnes virtutes evocatæ sint, nec spiritus vini tincturam amplius eliciat; Extractiones omnes filtratæ per alembicum ad Extracti consistentiam destillando abstrahantur, cui adde *Olei Stillat. rutæ hortens. Succini* an. ℨj. prius cum *Sacchari citrati* ℥ij. permistorum fiatq; Extractum usui asservandum. Nota: Resinosa substantia, uti in aliis superioribus Extractis, studiosè separanda, non nihil exsiccanda, cum particula Spiritus vini primitus abstracti, denuò solvenda, & jam spisso extracto dextrè unienda est. Usus & dosis cum superiori coincidit, exindeque patet. *Vide corp. ph. p. 698. a.*

Extractum Pestilentiale *Schræderi.*

℞. *Rad. angel. ostrut. imperat. zed. vincetox.* ana ℥ß. *torm. gent. petasit. succis. pimp.* ana ℥j. *sem. levist.* ℨiij. *angel. meliss.* ana ℨij. *citri* ℨj. *gran. junip.* m. ij. *fol. veron. meliss. artem. scord. galeg. scab. cardb* ana miß. *fl. hyper.* m. j. *spir. vin.* q. s. F. Extractum *Vid. corp. ph. p. 697. a*

Extractum Pestilentiale *Poterii.*

℞. *Rad. torm. scorzon. vincetox. valerian.* ana ℥iij. *Herb. galeg. meliss. succis. cardb. scab. veron. pimp.* ana m. iij. *Fl. borrag.* P. ij. *fl. sulph* ℥j. *fl. antim. p.* 8. d. reverb. ℥ß. ther. ℥ij. *spir. vin. rect.* q. s. f. tinct. quæ coq. in crass. mell. F. Extr.

Extra-

Extractum Pestilentiale *Hoffmanni.*

℞. *Rad. angel. vincetox. levist. zed. contray. torm. valerian.* ana ℥j. *gent.* ℥ß. *Herb. scord. m.* iv. *fl. samb.* P. vj. *myrrh.* ℥iß. *croc.* ʒv. *cort. citri* ℥ij. *succin. lign. al.* ana ʒvj. *camph.* ʒiij. *opii* ʒij. cont. & m. melli ita ut ℔j. hujus cap. ℥iv. F. Ext. ii inf. acet. vin. fit acetum bezoard.

Extractum Panchymagogum *Quercet.*

℞. *Agar. troch.* ℥iv. *hermod. turb. sen. medull. cartham.* ana ℥iij. *rad. esul. præp.* ℥j. *troch. alb.* ℥ß. *sal. gem. macis* ana ʒiß. *sp. vin.* q. s. F. Extr. *Vid. corp. ph. p. 741. a.*

Extractum Diapœoniæ *Mindereri.*

℞. *Rad. & sem. excort. pæon.* ana ℥ß. *ostrut. enul. zed.* ana ʒij. *dict. alb. cal. arom. cort. citri sicc. sem. dauc. cret.* ana ʒiß. *apii nuc. mosch. rad. doron. castor.* ana ʒj. *spec. diambr. in compl.* ℈ij. *fol. rut. sicc. meliss. hort.* ana mß. *fl. lil. conv.* P. ij. *visc. q.* ʒiß. *ung. alc.* ℈ij. *sp. vin. rectif.* q. s. inf. per trid. vase vitreo clauso in loc. cal. filtr. & in M. B. abstr. & F. Extr. in aff. cereb. & uteri *Vide corp. ph. p. 712. a.*

Extractum Polychrestum *Minsichti.*

℞. *Aloes rosatæ, Fol. sen. elect.* ana ℥iiij. *Hemodact. alb. Turbith. alb. & gum Jalappæ,* ana ℥iij. *Hellebori nigri, Mechoacannæ, Troch. Alchandal.* ana ℥ij. *Gum. Peruviani, Myrrhæ rub. Mastichis elect. Ammoniaci, Sagapeni, Opopanacis, Sarcocollæ,* ana ℥iß. *Agarici Trochiscat. Bacc. Ebuli exsicc.* ana ℥j. *Myrob. Citrinorum, & indor. Polypodii querc. Epithym. opt. Sem. Cymini, flor. Stœchad. Arab.* ana ℥ß. *Castorei veræ, Spicæ indicæ, Caryophyllor.*

ana

ana ℥ij. Mixta extrahantur l.a. op. Sp. vin. & f. justæ consistentiæ Extractum pro pilulis nostris polychrestis.

Vocatur polychrestum, quod ad multos affectus corporis præter naturam sit utile, & omnes humores purget. Dosis à ℈ß. ad ℈j. per se vel cum aliis Catapotiis mixtis. Acuitur cum Scammonio nostro rosato. *Vid. corp. ph. p. 743. a.*

Extractum Pulmonum *Schrœderi.*

℞. *Pulm. vulp. incid. in frusta minutiss.* ac adde *herb. veron. hyss. scab,* ana m ß. *Sem. anis. fœn.* ana ℥j. coq. in phiala capaci bene occlusa in m. B. ferventi hor. 7. vel 8. donec pulm. in liq. red. f. hinc cola colaturamque in spissa add. *sacch.* q. pl. ad consist. extracti. *Vid. corp. ph. p. 719.*

Extractum Rhabarbari *juxta Le Mery.*

℞. *Rhabarbari opt.* ℥vj vel ℥viij. contunde ac calidè macera per horas 12. in *aqua Cichorii* q. s. ad quatuor scilicet digitorum eminentiam; parùm ebulliat, hinc liquorem per pannum trajicito, in eadem aquæ Cichorii quantitate magna residuum macera, infusionem cola, & fortiter exprime; Imprægnationes misce, & residere permitte; filtra & evapora humiditatem in vitreo vase igne arenæ satis lento, quousque resederit, materia mellis spissi consistentiâ, & id dicitur extractum Rhabarbari, quod in olla servandum est. Datur à granis x. ad ℈ij. forma pilularum vel aqua Cichorii dilutum, ad Hepatis lienisq; morbos, adstringendo purgat. *Vide corp. ph. p. 722. a.*

Extractum Diasenæ *Minsichti.*

℞. *Fol. Sena elect.* ℥iiij. *Rad. Jalappæ, Polypodii*, ana ℥ij. *Agarici alb. Hellebori nigri præp. Rhabarb. elect.* ana ℥j. *Sem. fœniculi* ℥ß, *Cinamomi, Schœnanth.* ana ℨij. *Zingib. alb. Zedoariæ* ana ℨj. Macerentur in s. q. aq.

in

In tepido calore, tum decantetur aqua & affundatur nova, donec tota virtus sit educta; tum evaporentur secundum artem ad mellis crassitiem, cui misce *Ol. Anisi & Caryophyll.* ana ℈j. Et f. Extractum.

Est purgans utilissimum in omnibus constitutionibus, præsertim Melancholicis, &c. Dosis à ʒj. ad ℈iiij. *Vid. corp. ph. p. 740. a.*

Extractum Theriacæ *simplex & Alkolisata ex Schrœdero,*

℞. *Theriac. Androm. opt.* extrahe s. a. tincturam cum *aqua vitæ juniperina* vel ∇ ex *typhis Cervinis*, vel simili ∇ *Bezoardica* sive *Theriacali*. Decantatas tincturas destilla, ad remanentiam essentiæ Theriacæ, in consistentiam Mellis, quam serva pro usu, titulo Extracti Theriacæ simplicis, vel adde *Sal ex incinerata remanentia* elixiviatum, sub nomine Extracti seu Essentiæ Alkolisatæ. *Vide corp. ph. p. 702.*

Extractum *dictum* Theriaca Cœlestis *Greiffiana.*

Quercetanus, cum Theriacam hanc non ex omni parte edidisset absolutam, ansam præbuit *Greiffio Würtenbergensium Chymico*, ut non solùm alia superadderet ingredientia, sed & ipsum præparandi modum nonnihil corrigeret, sequentem in modum: Ingredientia in *septem* redegit *classes*; in *quarum* PRIMA locavit: ℞. *Pulp. scillæ* ℥vj. *Allii* ℥ij. *Viperarum præparat. Serpent. nostr. phil. ppt. Opii* cum aceto extr. aa. ℥vj. *Myrrhæ* in aceto solut. *Croci* cum Spir. vini extr. aa. ℥ij. In SECUNDA: *Castorei* ℥j. *Piperis longi* ℥vj. *Cinamomi acutiss.* ℥iij. *Acori, Cassiæ lign. ver. Piperis albi, nigri. Schœnanthi, Spicæ indicæ, Stœchad. Arab. Zingib. alb.* ana ℥iß. *Cardamomi, Carpobalsami, Cubebar. Galangæ, Caryophyll. Macis, Spicæ celtic.* aa. ℥j. *flor. rosar.* ℥iij. *Hyperici, Centaurei, Calendulæ.* ana ℥j. *Baccar. Juniperi, Lauri, Paradisi, Myrobal. Chebul. Em-*

blic

blic. ana ℥v. *Herb. Card. bened. Dictam, Cret. Galegæ Rutæ, Scord. Cret. nostr.* ana ʒiij. *Abrotani Chamædr. Chamæpith. Calaminth. montan. Marrubii, Origani, Polii cretici, Rorismarini, Scabiosæ* ana ℥j. *Majoran. mari veri* ana ℥ß. alii ana ℥v. *Ligni aloes, Asphalti, Santali citr.* ana ℥ß. *Radic. Angelicæ, Zedoar.* ana ℥iij. *Aristol. rot. Cardopat. dictam. albi, Gentian. Imperator, Petasit. Pimpinell. Serpentar. Scorzoner. succisæ, Tormentillæ Valerianæ, Vincetoxici,* ana ℥ij. *Aristoloch. long. Asari, Cyperi rot. Contrajerv.* ana ℥j. *Cruciatæ. Enulæ camp. Irid. flor. Meu Pentaphylli, Phu pont. Rhabarbari, Agarici* ana ℥j. *Semin. Napi sylv. Cardui bened. Citri* ana ʒij. *Dauci Cret. nasturt. Hyperici, Rutæ, nasturt. alb. Aquileg. Ammeos, Ammomi racemos. Anisii torrefacti, fœnic. Cret. Petrosel. Seseleos* an. ʒj. IN TERTIA: *Succi liquirit.* ʒiij. *Asphalti, Acaciæ, Hypocistid.* ana ʒj. *Olibani* in granis, *Sagapeni, Sandarac.* aa. ʒj. *Galbani, Mastich. Opopanac.* ana ℥ß. *Camphoræ* ʒij. IN QUARTA: *Terræ sigillat.* ʒß. *Gummi Arabic. C.C. Phil. præparat.* ana ʒj. IN QUINTA: *Olei nucis Mosch. expr.* ʒiij. *Resin. Styrac.* ʒj. IN SEXTA: *Ol. still. Caryophyll.* ʒiß. *Succin.* ℥ß. *Terebinth.* ℥iß. *Vitrioli correct.* ʒj. IN SEPTIMA; *Balsami Peruv.* ℥iij. Contusis contundendis omnia l a. misceantur per minima, & in massam redigantur, ex qua beneficio menstrui extrahatur quinta Essentia, quæ inspissata, cum sequentibus iterum misceatur, utpote *Serpent. præparat.* ʒvj. alii ℥j. *Corall. matr. perlarum, ocul. cancr. Perlar. Or. Phil. præparat.* ana ℥ß. *Chrysoliti granat. Hyacinth. rubini Smaragd.* s.a. præp. aa. ʒiij. *Bezoar. or. Occident.* ana ʒiiß. *C. alcis phil. præp. Oss. de cort. C. phil. præp. Terræ sigill. Siles. Turcic. Unicorn. foss. ver.* ana ʒiß. ⊖ *corallor. matris perlar. ocul. cancr. perlar. or. Bezoard. animal. Mineral. Galeridæ C. C.* ana ʒij. *Ambr. grys. Liquidæ* ana ʒj. His ex

ingre-

ingredientibus D. Waldschmidt *Hannoviæ* præparare vidit Theriacam cœlestem à Dom. *Heræo* pharmacopœo & Chymico industrio.

Menstrua solutionibus & extractionibus destinata & idonea aliis sunt *Spiritus vini*, *Acetum*, *Aqua*, *oleum & Spiritus Veneris.* *Vid. corp.ph. p. 705.a.*

Theriaca Cœlestis *Hoffstadiana.*

Hujus ingredientia *in quatuor classes* & *certos* distinxit *Ordines*: v.g.

EX CLASSE PRIMA ORDO PRIMUS è Regno vegetabili.

℞. *Radicum Angelicæ, Zedoar. Aristol. rot. ver. cardopat. dictamn. alb. Gentian. alb. Imperator. Petasit. Pimpinell. Scorzon. ver. Hisp. succisæ s. morsus diaboli, tormentill. Valerianæ, Vinceto, Aristoloch. l. Asari, Cyperi rot. Contrajerv. Cruciat. Galang. Enul. camp. Irid. flor. Zingiber, Meu, Pentaphyll. Rhapontici Rhabarb. opt. Acori, s. Calam. arom.*

ORDO SECUNDUS.

℞. Ex herbis *Card. Bened. Dictam. or. Galegæ, Rutæ, Scordii cret. Nostrat. Schœnanthi, Abrotani, Chamædr. Chamœpith. Calamenth. Marrub. Origani, Polii cret. Rorismarini, Salv. min. Scabios. Majoran. Mari veri.*

ORDO TERTIUS.

℞. *Florum Spicæ Celtic. Stœchad. Arab. Spicæ indic. Rosar. Hyperici, Centaur. Calendulæ, Croci or. cum Menstruo volatili Thomsoni extract. Macis.*

ORDO QUARTUS.

℞. *Ligni Aloes, Asphalti, Sandali Citrin.*

ORDO QUINTUS.

℞. *Succi radic. Liquirit. Opii* ad mentem *Langelotti* correcti & depurati.

ORDO SEXTUS.

℞. *Bacc. s. fruct. Juniperi, Lauri, Herb. Parid. Piperis longi, albi, nigri, Cardamom. exc. Carpobals. Cubebar. Caryophyll.*

ORDO SEPTIMUS.

℞. *Cortic. Cinamomi, Cass. Lign. Costi veri.*

ORDO OCTAVUS.

℞. *Seminum Buniadis, s. napi sylv. Card. bened. Citri excort. sem. Aquileg. Ammeos, Amomi, Anisi, Dauci Cret. Hyperici, Rutæ, Sesel. s. siler. mont. Thlasp. s. Nasturt. alb.*

ORDO NONUS.

℞. *Ex gumm. Myrrhæ* singulari menstruo solut. *Olibani, Sagapeni, Sandarach, Aspalathi, Galbani, Mastich, Opopanac. Arabic. Resin. Styracis, Camphoræ.*

ORDO DECIMUS.

℞. *Olei Nucist. Caryophyll. Nuc. moschat. dest. Succini.*

ORDO UNDECIMUS.

℞. *Spir. Terebinth.*

ORDO DUODECIMUS.

℞. *Bals. Peruv.* in Menstruo quodam volatili & oleoso solut.

ORDO XIII.

℞. *Trochisc. de Scilla.*

ORDO XIV.

℞. ⊖ *volat. cochleariæ, Tartari, Magister, corall. solut.* ⊖ *Corallorum, Corall. præparat.*

CLASSIS II.

Continet ex regno animali *Trochisc. Viperin. Serpent. nostr.* Phil. calcin. *Matr. Perlar. Lapill. Cancror.* fluv. *Castor.* cum Spir. alcalisat. ad normam *Cl. Wedel.* extr. *CC. Phil. calcin. Perlar. Or. Sal. Matris Perlar. Margarit. Lapill. Gamar. Galreda CC. Bezoar. or. Occident. Magister. solub. Matris perlar.. Perlar. Or,* ⊖ *vol. C.C.*

CLAS-

CLASSIS III.

Ex Regno Minerali.

℞. *Spir. Vitrioli, Terr. sigillat. Siles. Turcica, Lap. Chrysolith. Granat. Hyacinth. Rubini, Smaragdi* ana præp. *Magist. solub.* Horum Lapidum ⊖ *vol. succini.*

CLASSIS QUARTA.

Composita tradit ingredientia. *Specif. Cephal. D. M. Bezoard. minerale. Bezoard. animale ex serpent.*

Ex omnibus his ingredientibus sequentem in modum conficitur modo Hoffstadiano Theriaca Cœlestis.

I. Sumitur *Pulpa Scyllæ*, vel ejus loco Trochisc. de Scylla, grosso modo pulv. q. s. infund. in menstruo quodam, ex *spir. vini* rectificatiss. accedente sale Alcalico manifesto, ut menstruum à phlegmate probè depuretur, & penetrantiores acquirat vires. II. *Trochisci de viperis*, simili modo in pulverem redacti, proprio menstruo infundantur; quæ infusio bis vel ter reiteranda. III. *Serpentes* nostri *Philos. sunt præparand.* juxta methodum chymicorum, ut à venenata malignitate liberentur. IV. *Opium* juxta methodum *Langelotti* corrigendum, & ad consistentiam mellis inspissandum; Tantum verò sumitur Opii, quantum ad basin constituendam sufficit. V. *Myrrha* selecta non aceto, sed singulari itidem menstruo idoneo ad dissolvendas partes resinosas, extrahenda. VI. *Crocus optimus & Orientalis* menstruo volatili juxta *Thomsonum*, extrahendum, & in Extractum molle redigendum. VII. *Castoreum Spiritu alcalisato* ad mentem *Cl. Wedelii* extrahendum. VIII. *Aromata omnia* in pulverem redigenda, & *menstruo spirituoso valdè volatili*, reiterata sæpissimè infusione, extrahenda. IX. *Vegetabilia omnia* seorsim extrahenda sunt, ut particulæ oleosæ, resinosæ, & volatiles elici queant. X. *Succi per se*

infundendi ſunt in menſtruo, ex *vino malvatico* facto. XI. *Gummata* per ſe leni igne ſolvenda ſunt, minori tamen quantitate addenda, ne vires Opii obtundantur. XII. *Camphora* per ſe *Spiritu Theriacali*, vel oleo quodam deſt. ſolvenda. XIII. *Gummi Arabicum C.C. Phil. calcin. & Terra ſigill.* ob mucilaginem ſuam certo quoque menſtruo extrahenda. XIV. *Oleum Nuc. Moſch.* lento igne ſolutum, reliquis oleis deſtillatis cautè admiſcendum. XV. *Reſina Styracis oleoſo* quodam *menſtruo* ſolvenda. XVI. *Olea deſtillata*, & Spiritus ſ. a. admiſcenda. XVII. *Balſamum Peruvianum* ſeu Indicum verum, oleis deſtillatis probè diſſolutum, maſſæ ſucceſſivè affundendum. XVIII. Poſtquam ſic ex modo recenſitis ingredientibus intra 14. dies appropriatis menſtruis vires extractæ ſunt, atque ſub prælo expreſſæ ingredientia, tùm reiteretur infuſio, novo menſtruo affuſo tertia vice. XIX. *E*t tandem, cum omnium vires probè ſunt extractæ, infuſiones ſingulæ filtrentur, & conjungantur, atque in M.B. ad medietatem abſtrahantur. XX. Quoniam verò ex ſimplicibus nonnullis omnes vires modo dicto extrahi haud poſſunt, hinc phlegmate quodam hoc præſtandum, quæ extractio filtrata, in *E*xtracti mollis conſiſtentiam redigenda, quod abſtracto Spiritu Theriacali iterum ſolvendum, filtrandum, & ſolutioni priùs factæ addendum. XXI. Tandem ex remanentibus ſpeciebus, ſive capite mortuo exſiccato inque cinerem redacto, Lixivium, & ex hoc ſal. cryſtallinum conficiendum abſque ſulphure. XXII. Abſoluta itaque infuſione, expreſſione, filtratura, deſtillatione, inſpiſſatione, ſolutione, & ſalificatione in maſſam redigantur, omnia addito ſpiritu volatili; aqua Theriacali prolecta & ſale. XXIII. Opium etiam ſeorſim ſolutum, inſpiſſe-

ſpiſſetur & reliquo extracto jungatur. XXIV. Omnibus ſic optimè ſibi invicem commixtis & agitatis facienda eſt maſſa mollior, quæ Theriaca benedicta vocatur; ut verò hæc cœleſtis Theriacæ nomen acquirat, ſequentia ſunt addenda: XXV. Serpentes noſtri recto tempore collecti, & in umbra ſiccati ſine cute, capite, cauda, & inteſtinis. XXVI. Bezoardicum animale juxta Schrœderum rite præparatum, & in ſubtiliſſimum pulverem redactum. XXVII. Galredæ C. C. loco, C. C. Philoſ. præparatum. XXVIII. *Specificum Cephalicum* ex præparatis & non ex Magiſteriis compoſitum, cum Cinnabari ex ♄. XXIX. *Bezoar. Oriental.* & *Occidentalis*, item *Magiſteria ſolubilia* corallorum. Matris Perlar. oculor. cancr. Perlar. Or. Chryſolythi, Rubini, Granati, Smaragdi, Hyacinthi. XXX. *Salia volatilia* CC. ♀i, Succini & cochleariæ, juxta *Cl. Wedelium* elaborata. XXXI. Oſſa de corde Cervi, terra ſigill. Sileſ. & Turcica, Unicornu foſſile ac verum, in pulverem ſubtiliſſ. redacta. XXXII. *Ambra gryſea* Spiritu aliquo ſoluta. Ex omnibus his rite præparatis & certa quadam ἐγχειρήσει in maſſam redactis, evadit extractum admodum compoſitum, vulgò Theriaca cœleſtis dictum. *Vid. corp. ph. p.* 707. 709. *a.*

Extract. Theriaca Cœleſtis *Extemporan.*

℞. *Extracti Angelicæ, Imperator. Gentianæ, Ariſtol. rot. Tormentill. Calam. arom. Zedoar. Cardui bened. Rutæ, Scordii*, aa. ℥ß. *Croci, Myrrhæ*, aa. ℥j. *Caſtorei* ʒij. *Opii* ℥vj. *Bezoar. Or. C. C. Phil. præp. Cinab.* ♄ *præp.* aa. ʒvj. *Succini præp.* ℥ß. 🜔 *Macis, Nucis Moſch. deſt. Angelic. deſt.* aa. ʒj. *Camphoræ* ʒiij. Ex omnibus his ritè commixtis fiat Theriaca Cœleſtis, reliquis ob incertitudinem doſium tàm, quàm & ingredientium farraginem longe anteferenda. *Vid. corp. ph. p.* 711. *a.*

Extractum Specificum Uterinum *Mi fichti.*

℞. *Bacc. Sambuci* exſicc. *Chamaactes* ana ℥iiij. *Rad. Pæoniæ*, debitè coll. *Artemiſiæ rub. dictam. alb. Bryoniæ*, ana ℥ij. *Viſci quercini*, *Sem. Ameos*, *Herb. Pulegii*, *Meliſſæ rec.* exſicc. *Caſſiæ ligneæ*, ana ℥j. *Croci Or. Caſtor. ver.* ana ℥ß. Miſce & extrahe cum *Spir. vini* tincturam & ſepara ſpiritum ad remanentiam extractorum, poſtea adde: *Sang. porcæ* in clibano exſiccatæ, & cum *aq. Hyſteric. præp.* ℥ß. *Bezoard. Jovialis* ℨij. *Mag. Jov. Anglic. Matris perlar. Corallorum*, ana ℨiß. *Ol. Antophyllorum*, *Angelicæ*, *Succini albi*, *Aurantiorum*, ana ℨj. Denuò miſce & fiat Extractum, quod ad uſum reſerva.

Non habemus Uterinum ſecretius; quia in ſuffocatione matricis, ubi omnia irrita & quaſi deſperata ſunt, eſt medicina ſaluberrima. *Vid. corp. ph. p. 718. a.*

F.

Fæcula Radicis Ari.

℞. *Radicum Ari ſucculentarum*, à ſordibus atque externa pellicula liberatarum quantum libet; Minutim inciſæ & contuſæ ex ſacco lineo, ſub prælo fortiſſimè exprimantur, & ſuccus expreſſus in vaſe vitreo, vel fictili vitreato; in loco frigido reponatur, ut pulvis albiſſimus ſubſideat, à quo liquor ſupernatans per inclinationem ſeparetur, fæcula verò remanens in umbra exſiccetur.

Ad humores tartareos ac tenaces diſſolvendos duritiem & obſtructiones viſcerum reſerandas adhibetur. *Vid. corp. ph. p. 1. b.*

Fæculæ Bryoniæ, Ireos &c.

Charas parum fæculas exiſtimat, & nos eis carere ſatius eſſe inquit, quam earum præparatione tempus tere-

terere. Consentit *Zvvelfferus*, eas planè è foro Medico excludens. Devenio inquit, ad fæculas, inutile & effœtum medicamenti genus, de quibus meam sententiam veris rationibus firmatam jam pridem præmisi. An enim quispiam, qui mente sibi præsens, crediderit, Radicem aliquam succo suo per expressionem orbatam & siccam, efficaciorem fore radice integra sua virtute adhuc gaudente, succoque suo in se per exsiccationem concreto? Fœcula ergò nihil aliud est, quàm subtilior non virtutis, sed corporis seu radicis saltem pars, quæ dum per sacculum linteum contusa & raspata radix exprimitur, una cum succo transfluit, postea verò succo suo per effusionem & decantationem privatur & totaliter orbatur: iisdem autem & non minori relicta minoribus ab expressione radix virtutibus gaudet, quæ tamen abjicitur tanquam succo suo orbata, & consequenter viribus jam exhausta radix esset. *Vid. corp. ph. p. 1. b*

Flores Antimonii.

℞. *Antimonii selecti* ℔j. Tere in subtilem pulverem, & ex vase terreo in aludel, sive ollas artificiosè sibi incumbentes, sublima s. a. applicato supernè alembico rostrato, dando ignem moderatum, ne Antimonium fluat, ac flores diversi coloris separatim colligantur & serventur.

Sequenti methodo citius florum copia habetur.

℞. *Retorta tabulata*, oblongo & lato collo prædita, cui candefactæ injiciatur per vices, *Antimonium pulverisatum* singula vice circiter ℥ ij; tùm materiâ liquefacta, flores exsurgentes folle propellantur in recipiens, per foramen in extremitate retortæ factum, ut follis penetrare queat, & si fumus cessat, nec amplius propelluntur flores, tum de novo injiciatur

 anti-

antimonium, & procedatur uti prius; Et hic labor tàm diu reiteretur, donec sufficiens habeatur florum quantitas.

Hac verò methodo omne antimonium in flores cogi potest paucissimis restantibus partibus terreis. Ignis tamen sit satis validus, alias enim vix ascendent flores. *Vid: corp. ph. p. 3. b.*

Flores ex Antimonio crudo vel Regulo.

Immittatur ♁ *vel ejus Regulus* retortæ bicornutæ, sine ulla rerum aliarum admixtione, solo ab altera parte præmisso recipiente, non arctè tamen agglutinato, ut spiraculum relinquatur. Et postquam omnia in furno accommodata, Antimoniumque, igne paulatim substrato, in retorta prædicta fusum fuerit; folliculo per rostrum, recipienti suppositum, paulatim insuffletur; & illicò flores Antimonii ubertim, per canalem in vas recipiens prorumpunt. Hoc tamdiu folle insufflando, continuando, quoad omnes flores, pro maxima Antimonii parte pulsi fuerint; qui tandem è recipiente eluendi, ac per repetitam sublimationem rectificandi sunt.

Ægrè tamen absque additamento flores dimitti *Charas* asserit, nisi accuratissimum accesserit regimen ignis. Cum verò felicius succedat operario materiæ cujusdam extraneæ additione, ad prohibendam Antimonii fusionem, hinc partium hujus admiscere juvet duas vel tres partes arenæ ac ejus mixturæ circiter ℥ß. per tubulum retortæ injicere præcipit; donec sic sensim omnis pulvis injectus & flores egressi sunt vel per se, vel ope follis. Si absque flatu follis flores libere elevari permittuntur, id quod tamen tardiùs procedit ascendunt flores varii coloris, qui omnes seorsim sunt asservandi. *Vid. corp. ph. p. 3. b.*

Flo

Flores Antimonii juxta Schrœd.

℞. ♁ *Crudi triti.* q. v. pone *in cucurbitam fictilem*, quæ in 🜄.m ponatur ſatis profunde: Cucurbitæ adapta alembicum cœcum vel roſtratum cum excipulo, aut ſi mavis connectas ollas aliquot (Num. iij. vj. vel plures,) ſeſe invicem excipientes: Ignem gradatim admove, ne ſit nimium fortis, nec debilis nimis. Si enim fortior ſit, funditur Antimonium, nec ſublimatur; ſin verò debilior, non aſcendunt flores. Si △m rexeris, colliges triplices flores, albos, flavos, & rubros; Phlegma Antimonii in appoſitum excipulum colligi poterit.

N. 1. Feliciùs ac compendioſiùs proceditur: *Primò* ſi cucurbita tubulum ſeu canalem in latere habeat, per quem Antimonium tritum paulatim per vices (ſingulis horis parum,) in cucurbitam, (gradatim ignitam,) injiciatur. Liqueſcit enim ſtatim ♁ abitque ferè penitùs in flores. *Secundò*, ſi cucurbita oblique fornaci imponatur, ut tubulus perpendiculariter aſcendat. *Tertiò*, ſi in anemio ſublimatio inſtituatur, ac *Antimonii* ℥ij. *Arenæ* ℥iij. admiſceantur. Alii admiſcent *carbones contuſos*, eliciuntque Sulph. remanente in fundo materia cœrulea, in qua ☿ Antimonii. *Quartò* alembici vertex foraminulo fit pervius; Et hoc probè notandum eſt, niſi ſine fruſtrari velis. *Vid. corp. ph. p. 3. b.*

Flores ♁ Compoſiti *juxta Le Mery.*

Pulveriſa & miſce accuratè *nitri vulgaris* libris quatuor *antimonii* libram unam, hanc mixturam inde retortæ fictili, vel vitreæ luto obductæ cujusque pars dimidia vacua remaneat; Colloca hanc in fornace reverberii, ipſique recipiens amplum adapta; Commiſſuræ accuratæ luto agglutinentur, ac adhibe

 ignem

ignem lentum initio, ut incalescat retorta, quem gradatim auge, videbis flores rubros egredientes, ac in recipiens se recipientes, ignem continua, quousque nulli amplius egrediantur; quod dignosces commissuram luto liberando, recipiensque removendo; collige hos flores, eosque serva *magis emetici sunt praecedentibus*, ad eosdem usus exhibentur à 2. granis ad 4. in tabellis vel liquore convenienti. Vid. corp. ph. p. 5. b.

Flores ♂ Martiales *Quercetani.*

℞. *Reguli stellat. atque* ✱ (à ♂ ter sublimat.) an. sublima bis terve; hinc edulcora & exicca, tandem denuò *à colchotare* tertiò eleva.

Vires: Purgant blandè, conferunt ad omnes febres intermittentes. Dosis aliquot gr. ex mente *Basilii*. Flores hi cum ✱ sublimati, & nondum ab eodem edulcorati, resolvuntur in liquorem magnarum virium in vulneribus. Vid. corp. ph. p. 6. b.

Flores Benzoini.

℞. *Benzoe* tritum, & cum æquali *arenæ* parte mixtum, ollæ rotundæ impone, cujus orificium duplici charta emporetica, convoluta in modum pyramidis, vel manicæ Hippocratis claude, postea igne ad sublimationem idoneo supposito, flores niveos sæpius collige. In promptu verò sint aliquot pyramides ex charta emporetica, quo remoto uno, alter citò adaptari, & ex illo flores serici albi instar splendentes amoveri & colligi queant. Vid. corp. ph. p. 7. b.

Flores Benzoini *per destillationem facti.*

℞. *Benzoi pulv.* ℔j. *Spir. vini opt.* ℥ix. Destillentur per retortam ex arena, & Spiritus vini primo exit seorsim, quem sequitur liquor crassus instar butyri; hujus

hujus partem primam & albidiorem ſolve in aqua fervente & citiſſimè per chartam cola. Sic ſub manibus flores coagulari videbis. Cum nigriori butyri parte eodem modo procedes, ſed flores non ita elegantes, ac priores. Aquam reſiduam in ſuo vaſe aquæ frigidæ impone, & ſenſim deſcendat lac album, ejuſdem cum floribus virtutis. Si poſt butyrum egreſſum labor ulterius continuatur, exit *oleum Benzoi*, cum *cineribus*, vel cum *Spir. vini* rectificandum.

Vires florum ſunt pectorales, difficili reſpirationi, à craſſis pulmonibus impactis humoribus conducibiles. Doſis gr. v. ad ℈j. Odoriferis permixti halitum ſuavem edunt. *Vid. corp. ph. p. 8. b.*

Flores Benzoi *juxta Ph. Nor.*

℞. *Benzoes pulv.* q. l. Miſce cum *ſabulo*, ac eis imple retortam ad medietatem, deſtilla gradatim ex arena, & exibit liquor ſeu oleum inſtar butyri.

℞. Hunc *liquorem cum oleo*, adde *aquæ pluviæ* q. ſ. deſtilla ex cineribus per alembicum, & extillabit oleum clarum. Poſtquam pars media aquæ extillavit, extinguatur ignis, effundaturque materia, in cucurbita relicta in lebetem æneum, calefiatque optimè ſuper igne, affuſo ſubinde aquæ calidæ quadruplo; hinc filtretur per pannum, filtratum reponatur ad cryſtalliſandum, tum collectos flores exſicca leni calore. *Vid. corp. ph. p. 8. b.*

Flores Biſmuthi, *modo Le Meryano.*

Calcinetur *Biſmuthum* eodem modo, quo plumbum. hinc permiſce hanc calcem ſimili quantitate *Salis armoniaci*, fiat ſublimatio in modum ſublimationis ſtanni, habebis flores, quos ſolve-

re in aqua poteris, ac præcipitare beneficio ſalis armoniaci, vel *olei Tartari*. Vid. corp. ph. p. 16. b.

Flores Jovis *juxta Le Mery*.

℞. *Stanni* partem unam, *Salis armoniaci pulveriſati* partes duas, miſce ea exacte, & mixturam hanc impone cucurbitæ figulinæ, quæ vim ignis ferat, ita, ut tertia ejus pars ſolùm plena ſit, adapta ei capitellum cœcum, commiſſuræ exactè luto agglutinentur, ac colloca tuum vas in fornace exigua craticulis ornata, igne patenti, ita tamen, ut ignis non tranſpiret niſi per ſpiracula, de ea re obturanda eſt pars fornacis ſuperior lateribus & luto, relinquendo ad latera foraminula quædam. Requiritur etiam, ut cucurbita fornacem ingrediatur ad tertiam uſque partem altitudinis ejus vel circiter. Adhibeatur primo ignis exiguus, quem pedetentim augebis, quouſque candeſcat cucurbitæ fundum; eodemque greſſu procedes, donec nihil amplius aſcendat: quod ex capitelli refrigeratione dignoſcetur, & tunc perfecta erit ſublimatio. Permitte refrigerari vaſa, tunc lutum remove, reperies flores, qui nihil aliud ſunt, quam quædam ſtanni particulæ, à ſale armoniaco elevatæ, adhærentes capitello, & ſuperiori cucurbitæ parti; in fundo verò invenietur ſtannum redivivum. *Vid. corp. ph. p.* 14. *b.*

Flores Jovis vel Stanni *alii Le Mery*.

Habeto ollam terream vernice non illitam, quæ in media altitudine ſua foramen habeat cum ſuo obturamento, collocetur olla in fornace debitæ magnitudinis ac figuræ, quam ingredi ad foramen uſque poſſit, præſta, ut beneficio laterum & luti ignis non tranſpiret, ſuperiori parti adapta tres aludellos vel ollas terreas perforatas vel ſine fundo, hiſque impone

pone capitellum cum recipiente ; luto commissuræ probè agglutinentur,& in fornace validum ignem accendito , ut candescat pars ollæ intra eam existens, hinc permisce ℔j. *stanni*, ℔ij. *nitri purgati*; cujus mixturæ cochlear unum conjice per ollæ foramen , idque obtura, paulò post fiet detonatio ; quâ factâ conjice aliud cochlear , sicque continua usque quo tota mixtura sit insumpta, sine vasa refrigerari ; ac in recipiente reperies paucum spiritum nitri,& circa aludellos flores stanni albissimos, penna eos collige , ac aqua fontana multoties elue, siccatosque super papyro in umbra, serva in phiola. In fucis utiles sunt ; ex iis pomatis unguentis vel liquori permixtis, egregium fit album. In inferiore olla invenietur calx stanni, parti fixæ nitri permixta , ebullire ea debet, in aqua lavari & siccari , qua potest quis uti in unguentis desiccativis parandis. Vid. corp. ph. p. 15 b.

Flores Nitri *Minsichti.*

Solve *nitrum præparatum* in *aq. Rosarum*. Postea inde ollæ novæ non vitreatæ & pone in loco frigido , per aliquot dies, donec flores nitri pertranseant , & parietibus ollæ externis adhæreant ; qui deinde pede leporino diligenter abstergantur & ad usum, sine ulteriore præparatione serventur.

Febribus Hungaricis & aliis malignis & ardentibus singulariter conducunt ; Omnes inflammationes compescunt; Faucium scabritiem , confiniumque partium æstum, præsertim quando nigrescere incipiunt , citissimè tollunt. Dosis à ʒß. ad ʒj. in vehiculis appropriatis. Vid. corp. ph. p. 9. b.

Flores Salis armoniaci *simplices.*

Sal Armoniacum s. q. *aquæ calidæ* solvatur & filtretur ; postea in locum frigidum reponatur , & flores

res in aqua ſubſidentes exſiccentur, liquor verò remanens pro ulteriori florum collectione per exhalationem concentretur.

Præter virtutem Diaphoreticam in febribus inprimis proficuam etiam hypochondriacis utiliter uſurpatur. *Vid.corp. ph. p.8.b.*

Flores ✱ci ♀ſati *ſive Compoſiti.*

℞. *Salis armon.* pulch. ⊖ *Tartari* an. ℔ß. vel q. ſ. Pulveriſata miſce & in cucurbita humili in arena locata deſtillationem inſtitue, ſic primò aſcendit Spiritus ✱ci urinoſus, quem tunc ſequuntur flores copioſiſſimi, qui cucurbitæ orificium ſenſim replent: Verſus inferiora verò magis compactum ſal adponitur. Poſt peractum opus flores ſubtiliores ſeorſim aſſerventur. Quoad vires præbent antifebrile ſalis conſpicuum. Doſi gr. v. ad ℈ß. Vid. corp. ph. p.8.b.

Flores Salis Armoniaci *Compoſiti* *Le Mery.*

Pulveriſa ac commiſce accuratè & anaticè *Sal armoniacum* pulveriſatum cum *ſale marino decrepitato*, hanc mixturam cucurbitæ figulinæ indito, cui arenæ impoſitæ adaptato cœcum capitellum, ſub initio ignem lentum adhibeto, eumque pedetentim augeto, quouſque videas aſcendere ſal armoniacum ſub farinæ forma, quod capitello & cucurbitæ ſuperiori parti adhærebit: quouſque nil amplius aſcendat, ignem continuato, hinc vaſa refrigeſcere permittito, leniter capitellum removeto; penna flores colligito, quos in phiala probè obturata ſervabis iiſdem cum armoniaco ſale viribus pollent, ſed doſis minor eſt à granis ſcilicet 4. ad 15, *Vid. corp. ph. p.9. b.*

Flo-

Flores 🜍 *ſimplices.*

℞. *Sulphuris communis* in fruſta confracti ℥ij. Injice in cucurbitam terream vitreatam, & impoſito alembico vitreo ex arena ſublima, igne non nimium intenſo, ne ſulphur fluat; quod ita in flores ſublimabitur, qui repetitis ſæpè alternis alembicorum vicibus ſunt colligendi, & denuò ſulphuris ſubinde aliquid cucurbitæ immittendum, quouſque ſufficiens florum quantitatis collecta fuerit. In tuſſi, phthiſi & aſthmate inprimis laudantur. Vid. corp. ph. p. 10. b.

Flores Sulfuris ſimplices *juxta Le Mery.*

Sulphuris groſsè pulveriſati ℔ß. vel circiter in cucurbitam fictilem indito; hanc exiguo igne aperto admove, hinc ſuperpone ollam vel aliam cucurbitam inverſam, minimè vernice illitam, ita ut unius collum alterius collum ingrediatur: quaque dimidia hora tolle cucurbitam ſuperiorem, aliamque adapto: Sulphur etiam novum addito: flores cucurbitæ adhæreſcentes collige, ſicque perge, donec horum q. ſ. nactus fueris: ignem tunc remove, vaſaque refrigerari permitte, nil aliud in fundo remanſiſſe comperies præter paucam terram levem & inutilem.

Uſurpantur flores Sulfuris, in pulmonum ac pectoris affectibus, exhibenturque à granis 10. ad 30. ex tabellis vel opiatis, adduntur etiam unguentis contra ſcabiem. *Vid. corp. ph. p.* 10. b.

Flores Sulphuris albi.

℞. *Sal. nit. purificat.* q. v. liqueſcat in 🜍lo poſtea injice per vices *ſulphur. pulveriſ.* (ut in lapidis prunellæ præparatione) idque tàm diu, donec ſal nit. in ipſo igne coaguletur; Ignem poſtea

au-

auge, operculatoque ♃ bulo etiam △ supra accende, idque continua, horis duabus.

℞. Ergò hujus *Sal. nit. fixi* p. j. *Sulph. elect.* p. ij. Misce optimè & sublim. △ arenæ.

Vires Lacti Sulphuris viribus ac potestate æquivalent, *Sennert.* inst. Tenzel. Vid. corp. ph. p. 12. b.

Flores Sulphuris Benzoinati *ex Schræd.*

Fiunt duobus modis: vel sublevando alembic. omni hora, interea dum sublimantur *flores sulphur.* & in cucurb. ℥j. *pulv. Benzoini* projiciendo vel collocando flores jam factos in patinam terream vitreatam, in cujus medio scutella terrea promineat, cui inditur ferrum incensum igne, moxque injiciuntur particulæ Bezoini, contegitur patella, ut fumus flores reverberet, sicque iteratur ferri accensio, & Benzoini projectio; donec sit satis, quo facto teruntur flores sulph cum floribus Benzoini aggregatis, servanturque tanquam odoris jucundi, majorumque virium, Vid. corp. ph. p. 12. b.

Flores Sulphuris Corallati *ex Schræd.*

℞. *Corall.* ℔i. *Fl. Sulphur.* ℥iv. tere minutissimè & misce; sublimaque & dictam ▽m profluentem seorsim primo collige, dein flores. Vid. corp. ph. p 12. b.

Floros Sulphuris Gummati *seu Myrrhati ex Schræd.*

℞. *Flor: Sulph: composit.* ut ante ℔ß. *Colchotar.* ℥v. *Sal comm. fusi* ℥v. *Myrrh. Alexandr. Thur.* an. ℥iij. *Aloe soccotor.* ℥iiij. *Mastich.* ℥iii. *Croc.* ℥ß. Omnia trita simul atque benè mixta sublima l. △, post horas aliquot exime flores, rursus alembico impone, △m continuando, per horas aliquot. (duodecim) *Vid corp. ph. p. 12. b.*

Flores Sulphuris Compositi *P. A. R.*

℞. *Florum Sulphur.* ℥ii. *Aloes hepaticæ, Myrrhæ selectæ*, an. ℥j. *Croci* ℈i. Terantur in pulverem subtilissimum, & serventur ad usum. In peste, præservationis loco, pleuritide, aliisque morbis conveniunt. Difficiles partus accelerat, suppressionem mensium restituit. Dosis à ℈ß. ad ℈j. *Vid. corp. ph. p.* 13. a.

Flores Sulphuris ⊖lati *ex Schræd.*

℞. *Sulphur. flaviss.* ℔i. *Sal. comm. fusi* & ⊖*oli calcinati* an. ℔ß. pulverisentur & misceanrur. F. Sublimatio ut dictum, dando initio lentum ignem, post aliquot horas (3. vel 4.) phlegma incipiet stillare & durabit per horas 4. vel 5. *Vid. corp. ph. p.* 14. *b.*

G.

Gargarismus de Acacia *Mins.*

℞. *Acaciæ opt.* & *rect.* ℥ß. *Nuc. Cupress. Balaustior. Malicorii*, an. ʒij. *Herb. Majoranæ, Hyssopi, Salviæ*, an. ʒiß. *Rad. Ireos flor. Aluminis*, an. ʒj. *Glandium, Rosar. rub.* an. ʒß. Bulliant in *vini rub.* & *aq. fol. quercin.* ana s. q. ad tertiæ partis consumptionem.

℞. *Mellis purissimi translucidi*, juxta modum præmissum ab heterogeneis partibus probè separat ℔ij. Cui immergantur *florum recent. rorismarini* conscissorum minutim ℥iß. *Folior. rorismarini recent.* & conscissorum ℥iiij. Immissæ alembico vel alicui alio vitro cerâ & vesica probè clauso, relinquantur diu in digestione, loco tamen moderatè calido, tandem adhuc calent Melle fiat colatura cum forti expressione. Me colatum usui asservetur. Cui tamen, si volup fuerit, idem pondus uti supra florum & foliorum rorismarini recent. infundi, digeri, & tandem al ipsis mel colatum reponi poteſt. Verùm ne quic quam deperditum eat, ac præfatum mel præstantius efficiatur, virtutibusque rorismarini amplius imprægnetur, accipe residuum ab infusionibus expressum rorismarinum, illumque affusa aq. simplicis s. q. coque, decoctum colatum leniter evaporare sinito ad ipsam mellis spissitudinem, quod priori colato melli rorismarini junctum illud præstantius in virtutibus, quamvis paulò terrestrioribus, haud tamen inutilius, efficiet. Hoc nativis Rorismarini virtutibus imbu

tui

tum Mel præstans est, Cerebro, Cordi & ventriculo roborando, flatibusque discutiendis, Colicis pariter ac uterinis doloribus, gutturi inferiori cum enematibus immissum, mitigandis. *Vid. corp. ph. p. 536. b.*

Mel Anthosatum *P. A. R.*

℞. *Mell. rosat. simp.* ad majorem spissit. coct. ℔iij. *florum. rec.* contus. Mvj. st. in inf. loc. cal. hor. 24. expr. & F. colatura. *Vid. corp. ph. p. 536. b.*

Mel Emblicorum *P. A. V.*

℞. *Myrobal. emblic.* no. 1. contund. mediocr. & coq. in ℔iiij. *aq.* ad. consumt. ℔ij. residuo colato & clarificato addatur *mell.* despum. tantundem & ad justam consistentiam coctio instituatur. *Vid. corp. ph. p. 537. b.*

Mel Menthæ *Zwelfferi.*

℞. *Aquæ menthæ odoriferæ* sine additione ex Balneo n. vaporoso still. ℔j. cui denuò *menthæ recentis odoratæ* ℔j. additâ ex Balneo n. vaporoso aqua destillando proliciatur, qua interim asservatâ odoriferâ, & spirituosa, accipe *Mellis purissimi* satis crassi, & legitimè uti supra edoctum, extracti ℔iiij. Cui immergantur *menthæ recentis* minutim conscissæ ℥x. vel ℔j. Factaque maceratione loco calido, vase probe clauso, septimana una circiter, fiat colatura cum forti expressione. Mel expressum interim asservetur. Jam verò ex residua mentha expressa, additis adhuc *menthæ recentis* ℔j. & *succi menthæ recenter expressi* & depurati ℔iß. Fiat cum s. q. *aquæ simplicis* affusâ, decoctum forte, quod colatum & purificatum leniter evaporet, ad consistentiam & spissitudinem crassam satis, instar Electuarii. Hoc porrò cum *superioris aquæ spirituosæ* s. q. nonnihil

diluatur; ac superiori Melli menthæ, quantum ad debitam suam consistentiam sufficere videbitur, jungatur.

Efficax est in affectibus ventriculi & intestinorum; doloribus colicis & hystericis, tùm per os assumtum, tùm etiam Gutturi inferiori immissum, opitulatur. Vid. corp. ph. p. 537. b.

Mel Menthæ *P. A. R.*

℞. *Succi menth. purif.* ℔ij. *mell. optimi despum.* tantundem coq. ad just. consist. *Vid. corp. ph. p.* 537. *b.*

Mel Mercurialis *P. A. R.*

℞. *Succi Mercurialis* ℔iij. *mell.* puri & opt. ℔iß. coq. & despum. s. a. *Vid. corp. ph. p.* 538. *b.*

Mel Passularum *P. A. V.*

℞. *Uvar. pass.* ℔iv. *aq.* ℔xij. incis. macer. hor. 24. in aq. coq. ad reman. 3. part. col. & ad mell. consist. coct. redig. *Vid. corp. ph. p.* 520. *b.*

Mel Rosatum *P. A. V.*

℞. *Rosar. rubr.* nondum penitus apert. ℔ij. *mell. opt.* ℔ij. coq. lento igne s. a. *Vid. corp. ph. p.* 520. *b.*

Mel Rosatum simplex *P. A. R.*

℞. *Rosar. rub. rec.* ℔ix. contus. inf. in *aq. font.* calent. ℔xij. per hor. 24. colat. ℔v. add. ℔iv. *mell.* *Vid. corp. ph. p.* 538. *b.*

Mel Rosatum Citratum *P. A. V.*

℞. *Mell. ros.* simp. ℔ij. huic adhuc ferv. infunde *cort. citri rec.* ℔j. st. in inf. per mensem, postea transcol. *Vid. corp. ph. p.* 546. *b.*

Mel Mercuriale *Zwelff.*

℞. *Mellis simplicis* ℔iiij. *Herb. Mercurialis* minutim conscissæ, ℔ij. *Succi Mercurialis* ℔iij. Coquantur aliquamdiu, postea colatura facta, evaporent leni-

leniter ad consistentiam Mellis. Abstergit; alvum laxat, Clysteribus immixtum. *Vid. corp. ph. p. 538. b.*

Mel Rosatum *Zwelff.*

℞. *Aquæ rosarum fragrantissimæ* sine additione ex Baln. n. vaporoso still. ℔iv. Quæ ipsa aqua denuò à ℔iv. *Rosarum recentium pallidarum* destillando abstrahatur. Aquæ huic prolectæ fragranti immergantur *Rosarum rubearum recent.* ℔ij. Factaque maceratione per triduum in vitro probè clauso; fiat colatura cum forti rosarum expressione; qua interim asservata essentia seu aqua essentificata; accipe porrò *Mellis purissimi legitimè depurati*, uti supra edoctum ℔xij. vel sedecim; cui immergantur *Rosarum rubearum recent.* ℔ij. Digerantur in calore leni per triduum, post, Melle adhuc calente, colentur, exprimanturque rosæ: Melli colato porrò immerge, servatis interim rosis prioribus expressis, earundem *Rosarum rubearum recentium* ℔ij. Et porro in calore per triduum circiter relictis, fiat iterum colatura cum expressione, calente adhuc Melle. Jam verò accipe Rosas à tribus præmissis infusionibus relictas, scil. ab infusione prima cum aqua rosarum; & duabus infusionibus cum Melle. Eæque, s. q. aqua affusa, coquantur ad remanentiam sex vel octo ℔. facta post colatura cum expressione rosarum, Decoctum prius clarificatum ad spissitudinem Mellis crassi, seu Electuarii formam, leniter evaporet, quod inspissatum decoctum rosarum, cum superiori asservata spirituosa, rosisque rubris im prægnata aqua dilutum, Melli rosato superior per solam & binam infusionem parato, jungatur, & desuper de dicta imprægnata aqua rosarum

tantum addatur, quantum pro debita ac durabili mellis rosati consistentia, experto Pharmacopœo sufficere videbitur, & vel sine ulla aut unica tantum ebullitione Mel præstans rosarum usui reponi & asservari poterit. Vid. corp. ph. p. 538. b.

Mel Rosatum, Solutivum *Phar. Nor.*

℞. *Infusionis Rosarum* quater factæ ℔ vj. *Mellis electi* ℔ iij. Coquantur ad justam consistentiam. Vid. corp. ph. p. 559. b.

Mel Rosatum Laxativum *P. A. R.*

℞. *Infusionis Rosarum simpl.* ℔ vj. *Mellis* ℔ iij. Conficiatur secundum artem. Easdem, quas Syrupus rosatus solutivus simplex vires obtinet, minus tamen refrigerat, sed potentius abstergit. Vid. corp. ph. p. 560. b.

Mel Violatum Solutivum *P. A. R.*

Fiat eodem modo, quo Rosatum solutivum. Syrupo jam dicto viribus affine est: Inditur potissimum Enematibus, ubi febres cum alvi adstrictione molestæ sunt. Vid. corp. ph. p. 560. b.

Mercurius Diaphoreticus *Cardilucii.*

℞. *Auri finiss.* partes ij. *Argenti cupellati* p. j. Ducantur in folia tenuissima, horum ℞. partem j. *Mercurii vivi optimè purificati* partes tres. Ex his fiat amalgama quod in mortario lapideo probè terito, quo in minutissimos atomos discerpantur metalla, & impuritates, quas continent, èlui queant. Trituratione probè peractâ, affunde aquam, ac eam triturando impuram factam decanta, & recentem affunde, hocque opus tamdiu repete, donec amalgama sit satis purum, & clarum evaserit: quod tùm per corium exprime, ita tamen ut massa, sufficientem copiam

piam Mercurii servet, & liquidior remaneat. Hanc immitte cucurbitæ, & leviter saltem clausam arenæ impone, ab initio tamen leviorem, postea auctiorem calorem adhibendo; donec cypressi instar crescat, & tandem in rubicundum pulverem vertatur: observando tamen, ut massa sæpius eximatur, & Mercurius separatus ei rursus probè terendo commisceatur. Mercurium hunc ita cum auro & argento præcipitatum, *Cl. Cardilucius* Panacæam prædicat, cum per salivationem, sæpius etiam insensibiliter insignes præstet effectus, non solum in lue venerea, sed & catarrhis contumacioribus, Epilepsiâ, Hæmicrania, &c. Dosi gr. ij. ad v. cum mica panis in pilulas redactam sicque aliquoties propinatam. Vid. corp. ph. p. 308. a.

Mercurius Diaphoreticus *alius*, *quem tradit Tilingius in Ephem. Cur. Dec.* ij. *ann.* ij. *p.* 150.

℞. *Mercurii probè purgati*, scil. beneficio *Tartari calcinati è Cinabari regenerati & extracti* ℔j. *Sulfuris* 🜍 ℥iij. vel iiij. Probè omnia invicem terendo commisce, & sublima in Cinabarim, quem adhuc novies sublima, donec non amplius sublimetur facilè, sed fixetur; ac habebis nobile Mercurii arcanum, ac excellens Diaphoreticum in hydrope, podagra, ac aliis per transpirationem curabilibus morbis. *Vid. corp. ph. p.* 308. *a.*

Mercurius dulcis Solaris, *Manna Mercurii dictus ex Schrœdero.*

℞. *Mercurii dulcis vulgaris* q. v. tantisper sublimationibus iteratis eleva, donec in fixos abierit crystallos, postmodum in liquorem solvito. ℞. *Hujus* part. iij. ☉ *calcin.* p. j. misc. ac digere per mensem,

cohoba, donec in cucurbita instar ceræ fluat. Vires: Ad summum medicinæ gradum Mercurius ita redactus est, & in Epilepsia, & morbis venereis admirandæ virtutis. Tenz. *Vid. corp. ph. p. 33. b.*

Arcanum Corallinum *Zwelff.*

Extrahatur *Sal ex capite mortuo aquæ fortis*, quæ ex æquali parte *vitrioli & nitri* destillata fuerit. *Hujus salis* accipe ℥v. vel vj. eique superimprimatur, sub continua agitatione, per corium vervecinum. *Mercurii vivi purgati* ℥iß. vel ℥ij. Conterendo diu in mortario vitreo, vel in patina lignea, quousque Mercurius vivus non amplius conspiciatur. Hinc sublimetur in Alembico gradatim, modo supra exactè edocto, & ascendet primò luteus: secundò Crocus: tertiò rubicundus sublimatus, quem separa. *Vid. corp. ph. p. 33. b.*

Mercurius dulcis *P. A. R. v. g.*

℞. *Mercurii sublimati* ℥vj. *Argenti vivi & bene purgati* ℥iv. vel quantum Mercurius sublimatus per trituram percipere potest, ut in pulverem cineritium simul abeant, qui in cucurbita, igne arenæ per gradus adhibito, sublimetur & pulvere rubro in fundo, ut & albo vitri collo adhærente rejecto solum coagulum crystallinum pulverisetur, atque cum aqua calida, ad inhærentes fortè particulas corrosivas tollendas, elotum exsiccetur. *Vid. corp. ph. p. 34. b.*

Mercurius dulcis *Minsichti.*

Mercurius dulcis à veris & sanioribus Spagyricis ita præparatur: ℞. *Mercurii sublimati* ℥vj. *Argenti vivi* & bene purgati ℥iiij. Misce exactè, ut Mercurius vivus amplius non videatur, sublima, ut est moris, subli-

limatio hæc quinquies vel ſexies reiteretur, donec dulcem ſeu inſipidum ſaporem Mercurius acquirat. Pulvis rubeus in fundo & albus in vitri collum ſublimatus ſemper rejiciatur, medium verò teneatur, quoad nihil inveniatur. Et ita verè præparatus eſt Mercurius dulcis, quem poſtea exime, tere, & ad uſum repone. Vid. corp. ph. p. 34. b.

Mercurius dulcis, *prout eum ex Hartmanno, Sennerto, &c. mutuat Schrœd.*

℞. ☿ ♎ ℥viij. ☿ *crud. purific.* ℥vj. Miſc. exactè in mortario lapideo, vel ſuper porphyrite, donec Mercurius vivus amplius conſpici nequeat; Hinc ſublima calore arenæ in phiala leniter ſaltem obturata, & ſublimabitur totus ferè Mercurius, adhæreſcetque lateribus Phialæ, remanentibus in fundo fœcibus, quas una cum nigricante materia collo phialæ adhærente rejice. Hinc ſublima denuò, idque vice tertia, rejectis ſemper fœcibus, ut dictum.

N. I. Si parum inſipidumque ſecunda ſublimatione obtinueris, acquieſce, multa enim ſublimatione infringitur vis purgatrix. II. Alii addunt quoque *colcotar.* III. Optimum Mercurium dulcem conficies, ex ☿ ſublim. regulino, & *Mercurio* ♉ *ii*, Hartm. in Croll.

Omnes humores noxios ſine perturbatione blandè expurgat, unde vel infantibus exhiberi poterit. Doſis: Dari quidem poteſt ad ʒß. verum ut eo citius operationes ſuas perficiat, nec diu in corpore delitеſcat, acui ſolet purgantibus aliis fortioribus. E. gr. Diagrid. Trochiſc. Alhand. & ſimil. Vid. corp. ph. p. 34. b.

Mercurius præcipitatus *Zvvelff. & Schrœd.*

Abſque additione fit ſequentem in modum. ℞. ☿ *puriſſimi* ℥ij. vel q. v. Injice in phialam, (peculiariter

in hunc usum factam, inferne scil. latam, supernè compressam, intus rostro angustissimi orificii in ventrem usque producto) ut tantummodò fundus operiatur, Phialæ exactè ad æquilibrium in arenam collocatæ, (ut ☿ æquali crassitie ubique fundum tegat,) subdatur △ primo lentus, post fortior, donec Mercurius in pulverem rubicundissimum instar Cinnabaris conversus sit; hunc ablue ▽ is cordialibus, vel Spir. vini. NB. Labor est multorum dierum (30.)

Sudorem valdè movet, Luem ♀ sexies vel septies exhibitus eradicat, febres omnes tollit, Lumbricos eliminat. Dosis à gr. iv. ad vj. Ut plurimum verò vomitum quoque movet sat violentum. *Vid. corp. ph. p. 29. b.*

Mercurius Vitæ.

℞. *Butyr. antim.* huic inf. *aq.* ac statim præcipitabitur pulv. albus qui abluatur donec nullam amplius acrimoniam sapiat, deinde exsiccetur & vomitorium satis activum; dosis gr. iij. *Vid. corp. ph. p. 393. a.*

Merc. Præcipitatum rubrum *Le Mery.*

℞. *Mercurii ex Cinnabari redivivi* ℥viij. solve in *Spirit. nitri* s. q. seu ℥viij. vel ix. solutionem effunde in Phialam vel matracium, hujus breve sit collum, quod arenæ impones, hinc igne mediocri adhibito evaporabis omnem humiditatem, quousque nihil præter massam albam supersit; Adauge tunc paulatim ignem, ad tertium usque gradum, in eoque maneat, quousq; rubra sit materia, phialam deinde ab igne remotam refrigescere permitte, ac frange, ut Mercurii præcipitati ℥ix. habeas à Capite. Catarticum est egregium, carnes spongiosas & submolles exedit, utile est ad aperiendos cancros, permixtum

alu-

alumini usto, Ægyptiaco in unguento, & Basiliconi quidam exhibent ad quatuor grana oris fluxui excitandi gratiâ, sed non sine periculo hoc medicamentum sumitur, nisi bis vel ter spiritus vini admodum rectificatus super ipso uratur. *Vid. corp. ph. p. 229. a.*

Alia Mercurii Præcipitatio *Le Mery.*

Sublimati corrosivi pulverisati ℥vij. aut viij. in mortario vitreo vel marmoreo agita, per horam dimidiam cum *aquæ calidæ* ℥xvij. vel xviij. liquorem postea requiescere permitte, ac per inclinationem effunde, filtra ac in partes tres divide, in tribus phialis servandas. Conjice in unam ex his phialis guttas aliquot *olei Tartari per deliquium* parati: mox fiet præcipitatum rubrum. Conjice in secundam phialam *spiritus volatilis salis armoniaci* guttas aliquot, fiet præcipitatum album. Conjicito tandem in postremam phialam *aquæ calcis* cochlear. unum vel circiter, fiet aqua lutea, aqua phagædenica vel ulceraria dicta, quia utilis est ad abstergenda sanandaque ulcera, hac multum utuntur chirurgi præsertim in Xenodochiis, si requiescere hanc permiseris, fiet præcipitatum luteum. Ad extrahenda tria hæc præcipitata effundenda per inclinationem aqua limpida, lavanda præcipitata, seorsim utrumquodque assiccandum.

Præcipitatum rubrum in usum trahi potest eundem cum superius descripto, sed debilius est, verum est ac genuinum præcipitatum rubrum. Præcipitatum album iisdem cum altero viribus pollet. Præcipitato luteo utendum in unguentis pomatis ad scabiem, pruritumve, ut ejus drachma dimidia vel integra respondeat unguenti ℥. Sublimatum in mortario fundo residuum exsiccatum, etiam permi-

 sceri

ſceri poteſt unguentis pomatis ad pruritum ſicut præcipitatum luteum. Vid. corp. ph. p. 301. a.

Præcipitatum Solare *ſive Hercules Bovii.*

℞. ☉ *purific.* ℥j. ☿ *purific.* ℥iiij. utrumque ſolvit ſeorſim in aqua Reg. ſolutionem utramque confuſam deſtillat. (△ graduali, & in fine aucto) per retortam præcipitatum, quod in fundo remanſit; ut & ſublimatum, quod parietibus, vel collo retortæ adhæret, ſolvit iterum in aq. Reg. nova, & deſtillat, idque repetit tantiſper, donec tota materia in præcipitatum vertatur; Poſtea calcinat ſupra ferrum ignitum ad figendos ſpiritus corroſivos, & denique edulcorat.

Quoad vires: ex mente *Bovii* omnibus aliis catarcticorum ſpeciebus antecellit hoc præcipitatum, eſtque domitor vermium, Luis ♀, Petechiarum, Peſtis, Quartanæ, & aliorum incurabilium morborum. Doſis à gr. 3. ad 6. vel 8. *cum ſaccharo roſato*, & in ovo vel brodio, vel in pilulis, inprimis ſi conjungantur cum ſcammonio, & humectetur ▽ vitæ quæ deſuper comburatur. *Vid. corp. ph. p. 308. a.*

Præcipitatum Solare *Zvvelff.*

℞. *Auri puriſſimi*, per Antimonium purgati ʒß. vel ʒv. *Mercurii virginei purificati*, & per corium ſæpius expreſſi ℥ij. ſeu loco hujus, *Mercurius ſepties cum Regulo Martis ſtellato, & luna ſubtiliter limatâ ſublimatus ſubſtituatur.* Fiat amalgama uti moris eſt, in crucibulo, igne moderato, Aurum candefactum in Mercurium actu calidum projiciendo. Hoc amalgama toties lavetur aceto & ſale, quouſque nulla amplius nigredo conterendo & abluendo conſpiciatur, hinc ſiccetur & , ſi fieri poſſit, per telam raram prematur

Hu

Huic amalgamati loto, & probè mundificato, porrò adde: *Præcipit. super. rubicund. per se facti* ℥ij. Conterantur diu multumq; in matracio vel mortario vitreo, quoad bene uniantur, immittanturque phialæ planæ, vel ovo etiam philosophorum Hermetice clauso, ac per gradus ignis denuò ad siccitatem & summam rubedinem reducantur. Et hic demum præcipitatus præstantissimus erit, sine ullo corrosivo factus; solius naturæ opus, & medicina ad multorum morborum extirpationem efficacissima. *Vid. corp. ph. p. 304. a.*

Præcipitatus alius Aureus *sive* Arcanum Corallinum *Zvvelff.*

℞. *Mercurii sublimati dulcis crystallini, sine nitro cum sale & Vitriolo saltem sublimati,* & aliquoties sublimatione iterata purificati ℥j. *Croci solis spongiosi*, supra edocti, *per Mercur. & Sulph. parati* ʒj. vel iß. Terantur probè in lapide porphyrio, immittanturque ovo philosophico Hermeticè claudendo, vel potius phialæ planæ (uti in capite de Mercurio indigitatur) & in arenæ igne, (non admodum leni) debito præcipitentur, figanturque usque dum fiat præcipitatus rubicundissimus. Habebis secretum præcipitatum haud exigui valoris: quo fruere. *Vid. corp. ph. p. 305. a.*

Merc. Præcipitatus Viridis *seu* Venereus *ex Schrædero.*

℞. *Mercurii purificat.* ℥iv. solve in aqu. fort. *commun.* in eadem aq. fort. solve & ♀is ℥ß. conjunge solutiones abstraheque in arena, urgendo in fine △m, ut maxima pars spirituum tollatur. Præcipitatum exicca ac digere cum ⚹ in MB. ☿ ac ⚲ ultimò fac bullire, ut purissima pars Mercurii in ⚹ sol-

ſolvatur; hinc decanta & abſtrahe, atque exicc
ſine lotione,

Eſt ſpecificum in Gonorrhœa virulenta, quam nimi
am tollit, inſufficientem promovet, ideoque ſinguli
diebus continuandus ejus uſus eſt, donec omnis flu
xus ſedatus ſit. Doſis à gran. ij. ad viij. *Vid. corp. ph. p*
311. a.

Mercurius ſublimatus Corroſivus *Zvvelfferi.*

℞. *Mercurii vivi* cum ſale & aceto loti, & per co
rium expreſſi ℔ij. ſolvantur cum *aq. fortis* ſimpli
citer *ex vitriolo & nitro ſtill.* ſ. q. Factâ ſolutio
ne abſtrahatur in alembico tota humiditas, ad ſic
citatem Mercurii, in pulverem albicantem con-
verſi, cui porrò admiſce *Vitrioli ad flavedinem*
calcinati, *Salis communis decrepitati* an. ℔ij. *Sa*
lis Nitri ℔j. Quæ probè mixta & in matracio
piſtillo ligneo aliquamdiu agitata, immittantu
cucurbitæ ſive ſerreæ, ſive vitreæ, infra lutatæ
& igne aperto, gradatim aucto, ſublimatio fiat
Verùm cucurbita ita in furno accommodetur, ne
ignis illam totam lambere, aut circumdare poſ-
ſit; ſed paulò ſupra, quouſque nimirum cucur-
bita à prædicta mixtura repleta eſt, ignis ſalten
cucurbitam illam circumdare poſſit: ibi igitur
furnus undique claudendus, ut pars ſuperna cu-
curbitæ vacua, extra ignem emineat, relictis ta-
men à latere ſpiraculis, ad regendos gradus ignis
& tali modo feliciter operatio ſeu ſublimatio ſuc-
cedet, breviori tempore, minori labore, igneque
ac carbonibus paucioribus; Mercurius verò ad
latera cucurbitæ, extra ignem prominentia, uni
us diei ſpatio elevatur cryſtallinus, ſi gradus igni
de

debitè rexeris. Huic porrò sublimato Mercurio, si nondum totus crystallinus appareret, prioribus, in fundo cucurbitæ, reliquiis abjectis, denuò *salis communis decrepitati* ℔ij. admisceantur; & modo præscripto sublimentur. Qui si crystallinus extiterit, asservandus; sin minùs & tertia vice per se tantum, aut addito pauculo sale, sublimationi subjiciatur, donec ad placitum ac voluntatem crystallinus & purus evaserit: qui ad alios tandem labores adaptandus, aut externo usui destinandus est. Sublimatur præterea Mercurius, absque solutione prægressa, cum aqua forti, modo sequenti. Accipiantur *Mercurii vivi & purgati* ℔ij. cui, ut citiùs coëat cum reliquis speciebus addendis, & sublimationi dicatis, admisceatur statim particula Mercurii antea sublimati, (sicut moris est in sublimatione & præparatione Mercurii dulcis ad ℥ij. circiter. Item *Salis communis decrepitati*, *Salis nitri puri* an. ℔j. *Colcotharis seu cap. mort. Vitrioli* parum & *Vitrioli ad flavedinem calcinati* ℔ij. Hæc exactè mixta & in mortario pistillo ligneo iamdiu agitata, quamdiu Mercurius non amplius vivus apparet, cucurbitæ lutatæ, suo capitello munitæ (& præmisso vitro recipiente, ad excipiendam humiditatem seu aquam fortem inter initia extillantem) immittantur; ac igne aperto, gradatim aucto, furno tamen supra medium circiter cucurbitæ partem clauso (uti supra ostensum,) spatio circiter duorum dierum sublimatio absolvetur; qua peracta, Mercurio hinc jam semel sublimato, & à nigredine separato, abjectis in fundo cucurbitæ speciebus, seu capite mortuo, porrò addantur *Salis communis decrepitati* ℔j:

Nitri

Nitri puri ℥viij. vel ℥x. *Vitrioli ad flavedinem calcinati* ℔iß. Et, uti prius, probè mixta, trituratione diligenti in matracio, piſtillo ligneo, ac cucurbitæ tandem immiſſa, ſublimentur in cryſtallinam compagem: quod quin ita futurum ſit, modò dextrè operatus fueris ac ignem debitè rexeris, dubium nullum relinquitur.

Hic Mercurius ſublimatus corroſivus; licet intra corpus ſimpliciter ſumptus, maximè venenatus & ſummè cauſticus ſit; abſque tamen emolumento & uſu in medicina non eſt, modò non intra corpus tanquam vi cauſtica ſuâ nocuus, propinetur: externè verò adhibitus, ſuis non deſtitutus eſt virtutibus; in ulceribus præſertim venereis, ſordidis, cruſtoſis maximam præſtabit operam; aquis mundificantibus injectus. In Gonorrhœa diuturna ac virulenta curandâ, injectionibus ac liquoribus alcoticis modicè immixtus: item unguentis & Emplaſtris pro excreſcentiis abſumendis, ſuas meretur laudes. *Vid. corp. ph. p. 24. b.*

Merc. Sublimat. Corroſiv. *Le Mery.*

Mercurii ex Cinnabari redivivi ℥xvj. matracio inde, affunde *Spir. nitri* ℥xviij. vel xx. matracium arenæ parum calidæ impone, ibique relinque, donec peracta ſit ſolutio: quam inſtar aquæ limpidam in vas vitreum vel fictile affunde & lentè evapora humiditatem igne arenæ; quouſque nihil remaneat præter maſſam albam; quam in mortario vitreo pulveriſa, ac permiſce Vitrioli ad albedinem calcinati, ſaliſque decrepitati an. ℥xvi. injice hanc mixturam matracio, ita tamen, ut duæ tertiæ ejus partes vacuæ ſuperſint; matracium impone arenæ; ac adhibe primo lentum ignem per horas has continuandum

pc

postea carbone addito eum violenter augebis, in matracii parte superiore fiet sublimatum, horâ sexta vel septimâ peracta sit oportet operatio, tum matracium refrigescere permitte; hinc frange, cavendo à farina vel pulvere avolante, dum agitatur materia; habebis ℥ novendecim pulcherrimi sublimati corrosivi, quod servabis. Scoriæ rubræ, quas in fundo reperies, ut inutiles abjiciendæ sunt.

Hoc sublimatum egregium est escharoticum, carnes superexcrescentes fungosque exedit, ac ulcera inveterata optimè mundificat. Si ejus ʒß. *in aquæ calcis* ℔i. solvatur, hanc luteo inficit colore, & aquam phagædenicam constituit. *Vid. corp. ph. p. 24. b.*

Mercur. Sublimatus dulcis *prout hunc tradidit Le Mery.*

℞. *Sublimati corrosivi* ℥ sedecim in mortario marmoreo vel vitreo pulverisa, cui paulatim permisce *Mercurii ex Cinnabari redivivi* ℥ xii. pistillo ligneo hanc mixturam, donec non amplius conspiciatur hydrargyrum; agita; tunc pulverem hunc, qui gryseus erit, multis phialis vel matracio, ita tamen ut tertiæ duæ partes vacuæ remaneant, injice; vas arenæ impone, & sub initio lentum ignem adhibe, hinc ad tertium usque gradum adauge, ita continua, quousque sublimatum factum sit, fit autem plerumque quatuor vel quinque horarum spatio: frange phialas & tanquam inutilem abjice paucam terram levem, quæ in fundo invenietur; separa etiam id, quod collo vel phialæ, vel matracio adhærebit idque serva ad unguenta contra scabiem, sed accuratè collige materiam, in medio existentem admodum albam; hancque pulverisatam sublima in phia-

phialis vel matracio, ut prius: ſepara adhuc in medio exiſtentem materiam, ut dictum, tertioque in aliis phialis ſublima; tandem ſepara terreſtrem partem in fundo, fuliginoſamque in collo phialarum exiſtentem, ac ſerva probè ſublimatum in medio repertum, quod ſufficienter edulcoratum erit, cujus ℥xxvj. cum dimidia percipies.

Uſus eſt ad omnis generis morbos venereos, aperit & vermes necat, datur in pilulis à ſex ad triginta grana, blandè per alvum purgat. Vid. corp. ph. p. 531. b.

Miva cydoniorum ſimplex P. A. R.

℞. *Succ. cydon. medii ſaporis* depurati ℔xij. *ſacch.* ℔iij. coq. ad juſtam conſiſt. Vid. corp. ph. p. 533. b.

Miva cydoniorum aromatica *Norimbergenſis.*

℞. *Succ. cydon.* ℔x. debito calore inſpiſſ. dein adde *cinam.* ℥ß. *cardamom. maj.* ʒiij. *maſt. zing. caryoph.* an. ʒij. *ligni aloes macis* an. ʒiß. *croci* ʒj. inf. in *vini veter.* opt. ℔iß. & ad dimid. part. deſtill. reſiduum cum *ſacch.* ℔iij. & ſucco inſpiſſato commiſceatur tandemque ad coctum ſyrupum affundatur & aſſervetur uſui. Vid. corp. ph. p. 536. b.

Miv. Cydoniorum *Zvvelff.*

℞. *Succi Cydoniorum* per reſidentiam depurati ℔xij. *Muſti vini recentis clari* ℔v. Coquantur lento igne ad remanentiam ℔iiij. circiter, adde tandem *Sacchari albi* ℔iij. & ad conſiſtentiam Mivæ percoque.

Nota; ſi quis *loco Muſti vini* tantum adhuc vellet addere *ſucci Cydoniorum* recentis, ipſi non repugnarem, *Vid. corp. ph. p. 534. b.*

Mi-

Miva Cydoniorum Zwelff. alia.

℞ *Succ. Cydon. matur. recenter expressi*, & per residentiam depurati ℔xij. *Musti vini clari recentis* ℔vj. Coquantur leniter terreo in vase ad remanentiam circiter ℔v. quibus adde: *Sacchari albi* ℔vj. ac porrò ad consistentiam Mivæ seu Syrupi paulò crassioris percoque. Gratissimus Syrupus est adversus alvi profluvia, confortat ventriculum & vomitiones spontaneas sedat, sumptus ab ℥j. ad iß.

Nota: Cum non in omnibus Regionibus, præsertim Septentrionalibus plagis, vini aut uvarum sit proventus, ideoq; & Mustum vin ibidem locorum haberi nequeat; proinde suasor sum, ut dicto vini musto succus Cydoniorum eodem pondere atque mensura substituatur. *Vid. corp. ph. p. 534. b.*

Miva Cydoniorum Aromatica Zwelfferi.

℞. *Succi Cydoniorum recentis* ℔xx. *Musti vini recentis* ℔vj. Coquantur vel inspissentur per se ad consistentiam Mivæ vel Syrupi crassioris. Jam verò ℞. Aromata & his crassiusculè incisis &. contusis, nec non cucurbitæ vitreæ immissis superaffunde *Vini albi potentis veteris* ℔iiij. Et destilla in arena vel MB. apposito capitello, ad remanentiam ℔ij. rostro capitelli imponendo *Moschum* & *Galliam moschatam*, ut in destillatione odor & essentia eorum ab aqua spirituosa prodiens eliciatur; Hanc aquam fragrantissimam aromaticam seorsim asserva; Remanentes in fundo cucurbitæ species prælo subjice, expressum clarifica, & cum *Sacchari albi vel clarificati* ℔vj. ad consistentiam tabulati percoque, tandem illi junge *Succum Cydoniorum* una *cum Musto inspissatum*, & superius asservatum: Nec non *Aquam*

illam perquam fragrantem, ac summè spirituosam, à speciebus aromaticis destillatione abstractam, tumque sola dissolutione Mivam para Cydoniorum aromaticam regiam & præstantissimam. Vid. corp. ph. p. 534. b.

Miva Cydoniorum Aromatica *alia Zvvelfferi.*

℞. *Succi Cydoniorum recentis depurati* ℔xij. *Masti clar. recent.* ℔vj. Coquantur vel evaporent per se leniter in vase terreo, ad consistentiam Syrupi crassioris. Jam verò ℞. *Cinamomi acuti* ℥ij. *Caryophyllorum* ʒv *Cardamomi min.* ʒvj. *Macis, Nucum Moschat. Calam. aromat.* ana ʒß. *Mastichis el.* ʒij. Quibus incisis & conquassatis cucurbitæque vitreæ immissis superaffundantur *Vini albi veteris generosi*, vel *vini Hispanic.* ℔iij. Et post brevem digestionem, fiat, in dicto alembico, calore arenæ, una atque altera ebullitio; verùm apposito capitello vitreo, juncturisque clausis, ut id, quod ebullitione qualicunque transit, residuo tandem vino reaffundi possit; cum autem omnia refrixerunt, fiat colatura, & specierum levis expressio, vinum verò colatum & aromaticum filtro clarificetur, cui addantur *Sacchari can. alb.* ℔vj. Et sola ejus scil. Sacchari dissolutione leni calore fiat Syrupus, adjiciendo tandem *Succum Cydoniorum una cum masto inspissatum* & superius asservatum, fiat Miva Cydoniorum aromatica præstantissima.

Ventriculum frigidum & humidum roborat; vomitiones spontaneas compescit, Lienteriam cohibet, & facultatem concoctricem juvat, ab ʒß. ad ℥j. sumendo sæpius. *Vid. corp. ph. p. 553. b.*

Mor

Morsuli apud Acidulas *Fischeri.*

℞. *Spec. diarrh. Abb. diatr. sant.* ana ʒvj. *cort. citri* ʒij. *cubeb. fl. anth.* ana ʒj. *sacch. alb.* ℥xvj. in aq. cinam. sol. F. Morsuli.

Morselli Altheæ de *Spina.*

℞. *Mucilag. rad. alth.* cum *aq. tussil.* extr. ʒj. *sacch. alb.* in decocto *rad. alth.* sol. ℥iv. F. Morsuli ad Raucedinem usurp.

Morselli Anthelmintici *Zvvelfferi.*

℞. *Semin. Santon.* ʒiß. *farin. lupin.* ʒj. *Dictam. alb. cretic.* ana ʒß. *CC. ust. scord. veri* ana ʒiß. *croc.* ʒß. gr. vj. *sacch. in aq. abs. sol.* q. s. F. M. contra vermes & lumbricos.

Morselli Apoplectici *Michaelis.*

℞. *Conserv. flor. anthos. lavend. salv. calend. tunic.* ana ʒij. *cubeb. cardam.* ana ℈ij. *nuc. ind. cond.* ʒiij. *sacch. in aq. apopl. sol.* q. s. F. M. in Apoplexia usurp.

Morselli Arthritici *Michaelis.*

℞. *Conserv. chamadr. chamap.* ana ʒij. *elect. caryocost.* ʒß. *sacch. in aq. hyper. sol.* q. s. F. M. in Arthritide usurp.

Morsuli Cephalici *Minsichti.*

℞. *Cons. flor. Pæoniæ, Anthos,* ana ℥ß. *Spec. Diamosch. dulc. Diambræ,* ana ℥ij. *Cranii humani spagyricè calc. Cornu alcis eodem modo calc.* ana ʒj. *Rad. & sem. Pæoniæ* debitè collect. *Visci quercini* ana ʒß. *Ol. Succini alb. rect.* ℈j. *Lavendulæ, Nuc. Moschat. Carvi,* ana gran. iv. *Sacchari albiss.* in *aq. apoplect.* & *Epilept. nost.* ana s. q. dissol. ℥xvj. Misc. & fiat ut est artis, confectio in Morsulis.

A tota substantia tàm in curando, quam præservando Epilepsiæ, Apoplexiæ, Paralysi, Caro, &c. cæterisque periculosissimis capitis, cerebri, & nervorum affectibus conferunt. *Vid. corp. ph. p.* 332. *a.*

Morſelli Catarrhales *Ettmülleri.*

℞. *Conſerv. fl. anthos calend.* ana ℥iij. *ſuccin. pp.* ʒij. *myrrh. el.* ℈ij. *benz. thuris* ana ℈j. *ol. ſuccin.* gutt. iij. *ſacch. in aq. ſerpilli ſol.* q. ſ. F. M.

Morſelli Cephalici *Timæi.*

℞. *Spec. diambr. diam. d.* ana ℥ij. *cubeb.* ℥iij. *cardam.* ℥j. *nuc. Ind. cond.* ℥j. *cort. aurant. cond.* ʒvj. *macis* ℥j. *ſacch. in aq. lavend. ſol.* ℔j. F. M.

Morſelli Cephalici *Michaelis.*

℞. *Conſerv. flor. anth. prim. ver. ſalv. beton.* ana ℥j. *ſpec. diambr. diam. d.* ana ℈ij. *ſacch. in aq. lil. conv. ſol.* q. ſ. F. Morſuli.

Morſuli Cephalici Regii *Zwelfferi.*

℞. *Sacchari Canar. alb.* ℔ß. vel ℥viij. ſolvantur in portiuncula *aquæ Cinamomi* vel *florum arantiorum*, & ad conſiſtentiam Tabulati coquantur, in quo at igne remoto liquefac *Ambræ gryſeæ* ʒß. vel pro ditioribus ʒij. prius tamen cum *Sem. Citri excort.* ʒß *probè ſubactæ*, ſuperaddendo ſtatim *Moſchi Oriental. opt.* ℈j. cum *aquæ florum Arantiorum* exigua port. in pultem redacti, *Nucum Indicarum condit.* & craſſiuſculè inciſarum ℥j. *Conſ. florum Arantiorum, Tunicæ,* ana ℥vj. *Piſtach. decort.* & conciſorum ℥j. *Elæoſacchari Cinamomi* ℥vj. ſumendo ʒß. *Olei* pro ℥j. *Sacchari. Eſſentiæ roſatæ ſaccharinæ* ℥j. Fiant Morſelli confortantes & Cephalici, caput, cerebrum, ac univerſum nervoſum genus inſigniter roborantes. *Vid. corp. ph. p. 332. a.*

Morſuli de Citro.

℞. *Carn. citr. Cort. citr. condit.* conciſ. a. ℥j. *Ol. citr.* gutt. xii. *Succ. citri puriſſ.* q. ſ. *Sacchar. in* ▽ *citri ſol.* ℥xvi. F. ſ. a. Morſuli. Sunt cordiales ut Citrum. *Vid. corp. ph. p. 333. a.*

Morſelli Cephalici ex *Th. Hoffm.*

℞. *Cardam. cubeb. cinam. caryoph.* ana ʒiij. *macis* ʒj *nuc. m.* no. j. *cort. citri condit.* ʒij. *fl. anth. beton. lavend. borrag. tunic.* ana Pij. *pinear. piſtac.* ana ʒiij. *nuc. Ind. cond.* no. j. *conſ. alkerm. cum ſacch.* q. ſ. *in aq. lil. conv.* q. ſ. ſol. F. M. Vid. corp. ph. p. 332. a.

Morſelli corallini *Timæi.*

℞. *Corall. rub. pp.* ʒiij. *marg. pp.* ʒj. *extr. ſymph.* ℈iv. *torment. roſar.* ana ʒß. *troch. de carabe terr. ſig.* ana ʒj. *carneol. pp.* ʒß. *ſmaragd. pp.* ℈j. *carn. cydon. cond.* ℥j. *conſerv. roſ. rub.* ℥vj. *ſacch. in ſucc. herb. & aq. hæmoptoic. Dorncrell. ſol.* ℥xij. F. M. in vomitu cruento uſurpandi.

Morſelli cordiales *Norimbergenſes.*

℞. *Amygd. d. excort. nucl. piſtac. Ind. cond. cort. citri cond.* ana ℥ß. *aurant. cond.* ʒij. *cinam.* ʒj. *macis* ℈j. *conſ. alkerm.* ʒij. *ſucci ejusdem* ʒiij. *cardam.* ℈j *fol. auri* no. vj. *ſacch. in aq. roſ. ſol.* ℥viij. F. Morſelli. Vid. corp. ph. p. 333. a.

Morſelli cordiales *Timæi.*

℞. *Confect. alkerm. hyac.* ana ℥ß. *pulv. noſtr. cordial.* ʒij. *cort. citr. cond.* ʒiij. *flor. citri cond.* ʒiß. *ſpirit. roſ. rub. idæi* ana ʒj. *ſacch. in ſucco citri ſol.* ℔j. F. Morſuli.

Morſelli Caponis *Fiſcheri.*

℞. *Pulp. capon. pectuſc. elixi* ℥iv. *amygd. d.* ℥iß. *pinear. piſtac. vin. macer.* ana ℥j. *pulp. dactyl. fic. uv. paſſ.* ana ʒvj. *gum. arab. ammon. trag.* ana ʒiß. *cort. citri cond.* ʒß. *cinam. nuc. m.* ana ʒiij. *amyli* ʒiß. *fr.* cum cæteris tund. ac *ſacch.* paulatim aſperſo ſubig. in maſſ. quæ pauca *aq. cin. & roſ.* in qua *ambr.* ℈j. diſſolv. *ol. citri aniſ.* ana ʒß. *cinam.* ℈j. *macis* ℈ß. F. M. in Phthiſi uſurp.

Morselli Diacretæ *Minsichti.*

℞. *Cretæ* ter quaterve *aq. viol. ablut.* ℥ß. *lap. cancr.* pp. ʒij. *nuc. m. bol. arm.* à ʒj. *corall.* pp. ʒß. *marg.* pp. *cinam.* ana ℈j. *lap. carpion.* pp. *macis* torrefact. *croci* or. ana ℈ij. *sacch. in aq. ros. sol.* ℥viij. F. Morsuli in ardore stom. vel soda. Vid. corp. ph. p. 342. a.

Morselli Diacretæ *Michaelis.*

℞. *Cret. in aq. portul. lot.* ℥ß. *lap. cancr.* pp. ʒiß. *bol. arm.* ℈ij. *sacch. in aq. portul. sol.* q. s. F. Morsuli in soda usurp.

Morselli Diacretæ *Ettmülleri.*

℞. *Cret.* ʒij. *ebor. ust.* ʒj. *lap. cancr.* pp. *unic. foss. cor. rub.* pp. ana ℈ij. *nuc. m.* ʒj. *sacch. in aq. portul. sol.* ℥iv. F. Morsuli in Soda.

Morselli Diacretæ *Fischeri.*

℞. *Cret.* ʒiß. *nuc. m.* ʒij. *CC. ust.* pp. ʒj. *lap. cancr. mand. luc. p.* ana ʒj. *terr. sig.* ʒiß. *croc.* gr. vj. *sacch. in aq. menth. sol.* ℥vij. F. Morselli in Soda.

Morselli Diacretæ seu contra Ardorem *Stomachi Brandenburg.*

℞. *Cretæ cum aq. ros. pp.* ℥ß. *bol. arm.* pp. ʒi. *cor. rub.* pp. ʒß. *cinam. CC. pp. lap. perc. pp. lap. cancr. pp. matr. perl. pp.* ana ʒß. *macis mast. nuc. m.* ana ℈j. *sem. cydon.* ʒj. *Sacch. in s. q. aq. ros. sol.* ℥viij. F. M.

Morsuli Epatici *Minsichti.*

℞. *Rad. Scorzoneræ condit. Cichorei condit.* ana ℥j. *Spec. Diarrhod. Abbat. Cons. Rosar. rub. Uvarum pass.* ana ʒß. *Flor. Citri condit.* ʒij. *Mag. Corallorum rub. Chalybis cum aceto Tamarind. præp. Spodii præp. Epatis Lupi exicc.* ana ʒj. *Sem. Acetosæ, Portulacæ,* ana ʒß. *Flor. Epaticæ alb.* ℈j. *Sacchari albiss.* in *aq. Epatic. frigid. & calid. nost. diss.* ℥xvj. Misc. & fiant l. a. tabulæ auro coopertæ.

Ad debilitatem seu imbecillitatem Epatis valent, ac ejusdem obstructiones auferunt. Vid. corp. ph. p. 336. a.

Morselli de Diagridio ex *Schræd.*

℞. *Cem. tart.* ʒiij. *resin. scamm.* ℥ß. *sacch. in aq. ros. sol.* ℔j. F. M. dosis ℥ß. Vid. corp. ph. p. 344. a.

Morselli Hepatici *Zvvelfferi.*

℞. *Rad. Cichorii sylv. recent.* ℥iij. *Flor. Rosarum rub. recent.* ℥j. *Ligni Santali rubri* ʒij. Fiat cum s. q. *aquæ simplicis* decoctio ad ℥x. circiter; cum decocto hoc colato & probè clarificato dissolve *Sacchari can. alb.* ℔j. ac denuò coquendo, ad consistentiam tabulati redigatur, cui ab igne remoto adde *Cons. rosarum rub.* ex anatica quantitate rosarum & sacchari paratæ ℥ij. *Hepat. nobil.* itidem ex anatica quant. florum & sacch. factæ ℥iß. *Flor. Tunicæ n.* ℥j. *Cort. Arantiorum Citri* ana recent. & radula subtiliss. comminut. ℥ß. *Nuc. Moschat.* consciss. ʒß. *Magist. n. solub. corall. rub.* ʒiij. Fiant Morselli s. a. Valent ad hepar roborandum, ejusdemque obstructionibus reserandis, Cachecticis, & hydropicis succurrunt. Vid. corp. ph. p. 337. a.

Morselli Imperatoris *P. A. R.*

℞. *Amygd. dulc. pinear. mund. pistac.* decort. ana ℥ß. *spec. Imperator.* incis. & contus. ʒiij. *arom. rosat. cinam.* ana ʒj. *conserv. ros. damasc.* ʒß. *sacch. in aq. ros. sol.* ℥vij. F. mors. *Vid. corp. ph. p.* 341. *a.*

Morselli Imperatoris *Norimberg.*

℞. *Cinam.* ʒx. *zing.* ℥j. *caryoph.* ℥ß. *galang. macis. nuc. m.* ana ʒij. *sacch. albiss.* ℔ij. *in aq. ros. & cinam. sol.* F. M. *Vid. corp. ph. p.* 341. *a.*

Morselli Imperatoris purgantes *Timai.*

℞. *Sem. melon. excort.* ℥ß. *aq. rof.* ℥ivß. f. emulsio in qua solve *sacch. alb.* ℔j. *resin. jalap.* ʒv. *spec. primarsul. Imperat.* ʒvj. F. Morselli. Vid. corp. ph. p. 344. a.

Morsuli Laxativi *Norimb.*

℞. *Corticum Citri* ʒj. *Zingiberis* ℈iß. *Spec. de Tragacanth.* ʒij. *Jalappa* ℥ij. *Sacchari albi* ℔j. Fiant s. a. Morselli. Vid. corp. ph. p. 344. a.

Morsuli martiales *Minsichti.*

℞. *Limatura Martis cum aceto, Tamarindor. prap.* ℥j. *Cassia lignea vera, Galanga minor. Caryophyll.* ana ʒj. *Macis, Croci Or.* ana ℈j. *Ol. Cinamomi* ʒß. *Sacchari albiss. in aqua Absinthii & Centaur. min. dissol.* ana ℥viij. Misc. & fiat, ut est artis, confectio in Morsellis.

Valent ad omnes obstructiones, præsertim Lienis, & ad omnia vitia stomachi, Cordis, capitis, pallorem faciei, menses movendos, &c. *Vid. corp. ph. p.* 337. *a.*

Morselli Laxativi de *Spina.*

℞. *Cinam. zing.* ana ℈ij. *galang. caryoph.* ana ʒß. *nuc. m. spic. Ind. santal. citr. cardam. macis* ana ℈ß. *tart.* ʒj. *turbith.* ℥ß. *sacch. in aq. menth. sol.* ℥vij. F. M. stomach. purg. dosis ʒij.

Morselli de Mechoacanna *Schræd.*

℞. *Conserv. viol.* ℥j. *spec. diatrag. frig.* ʒiß. *turbith. gumm. mech. alb.* ana ℥ß. *diagryd. pp.* ʒij. *ol. cinam. dest.* gutt. vj. *anis.* gutt. iv. *sacch. in aq. fan. sol.* ℥xiv. f. M. purg. bilem & phlegma; dosis ab ℥ß. ad j. *Vid. corp. ph. p.* 344. *a.*

Morsuli Pectorales *Minsichti.*

℞. *Loboch. Sani & experti* ℥j. *Spec. Diarrhod. abbat.* ℥j.

Flor.

Flor. Sulfuris comp. Succ. Glycyrrhiz. ext. an. ℥ij. *Pul. rad. Ireos flor. Alipta mosch.* an. ʒj. *Bals. Sulfuris anis. Ol. Fœniculi*, an. ℈ß. *Sacchari albiss. in aq. Prassii & tussilag.* ana s. q. *dissol.* ℥xvj. Misc. & fiat ut est artis, confectio in Morsulis.

Tussi diuturnæ, vocis aspertati & asthmati strenuè succurrunt. Vid. corp. ph. p. 338. a.

Morsuli Pectorales *Zvvelff.*

℞. *Sacchari albi Can.* ℔j. solvatur vel in *Succi sempervivi majoris depurati* ℔ß. in quo prius *Rad. Enulæ incisæ* ℥ß. *Ireos florent.* ʒij. parùm ebullierint, vel etiam in *Aquæ rosar. fragrant.* sine addit. still. ℔ß. In qua prius *Rad. Enulæ* ℥ß. *Ireos florent.* ʒiij. aliquamdiu tantum infusæ & maceratæ fuerint. Coquantur ad consistentiam tabulati, cui ab igne remoto injice *Resinæ Storacis calam.* ʒii. *Specier. Diaireos n.* ℥iß. *Pul. Rad. Enul.* ʒii. Et si lubet; *pul. Croci opt.* ʒi. *Essentiæ rosatæ saccharinæ, Elæosacchari Anisi*, an. ℥ß. Fiant s. a. Rotulæ vel Morselli. In affectibus pectoris catarrhosis tussi diuturna, Pleuritide, & Phthisi ipsa perutiles Vid. corp. ph. p. 338. a.

Morselli Pectorales *Schrœd.*

℞. *Pinear. rec. in aq. ros. pp.* ℥ß. *amygd. d.* ʒv. *sem. melon. rec. cucum. cucurb.* an. ʒii. *spec. diarrh. abb.* ℈iv. *mag. perl.* ℈i. *sacch. in aq. ros. & scab. sol.* ℥xvi. F. Morselli in Hectica. Vid. corp. ph. p. 338. a.

Morselli Pectorales *Timæi.*

℞. *Spec. diaireos* ℥ß. *loch. sani & exp.* ℥i. *flor. benz.* ℈iß. *cond. rad. enul.* ℥iß. *cort. citri* ℥i. *sacch. in aq. fœn. sol.* q. s. F. M.

Morſelli Præſervativi in Peſte
Ettmüll.

℞. *Conſerv. pulp. citri* ℥iß. *ther. Andr.* ℥ij. *corn. cervi per vap. calc. ant. diaph. terr. ſig.* an. ʒiß. *ſacch. in aq. ther. ſol.* F. Morſelli.

Morſelli Præſervativi in Peſte
Timæi.

℞. *Spec. liberantes ſine aloe* ℥ß. *de hyac.* ʒij. *bol. arm. terr. ſig. ligni aloes* an. ʒiß. *rad. Zedoar. contray.* an. ʒiiß. *cond. rad. angel. ſcorz. pimp. enul.* an. ʒvj. *cort. citri* ʒiß. *confect. alkerm.* ʒß. *ſacch. in aq. bezoard. noſtr. ſol.* q. ſ. F. M.

Morſuli Refectivi de Cancris
Minſ.

℞. *Carn. Cancrorum fluviatil.* in aquis pectoralib. coct. ℥ij. *Conſ. roſar. Damaſc.* ℥j. *Pinearum mundat. Piſtat. virid. Amygdal. dulc.* an. de nocte in *aq. Scabioſ. macerat.* ℥j. *Sacchari alb. in aq. pulm. vituli noſt. diſſolut.* ℥v. Miſc. in fine adde *Syrup. Maſtichin.* ℥ij. *Lact. Sulfuris* ʒij. *Margaritar. Trochiſcat. Ol. Nuc. Moſchat. exp.* an. ʒj. *Balſ. Sulfuris aniſat.* ℈j. Miſc. & fiat, ut eſt artis, confectio in morſulis.

Arcanum eſt contra phthiſin & conſumptionem corporis, quod multis aliis remediis non immeritò præferendum. *Vid. corp. ph. p.* 339. *a.*

Morſuli Regii Minſichti.

℞. *Piſtat. virid.* ℥ij. *Pinearum mund. Amygd. dulc.* an. ℥j *Margar. Trochiſc. Mag. Corallor. rub.* an. ʒj. *Flor Cordial.* minutim inciſ. an. p. j. *Ol. Macis* ℈j. *Sacchar albiſſ. in aq. Roſar. diſſ.* ℥xvj. Miſc. & f. confectio in morſulis, ut eſt artis.

Saporis ſunt grati, & ſupra modum confortant, a

lun

unt & nutriunt; Phthiſicos, tabidos, longoque morbo extenuatos & imbecillitate languentes recreant, *Vid. corp. ph. p. 341. a.*

Morſelli de Rhabarbaro purgantes *Zvvelff.*

℞. *Sacchari canarii albi* in *aq. Cinamom.* particula *ſoluti*, ac denuò ad conſiſtentiam tabulati cocti ℥vj. Cui ab igne remoto adde pulverem ſequentem mixtum, utpote *Pulv. Rhabarbari opt.* ʒvj. *Mechoacæ albæ*, *Galapp.* an. ʒij. *Pulv. Syrii ſeu Reſinæ, aut Magiſterii Galapp.* amygd. priùs probè ſubacti ʒiß. *Pulv. Elæoſacchari Cinamomi Eſſent. Arantiorum, Sacchar.* n. an. ʒij. *Cremoris Tartari* ʒiij. *Croci opt.* ℈j. Fiant l. a. Morſelli purgantes, uſui ſervandi.

Evacuant flavam bilem atque pituitam; ſic & vermes enecant, eoſque expellunt. Doſi ʒij. ad ℥ß. *Vid. corp. ph. p. 343. a.*

Morſelli Roſati *Minſichti.*

℞. *Conſ. roſarum rub. opt.* ℥ij. *Spec. Diarrhod. abbat.* ℥ß. *de Gemmis frig. Diamarg. frig.* an. ʒii. *Conſ. Alkermes, Troch. de Berberis, Flor. nitri*, an. ʒj. *Mag. Perlar. Or. Corallor. rub.* an. ʒß. *Elæoſacch. roſarum, Citri*, an. ℈j. *Cinam. Macis*, an. ℈ß. *Sacchari albiſſimi in aqua Roſarum & fragor.* an. ſ. q. *diſſol.* ℥xvj. Miſc. & fiat, ut eſt artis, confectio in morſulis.

Ad capitis, cordis, ventriculi, jecinoris, uteri, renum &c. intemperiem calidam; item ad febres ardentes, bilioſas &c. valent. *Vid. corp. ph. p. 335. a.*

Morſelli Refectivi de cancris *Michaelis.*

℞. *Elect. reſumptiv.* ℥j. *carn. cancr. fluv.* cum aq. pect.

coct.

coct. ℥iß. *pinear. mund. pistac.* an. ʒvi. *antib. Poter.* ʒii. *sacch. in aq. cinam. borrag. sol.* q. s. F. Morsuli in Phthisi usurp.

Morselli contra Pestem *Brandenb.*

℞. *Rad. angel. dict. alb. ostrutii pimp. valerianæ Zedoar.* an. ℥ß. *myrrhæ rub.* ʒvi. *bol. arm. terr. sig.* an. ℥i. *camph.* ʒii. *nucis vomicæ decortic.* ℥i. *ther. Androm.* ℥ß. *sacch. in aq. scord. & ros. ana q. s. sol.* ℔ii. F. Morsuli.

Morselli Purgantes *Brandenb.*

℞. *Cryst. tart.* ℥iß. *scamm. opt. pp.* ʒiii. *ol. cinam.* gutt. iv. *sacch. in aq. ros. sol.* ℥viii. M. F. M.

Morselli de Rhabarbaro *Brandenb.*

℞. *Crem. tart. rhab. opt.* an. ʒii. *flav. cort. citri* ʒß. *sacch. in aq. ros. sol.* ℥iv. F. Mors. purg.

Morsuli Stomachici *Minsichti.*

℞. *Diacydonii simpl.* ℥iii. *Zingib. de China condit.* ℥i. *Calami aromat. virid. condit.* ℥ß. *Nuc. Moschat. Cassiæ lign. veræ, Galangæ min. Macis,* an. ʒj. *Sem. Coriand. præp. Ammeos*, an. ʒß. *Ol. Caryophyllor. Cinamomi*, an. ℈j. *Sacchari albiss.* in *aq. Stomach. nost. dissol.* ℥xvj. Misceatur, & fiat, ut est artis, confectio in Morsulis.

Stomachum infrigidatum summoperè confortat, Vid. corp. ph. p. 340. a.

Morselli Stomachici *alii Zwelff.*

℞. *Rad. Acori, Calami aromat. Galangæ*, an. ʒiii. *Zinzib.* ʒiß. Incisæ coquantur parum in s. q. *aquæ simplicis* ad ℔ß. circiter: cum colatura solvatur *Sacchari albi can.* ℔i. ac denuò ad consistentiam tabulati coquendo redigatur, cui ab igne remoto adde *Nuc. Indic. condit. & consciss.* ℥iß. *Zinzibe-*

Ziberis Indici cond. & conscissi ℥i. *Calami aromatici condit. Cort. arantior. Citri*, an. *cond. & consciss.* ℥ß. *Amygd. dulc. decort. Pistach. decort.* an. incis. ℥j. *Nuc. Moschat. conquass.* ℥ß. *Cardamomi minor.* ʒiii. *Macis, Piperis longi, Caryophyllor.* an. ʒiß. *Cinamomi acuti incisi* an. ℥ß. Fiant s. a. Morselli, qui Stomachum & reliqua viscera infrigidata confortant appetitumque excitant, & flatus comprimunt. *Vid. corp. ph. p. 341. a.*

Morselli Stomachici *Timat.*

℞. *Granor. parad.* ʒii. *aq. cinamom.* ℥iv. ſt. in inf. p. n. colat. adde *facch.* ℥ix. *spec. arom. rof.* ʒii. *diarrh.* ʒi. *cardamom. min.* ℈ii. *cubeb.* ʒii. *cond. cort. aurant. citri. carn. cyd.* an. ʒvi. *Zingib.* ʒi. incid. grosso modo aspers. *spirit. ros.* in quo *ambr.* gr. vi. sol. F. M.

Morselli Stomachici *Ettm.*

℞. *Conserv. menth.* ℥ß. *rad. acori cond.* ʒii. *Zing. cond.* ʒi. *pulv. stom. Brickm.* ʒiii. *extr. Zed.* ʒß. *facch. in aq. menth. sol.* q. s. F. M.

Morselli è succo rosarum *Brandenb.*

℞. *Succi rof. damascen.* per inf. & extr. suff. cum aq. fervida parati ℥iv. *Diagrydii* ʒii. *facch. in aq. rof. sol.* ℥viii. M. F. Morselli ʒi. ponderantes & purgantes.

Morsuli venerem stimulantes *alii.*

℞. *Electuar. Diasatyr.* ℥j. *Rad. Ering. condit. incis.* ʒvj. *Pinear. excort.* incis. *Amygdal. dulc. excort.* & incis. ana ℥iij. *Spec. Aromatic. rosat. Diarrhod. A.* a. ʒß. *Ambræ gryss. Zibeth. opt.* a. gr. iv. *Sacchar. in aq. Cinamom. solut.* ℥vj. f. s. a. Morsuli.

Morselli confortantes Viriles *Zwelff.*

℞. *Sacchari can. alb.* ℔j. solvatur in s. q. *aquæ Cinamomi*, in qua *radices Satyrionis* aliquamdiu maceratæ fuerint, & denuò ad tabulati consistentiam percoquantur, in quo ab igne remoto dissolvatur, *Ambræ gryseæ* ʒj vel ʒß. plus minusve pro fortuna & conditione patientis, addendo statim *rad. Satyrionis condit. & consciss.* ℥ i ß. *Nuc. Indic. cond.* ʒ vj. *Zinziberis Indici cond.* ℥j. *Cort. aurantiorum cond.* ℥ß. *Carnis Stinci Marini*, *Veratri Cervi rasati*, an. ʒiij. *Pistach. cort.* Pinearum *mund.* an. incis. ʒvj. *Cardamomi min. Sem. Erucæ*, *Linguæ avis Macis*, *Piperis longi*, an. ʒiii. *Ol. Cinamomi opt. still* ℈i. *Caryophyllor.* ℈ß. priùs cum *essentiæ citri saccharinæ*, an. ℥i. permixtorum. Fiant Morselli egregiè confortantes, ac semen insuper augentes. Vel ℞ *Sacchari can. alb.* ℔i. Quam subtilissimè tritam cum s. q. *Succi citri* aut *Limoniorum acidi*, recenter & jam expressi, supra ignem recentem sine coctura, in patella ferrea, solve s. a. Huic adde crassiusculè incisa sequentia: *Pinearum mundat. Pistachior. Amygdal. dulc.* an. decort. ℥j. *Nuc. Indic. condit.* ℥iß. Item si lubet: *Ambræ gryseæ* ℈ vel ʒß. *Olei still. Cinamomi* ℈i. *Caryophyllor.* ℈ß. *Nuc. Moschat. expr.* ℈j priùs tamen *Essentiæ citri* vel *rosarum saccharin* ℥iß. immixtorum. Fiant Morsell. pretiosi & confortantes.

Morselli Viriles *Minsichti.*

℞. *Confect. de succol. Ind. nostr.* ℥j. *pistac. viri amygd. d. pinear. mund.* an. ʒß. *nuc. m. con* ʒij. *borrac. ven. galang. min. pip. long. card. mi* an. ʒj. *veratri tauri, cervi* an. ʒß. *galliæ mosc* *sen*

ſem. linguæ avis urtic. carn. ſcincor. croc. or. an. ℈j. *ol. caryophyllor. macis expr. cinam.* an. ℈ß. *ſacch. in aq. rad. ſatyrii & anth. ſol.* ℥xvj. M. F. morſelli in Impot. virili doſis à ʒj. ad ℥ß. *Vid. corp. ph. p. 335. a.*

Morſelli Viriles *Michaelis.*

℞. *Succol. Ind.* ℥ß. *elect. diaſatyr.* ʒvj. *ſang. galli* ʒj. *ſacch. in aq. cinamom. ſol.* q. ſ. F. M. in Impot. virili.

Morſelli Viriles *Fiſcheri.*

℞. *Scinci marini, Boleti cerv. virgæ tauri* an. ʒi. *Borrac. ven.* ℈ii. *card. cubeb. pip. nigr. Zing.* an. ʒß. *Pinear. piſtac.* an. ℥ß. *rad. ſatyr.* ʒii. *ſem. eruc. ling. avis* an. ʒi. *ſacch. in aq. cinamom. ſol.* q. ſ. F. M. in Imp. vir.

Morſelli de Zingibere *Zvvelff.*

℞. *Cinamom. elect.* ʒii. *nuc. m.* ʒi. *caryophyll.* ℈ii. *macis* ℈i. incid. craſſe, adde *Zingib. tenu.* ʒvi. *ſacch. in aq. roſ. ſol.* ℥xvi.

N.

Nitrum fixum.

Nitri depurati quantum libet. In crucibulo bene ignito ad fluorem perducatur, & ſucceſſivè particulæ carbonum injiciantur, uſque dum flammam amplius non concipiant, tunc in mortarium calefactum effundatur; quod in cella per deliquium ſolutum, ac filtratum vocatur LIQUOR NITRI FIXI.

Viribus cum aliis ſalibus alcalinis fixis convenit, tàm medico quàm chymico uſui adaptandum. *Vid. corp. ph. p. 329. b.*

Nitrum præparatum *sive Lapis Prunellæ vel Anodynum aut cryſtallinum minerale.*

℞. *Nitri puriſſ.* q. l. Fundatur in ✝bulo, ſuperinjice aliquid 🜍 puri (meliùs eſt *flor.* 🜍) quod ubi deflagraverit; iterum aliquid ſulphuris immitte, idque repete, donec ſuper Sal. nit. ℥j. injeceris ʒß. ad ʒj. & Sal. nit. planè purum fiat, tùm effunde, & hic eſt lapis prunellæ vulgaris.

Nitrum hoc modo præparatum, ſi quid impuri contraxit, purificari poteſt ſolutione & cryſtalliſatione, ut ſupra dictum. *Vid. corp. ph. p.* 327. *b.*

Nitri in Sal Alkali fixatio *juxta Schrœderum & Le Mery.*

Nitri ℥xvj. crucibulo amplo ac forti indito, hoc colloca inter carbones ardentes, fuſoque nitro in id conjice *carbonis groſsè pulveriſati* cochlear unum, fiet magna flamma detonatioque, quibus præteritis, carbonis totidem conjicies, ſicque perges, quouſque non amplius flammam concipiat materia, ſed fixa in crucibuli fundo reſideat: tunc eam in mortarium probe calidum effunde, refrigeratam eam pulveriſa, pulverem ſolve in aqua ſufficienti; per chartam emporeticam ſolutionem filtra, ac igne arenæ humiditatem omnem in fictili vel vitreo vaſe evapora; ſupererit ſal in phiala probè obturata ſervandum.

Hujus ſalis ſapor ſimilis eſt ſapori Salis ♃i, parumque viribus diſcrepat, obſtructiones aperit, per [illegible]nas pellit, & aliquando per alvum; datur à gr. 16. ad 30 ex liquore convenienti. *Vid. corp. ph. p.* 330. *b.*

Nitrum Perlarum.

℞. *Sal. nit.* 🜄 ſolut. part. iij. vel iiij. *Sal. perlar.* itidem in 🜄 ſolut. p. ij. vel ana, conjunge, coagulaque

que evaporando, ac repone in frigido loco ad crystallisandum.

Egregium est cordiale, & mitigat etiam æstum febrilem. *Vid. corp. ph. p. 331. b.*

Nitrum Corallatum *ex Schrædero.*

Fit eodem modo, *ex sale scil. corallor.* & *sal. nit.* ana: Usus idem est cum priori in febribus & virium restaurratione. *Vid. corp. ph. p. 332. b.*

Nitrum Saturnisatum.

Fit eodem modo, nimirum ex *Sacchar*o ♄*ni*, & *Sal. nit. puro*, seu lapide Prunellæ.

Confert asthmaticis. (Cardialgiâ, & ventriculi fervore affectis.) Dosi gran. vj. vel vij. in aqua aliqua convenienti. *Vid. corp. ph. p. 332. b.*

Tartarus Nitratus *Minsichti.*

℞. *Sal. Tartari*, *Nitri præp.* an. p. æ. Solvantur in *aq. rosarum calida*; postea filtrentur, & super ignem incoquendo mediocriter, donec quasi crustam acquirat, reliquum in frigido concrescat; sic habebis crystallos, quos ad usum repone. Præstantissimum est medicamentum, singularem enim incidendi & detergendi humores crassos & tartareos; nec non meatus obstructos aperiendi vim habet. *Vid. corp. ph. p. 333. b.*

Nitri Terra foliata S. *Closs. ex Schræd.*

Candefac. *Sal. nit.* in 🜍 & per vices injice *carbonem vivum*, ut sal nitri inardescat, continua, donec flagrare desinat, quod restitat solvatur in ⚹, filtretur, coaguletur, idque ter cum novo ⚹ repetatur; Tandem solvatur in Sp. vin. qui postmodum destilletur; In fundo erit terra Talcosa nitri fusilis instar ceræ. Toties verò reiteretur hic labor, donec ⚹ in ea, qua fuit affusum,

aciditate destillando evehatur. Hoc si cum terra foliata ♀ri conjungatur, majores acquirit vires diureticas & aperitivas. *Vid. corp. ph. p. 332. b.*

Nitrum Vitriolatum *Minsichti.*

℞. *Nitri præp.* p. j. *Spir. Vitrioli rectif.* p. ij. Misc. & destilla per retortam secundum gradus, primum leni, deinde fortiori igne, donec tandem retorta candescat, & cum nil spiritûs ascendit amplius refrigescat paulatim, & sic in fundo pulvis remanet niveus, qui acredinem suam corrosivam ferè amisit. Huic *Spiritus Vitrioli recentis* tantum affunde quantum ad solutionem ejus perfectam sufficiens dein per chartam emporeticam filtra, & ad medietatem usque evaporare sine; & tunc demum loco frigido infer, ad crystallandum. Hos crystallo exime, sicca, & ab usum reserva. Et sic verum habes nitrum vitriolatum, quod etiam à chymiatri quibusdam *Spiritus vitrioli coagulatus* appellatur.

Eandem virtutem & operationem, quam Spiritus vitrioli, excepto, quod magis refrigeret, vimque Diureticam majorem habeat, in tingendo etiam idem quod ille, præstet. *Vid. corp. ph. p. 333. b.*

O.

Oleum Absinthii *P. A. R.*

℞. *Ol. Oliv.* ℔iij. *Comarum absinthi, Pontici recenti contusarum* ℔j. *Rosarum rubr.* ℥ß. Macerentur per triduum in loco calido, deinde coquantur usque dum prunis injectum non amplius strepat oleum, quod colatum servetur.

Calefacit & roborat, præsertim ventriculum; appetitum excitat, obstructiones aperit, lumbricos necat & ventriculi flatus dissipat. *Vid. corp. ph. p. 120. b.*

Oleum

Oleum Absinthii *Pharmacopœæ Amstelodam. & Hagiensis.*

℞. *Comarum absinthii virentis* incisarum, & contusarum ℥iiij. *Ol. Omphacini* ℔iij. Macerentur per xv. dies, in nimbo vitreo ad solem, vel loco calido, ter repetendo comarum infusionem & ultima infusio in *Succi absinthii* ℥iiij. Coquantur leviter ad succi consumptionem. Vid. corp. ph. p. 120. b.

Oleum Absinthii *Zvvelfferi.*

℞. *Ol. Oliv. recent.* ℔ij. huic immergantur *summit. seu Comarum absinthii nostr. & recent.* minutim incis. ana ℥viij. Facta maceratione loco calido, in vitro probe clauso, die una, fiat post colatura cum expressione forti, Oleo expresso denuò *Comarum absinthii recent.* minutim conscissarum ℥viij. infundantur, digerantur in calore die uno atque altero, factâ iteratâ colaturâ, & forti expressione. Repetatur tertiò eadem recentis absinthii infusio & maceratio. Quibus peractis, coletur, & exprimatur fortiter oleum; resideant, deinde omnia in vitro probè munito, ut, si quæ impuritas, liquor & humiditas supersit, (quanquam modicum residebit,) per inclinationem, aut decantationem segregari possit, oleumque defœcatum, atque purum, usui destinari.

Hoc oleum frigidis affectibus ventriculi conducit; Hepati auxiliatur, repetita inunctione adhibitum: Lumbricos enecat, & arcet, ad umbilici regionem illitum: Carminativum est, ac Colicos dolores demulcet, quos frigidior causa fovet, ubi Clysteribus immiscueris. Vid. corp. ph. p. 121. b.

Oleum Acovisticum Ambratum Minsichti.

℞. *Ol. Amygdalar. amar.* ℥iiij. *Nardini comp. Liliorum alb.*

an. ℥ij. *Succ. Origani, Majoran. Rutæ, Porri, Raphani, Ceparum*, an. ℥j. Mixta coquantur ad succorum consumtionem, postea oleo colato adde: Spir. vin. mille pedibus ptius imprægnati, *Aceti vini acerr.* an. ℥ß. *Ambræ gryseæ, flor. Serpilli, Bacc. Sabinæ, Sem. Cymini, Macis*, an. ʒj. *Cubebarum, Hellebori alb. Mastichis, Ladani, Styrac. calam.* an. ʒß. *Castorei veri, Piperis long. Croci or. Nitri præp.* an. ℈j Omnia per se pulverisata, & diligenter conquassata denuò in B. aquæ magnificè bullientis ad consumtionem humiditatis coquantur, permittendo refrigerari, postea oleo expresso & bene colato immisce *Ol. formicarum, Anisi* an. ʒj. *Galliæ Moschat.* subtilissimè pulverisat. ℈j. Misc. & ad usum repone.

Contra surditatem & gravitatem auditus, nec non tinnitum ab humore & vapore, vel etiam à flatibus expertissimum est. Aurium etiam dolores sistit. Apostemata rumpit, & ulcera manantia curat. Usus est, ut aliquot guttæ in aures manè & vesperi stillentur, claudendo cottone moschato: sic tribus aut quatuor diebus sæpè auribus medetur. Vid. corp. ph. p. 107. b

Oleum Anagallidis *P. A. R.*

Oleum Anagallidis paratur ut oleum Abrotani Præsentaneum prædicatur remedium variis puerorum doloribus in infimo ventre exsuscitatis à flatulentis sabulosis, biliosis & pituitosis contentis conveniens sive Enematibus admistum injiciatur, sive exteriùs applicetur. Vid. corp. ph. p. 108. b.

Oleum Anethi.

Fit ex floribus & foliis anethi, ac oleo claro, eodem modo, quo oleum Abrotani.

Est anodynum, hinc defluxionibus à capite, ac par-

partes inferiores conducibile est; roborat nervos, resolvit, attenuat crassos, viscidosque nervis impactos humores, calefacit moderatè, & emollit; Colicos dolores sedat, cum externè umbilico inunctum, tum Clysteribus quoque admixtum. Vid. corp. ph. p. 103. b.

Oleum Aranearum Mindereri *P. A. R.*

℞. *Ol. nymph. lumbr. terr.* ana ℥vj. *hyperici* ℥ij. *fol. rut. rec. flor. samb. rec.* ana miß. *acet. ros. calend.* ana ℥iij. *aranear.* crass. & magn. no. 40. decoq. omnia ad humiditatis consumt. colentur & exprim. in hoc colato rursus infundantur *araneæ* crassæ no. 25. ac addatur *camph. cum spir. ros. dilut.* ʒß. diger. & repon. ad usum, proderit hoc oleum ad inunctionem regionis cordis & arteriar. in febre maligna petechiali ad venenum evocandum. Vid. corp. ph. p. 99. b.

Oleum Balsami *Minsichti.*

℞. *Ol. olivar.* ℔j. *hyperici bacc. lauri* ana ℥j. *gran. junip. petræ* ana ℥ß. *lign. rhod. spicæ* ana ʒij. *sem. angel. anisi* ana ʒj. *Tereb. cypr. in aq. viol. lot.* ℔ß. M. & cum s. q. *rad. anchusæ* f. l. a. oleum seu balsamum rubicundum. Vid. corp. ph. p. 116. b.

Oleum Benedictum *Londinense.*

℞. *Rad. cardb. valerian.* ana ℥j. *fl. hyper.* ℥ij. *trit. puri* ℥iß. macer. in *vin. alb.* adde *ol. vetustiss.* ℥iv. coq. ad vin. cons. col. adde *tereb. cypr.* ℥viij. *thur.* ℥ij. M. f. a.

Oleum de Capparibus *P. A. R.*

℞. *Cortic. rad. Capparum* ℥j. *Tamarisci, flor. Tamarisci, Seminis agni casti, Ceterach, Cyperi,* an. ʒij. *Rutæ* ʒj. Trita & cum aceto irrigata, cum olei olivarum ℔j. coquantur ad humiditatis aqueæ consumtionem, colentur & exprimantur.

Lienis tumoribus duris, scirrhosis, ejusque obstructionibus medetur, Vid. corp. ph. p. 117. b.

Oleum de Capparibus *Pharmacopœæ Amstelodam. Ultrajectina & Hagiensis.*

℞. *Cortic. rad. Capparum* ℥j. *Tamarisci, rad. Cyperi, fol. Scolopendrii* seu *Ceterach. Tamarisci, Rutæ, Sem. Agni casti*, an. ℥ij. Contusa omnia macerentur in *Aceti vini, Vini opt.* ana ℥ij. *Ol. Oliv. maturi* ℔j. Omnibus tepentibus per dies duos; dein coquantur in vase duplici, donec acetum & vinum evaporarit, omnibus fortiter expressis, ad usum servetur oleum. Vid. corp. ph. p. 117. b.

Oleum de Capparibus *Hepaticum & Spleneticum Zwelff.*

℞. *Capparum recent.* aut si tales desint sale condit. ℥v. *Cort. rad. Capparum* cum vino humectatorum ℥j. *Herb. rec. Tamarisci cum cortic. Verbenæ florescent.* an. ℥iiß. *Ceterach.* ℥iß. *Flor. recent. Nicotianæ* ℥ij. *Flor. rosar. rubr. recent.* ℥iiß. *Salis Ammoniaci sublimati cum chalybe* ℥ß. Hæc omnia, incisis, quæ incidenda sunt, infundantur & immergantur in *Ol. Olivarum recent.* & puri ℔ij. Digerantur aliquamdiu, postea coquantur leniter ad humiditatis exhalationem, (quia nihil spirituosi, aut sulfurei inest, præter paucissimum quid, à Rosis, quarum tamen hic virtus roborativa, non odor, desideratur. Fiat post colatura cum forti expressione; oleo verò expresso, porrò adde *pulv. Gumm. Ammoniaci* ℥iß. *Camphoræ* ℥ß. Facta denuò brevi digestione, tandem coletur oleum, & usui asservetur. Obstructionibus hypochondriorum externâ ejus inunctione perquàm utile est: Hepatis & Lienis duritiem resolvit, & flatus discutit. Vid. corp. ph. p. 118. b.

Oleum

Oleum Carminativum *Anti-Colicum Zwelfferi.*

℞. *Olei olivarum recent.* ℔ij. cui immergantur sequentia crassiusculè incisa & contusa: utpote *Herb. recent. Anethi cum summit. Rorismarini, Menthæ crispæ, Pulegii florescent.* ana ℥iiß. *Flor. Chamomillæ recent.* ℥iiij. *Cortic. Arantior. recent. extim.* an. ℥iß. *Baccar. lauri recent. Juniperi virid.* an. ℥j. *Sem. Carvi, Coriandri, Anisi,* an. ℥vj. *Opii Thebaici* ℨij. Stent in infusione die una; factaque post una atque altera ebullitione, in alembico vitreo, suo capitello munito, (ut id quod ebulliendo transit, reaffundi possit,) colentur, dum adhuc parum calent, & exprimantur species fortiter: Oleo expresso adde, & in oleo liquefac lenissimo calore *Camphoræ* ℥vj, *Ol. Still. Carvi, Fœniculi,* an. ℥ij. Misceantur & serventur pro interno æque ac externo usu. Verum anodynum & Carminativum oleum. Vid. corp. ph. p. 109. b.

Oleum de Castoreo *Jacobi de Manliis P. A. R.*

℞. *Castorii, Styracis calamitæ, Galbani, Euphorbii, Cassiæ ligneæ veræ, Croci, Opopanacis, Cubebarum, Spicæ nardi indicæ, Costi,* ana ℥ij. *Cyperi, Schœnanthi, Piperis longi, nigri, Sabinæ Pyrethri,* ana ℨiiß. *Olei* ℔iij. Omnia calore arenæ conjunctim digerantur vase clauso. Postea colentur. Valet ad omnes nervorum & Cerebri affectus frigidos, tetanum, convulsionem, tremorem, ac paralysin, rigoresque febriles sedat, spinæ dorsi illitum. Vid. corp. ph. p. 112. b.

Oleum de Castoreo *Pharm. Amstelod. & Ultrajectin.*

℞. *Castorei, Styracis calamitæ, Galbani, Opopanacis,* *Eu-*

Euphorbii, Cassiæ ligneæ, Rad. Costi, Cyperi, Pyrethri, Spicæ nardi Indicæ, florum Sabinæ, Croci, Schœnanthi, Cubebarum, Piperis longi, nigri, ana ℥ij. *Olei* ℔iij. *Vini generosi* ℔ij. Terendis tritis, macerentur omnia simul in vino per diem naturalem, tùm coquantur, cum oleo in diplomate ad consumptionem vini, colentur & exprimantur. *Vid. corp. ph. p.* 112. *b.*

Oleum de Castoreo *Pharm. Hagiensis.*

℞. *Castorei pinguis mollis*, à pelliculis mundati ℥j. *Olei olivarum maturi veteris* ℔j. *Vini albi generosi* ℥iij. Bulliant in diplomate ad vini consumptionem, dein reponantur non colata ad usum. *Vid. corp. ph. p.* 112. *b.*

Oleum de Castoreo *Zvvelff.*

℞. *Olei puri & recentis olivarum* ℔ij. Huic immergantur sequentia incisa & contusa: *Castorei pinguis recent.* ℥j. *Rad. Pyrethri* ℥ß. *Herb. recent. rorismarini Sabinæ, Salviæ*, ana ℥iß. *Cubebarum, Piperis longi*, ana ʒvj. *Caryophyllor.* ℥ß. *Croci opt.* ʒij. *Styracis calam* ℥j. *Opopanacis, Galbani*, ana ℥ß. Facta maceratione brevissima, die circiter una, additaque duntaxat *vini albi* ℥j. vel ij. fiat in alembico vitreo, suo capitello munito, una atque altera ebullitio; id autem quod ebulliendo transit, reaffundatur oleo; colетur, dum omnia paulisper refrixerint, & exigua humiditas adjuncta, prægressa aliquali digestione per residentiam tandem, decantationem, aut filtrum, uti supra notatum, separetur; addendo ultimò *Olei Lavendulæ still.* ʒiß. Servetur usui hoc præstans oleum, ad omnes nervorum & cerebri frigidos affectus, convulsiones, Tetanum, Tremorem, &

Paralysin; contra Atrophiam, & Marasmum perquam utile accidit. *Vid. corp. ph. p.* 113. *b.*

Oleum Chamæmelinum.

Fit ex floribus Chamæmeli recentibus, & *oleo claro*, ut oleum de Abrotano. Oleum hoc est carminativum, flatus discutit & resolvit. *Vid. corp. ph. p.* 108. *b.*

Oleum Cheyrinum *Mesuæ.*

Fit ex Leucoiis luteis, hoc est, *ex Cheyris citrinis* & *oleo claro*, ad modum præcedentis olei chamomillæ &c. Attenuat, lenit, & digerit, dolores ex flatibus ex materia pituitosa & frigida mitigat, ventrisque torminibus succurrit, nervorum & juncturarum dolores levat. &c. *Vid. corp. ph. p.* 125. *b.*

Oleum de Croco *Mesuæ P. A. V.*

℞. *Croci* ℥ß. *Myrrhæ electæ* ℨii. *Cardamomi* ℨiiiiß. *Olei* ℥ix. Digerantur omnia leni calore, colentur & exprimantur.

Nervos ac uterum roborat, eorum dolorem sedat, convulsionique & uteri noxis confert. *Vid. corp. ph. p.* 124. *b.*

Oleum Crocinum *pro Emplastro de Ranis Pharm. Amstelod.* & *Hagiens.*

℞. *Croci Anglici, Cardamomi, Rad. Acori*, an. ℥j. *Myrrhæ el.* ℥ß. Macerentur omnia sex diebus *in aceto acerrimo*, deinde addit. *Ol. Oliv. Maturi* ℔iß. Coquantur lento igne ad aceti consumtionem, colentur, exprimantur & ad usum reponantur. *Vid. corp. ph. p.* 125. *b.*

Oleum Sabinæ Crocinum *Minsichti.*

℞. *Ol. Still. Sabinæ* ℥iii. *Croci orient.* ℨiii. Misc. & affunde *Spir. vini super Artemis. Centaur. min.* &

Cinamom. rectif. ℥iij. Coq. ad Spiritus consumtionem, postea separa oleum & ad usum reserva.

Ad cienda muliebria probatissimum. Dosis manè & vesperi à gutt. v. ad vj. & vij. in aqua Artemisiæ, Pulegii, &c. *Vid. corp. ph. p.* 125. *b.*

Oleum Diacolocynthidos P. A. R.

℞. *Ol. abs. rut.* an. ℥j. *fell. bubull. agnini* an. ℥ß. *pulp. coloc. hell. nig.* an. ʒij. coq. ad humid. aq. cons. & col. alvum obstr. solvit & vermes necat. *Vid. corp. ph. p.* 118. b.

Oleum Catellorum *Londin.*

℞. *Ol. oliv.* ℔iv. *catell. nuper. nat.* no. ij. *vermi. terr. vin. alb. lot.* ℔j. coq. s. a. expr. adde *tereb. cypr.* ℥iij. *sp. vin.* ℥j. M. s. a.

Oleum Costinum *Mesue.*

℞. *Costi amar.* ℥ij. *cass. lign.* ℥j. *summit. sampsuchi seu majoranæ* ℥viij. *vini* ℔ij. *ol. sesam.* ℔iij. macer. p. 2. d. dein coq. ad vin. cons. Vid. corp. ph. p. 116. b.

Oleum Epilepticum *ex Th. Hoffm.*

℞. *Rad. arist. long. rec. mund.* ℥j. *castor. euphorb.* an. ʒj. *ol. olivar.* ℥iv. *rad. arist.* incis. prius cum ol. oliv. coq. & demum reliqua addenda invicem mixta tecta operculo coq. & demum per lint. col. *Vid. corp. ph. p.* 113. b.

Oleum Excestrense *Londinense.*

℞. *Herb. abs. cent. min. eupat. fœnic. lauri hyss. majoran. meliss. nepeth. puleg. sabin. salv. thym.* an. ℥iv. *abrot. beton. chamæp. lavend.* an. ℥vi. *rorismar.* ℔j. *fl. chamæm. genist. lil. alb. samb. sem. cumin. fœnugr. rad. elleb. alb. nigr. cort. frax. limon.* an. ℥iv. *euphorb. sinap. castor. pyrethr.* an. ℥j. *vini* ℔iij. *ol. oliv* ℔xvj. dig. & coq. s. a.

Ole

Oleum ex Euphorbio *Mesuæ P. A. V.*

℞. *Euphorbii triti* ℥ß. *Olei cheyrini* ℥v. Coquantur & colentur. In frigidis cerebri noxis, hemicrania, cephalalgia, & lethargo adhibetur; Epispasticis medicaminibus utiliter admiscetur; alopecias & capillorum defluvia sanat, in coxæ aliorumque articulorum doloribus inveteratis, laudatissimum remedium; ast cautè, & non nisi vehementer frigidis vitiis adhibendum. Vid. corp. ph. p. 113. b.

Oleum Febrifugum *Strobelbergi ex Schr.*

℞. *Ol. Nymphea* unius saltem anni, *Lumbricor. Rosar. Hyperic. Amygdal. am.* an. ℥j. Mixtis impone *Scorpiones vivos* N. ix. Exponantur soli, (paretur si possibile in ingressu ☉ in signum Scorp. vel cancr.) donec moriantur Scorpiones, tunc etiam adde *Theriac. Andr. opt.* ℥ß. Relinquantur insolati per ♂ 14.

Easdem vires cum aliis Scorpionum oleis Lib. 5. descriptis obtinet. Imprimis tamen inservit Emplastro febrifugo conficiendo. *Vid. corp. ph. p.* 109. b.

Oleum Hirundinum *Londinense.*

℞. *Hirund. integr.* no. xvj. *chamæm. rut. plant. maj. min. fol. lauri puleg. aneth. hyssopi rorism. salv. hyper. balsamit.* an. mj. *ol. comm.* ℔iv. *vin. hisp.* ℔j. conf. s. a. ol.

Oleum Hyperici *D. Faust.*

℞. *Olei ex resina abietina destillati*, & cum 🜄 rectificati ℔ß. *Flor. Hyperici rec.* m. vj. extrahe Tincturam in BV. & erit præstantissimum Balsamum vulnerarium ad contusa & gelu perusta membra.

Ole-

Oleum Hyperici compositum *sive Balsamus Hyperici Georg. Colleri à* Rabenstein *ex Schrœd.*

℞. *Ol. Hyperic. opt.* ℔i. *Vini generos.* sextar. tres, *Ol. Therebinth. Laterin. Lumbricor.* an. ℥ij. *Ceræ* ℥j. *Pinguedin. human. destillat. Ol. de medulla (hom. vel Cerv.) destill.* an. ℥iii. *Theriac. Andr. Mithridat.* an. ℥i. *Visc. querc. Til. Coryli* an. M.j. *Fol. Persicar. acut. Murar. Pyrol.* an. M. iii. *Flor. Anthirrin.* M. viii. *Hyperic.* M. vi. *Verbasc.* M. ii. *Betonic. Centaur. min. Prunell. Consolid. aureæ, Ptarmic. Austriacæ, Chelidon.* an. M. i. *Sem. Antirrhin.* ℥ß. *Hyperic.* ℥iß. *Rad. Dracuncul. maculat. Aristoloch. rot. Symphyt.* an. Mß. *Scrophular. fabariæ s. crassul. maj.* an. M. i. Bulliant sive coq. in diplomate vase optimè clauso ad consumptionem vini. Exprimantur fortiter, postea imponantur: *Croc.* ♂. *Mumiæ, Mastich. Thur. Myrrh.* an. ℥ii. Denuò coq. leviter, dein pro circulatione ponantur ad solem, hyeme ad fornacem. *Vid. corp. ph. p. 101. b.*

Oleum Hypnoticum *seu Anodynum Zvvelff.*

℞. *Olei Nymphea* juxta n. modum facti ℥iii. *Sem. papav. express.* ℥iß. *Hyoscyami express.* ℥ß. His mixtis oleis immergantur sequentia incisa & contusa; utpote *Croci Austriaci* ʒii. *Majoranæ rec.* ℥iß. *Ladani opt.* ʒii. *Opii Thebaici* ʒiß. *Vini albi boni* ℥j. Facta maceratione brevi, fiat in alembico, suo capitello munito, una saltem atque altera ebullitio: ea, quæ transit, paucula humiditas reaffundatur, cùm omnia refrixerint, fiat colatura post, cum forti expressione; expressum à pauxilla humiditate, prægressâ aliquali macera-

tione

tione, per residentiam separetur; cui ultimò adde & in ea liquefac *Olei nucum moschat. expreß.* ℥ß. *Ligni Rhodii still.* ℥iß. Reponatur usui in vase bene clauso.

Præstans est oleum ad somnum conciliandum; fronti, temporibus, ac naribus illitum; inflammationibus capitis, & podagricis doloribus sedandis, perquam salutare est. Doloribus etiam Colicis, Dysenteriæ, Lienteriæ, cùm externè inunctum, tùm Clysteribus immixtum, cum summo emolumento subvenit. *Vid. corp. ph. p.* 104. *b.*

Oleum Irinum *Mesue.*

℞. *Rad. ireos* ℔iii. *flor. ejusd.* ℔vi. macer. in decoct. aliar. *rad. ireos* q. s. postea add. *ol. veter.* ℔ii. coq. & expr. *Vid. corp. ph. p.* 99. *b.*

Oleum Irinum compositum *Londin.*

℞. *Rad. irid. flor.* ℔iii. ℥iv. *fl. lil. alb. abj. flav.* ℥xv. *rad. cyper.* ℥vi. *belen.* ℥iii. *anchus.* ℥ii. *cinamom. spic. nard. benz. an.* ℥i. *ol. veter.* ℔xv. *aq. font.* ℔ivß. macer. & coq. s. a.

Oleum Jasminum.

Fit *ex floribus Jasmini,* & *oleo nucleorum Ban,* vulgò Ben dictorum, vel etiam *oleo amygdalorum dulcium*; Gossypium nempe carptum; oleo imprægnando, & *cum floribus Jasmini recentibus* aliquoties stratificando; tandemque exprimendo.

Usus ejus nobis potissimum est ad odoris gratiam; quamvis nec medicas ei vires denegemus, quas cephalicas & cordiales possidet. *Vid. corp. ph. p.* 14. *b.*

Oleum Jasmini *Zvvelff.*

℞. *Florum Jasmini odorif. recent.* q. s. Quibus *cum amyg-*

amygdalis dulcibus excort. ac non nihil siccatis, fiat in cribro ligneo vel in cerniculo, aut aliquo alio vase puro stratum super stratum, ultimo orbiculo ligneo, pondere aliquo parumper saltem gravando superimposito, postero die flores ab amygdalis segregentur, novisque & recent. florib. eædem amygdalæ stratificatæ, aliquo, uti antea pondere, non nihil graventur; qui labor, quò frequentius semper cum recentibus receptis floribus reiteratur, eò præstantius ac fragrantius oleum, simplici, saltem, & sine igne, expressione, ex amygdalis elicitur. *Vid. corp. ph. p.* 114.*b.*

Oleum Lacertarum *contra Hernias* *Zvvelff.*

℞. *Olei nucum Jugland. recenter expressi* ℔iij. cui immergantur *Lacertarum virid.* num. xxv. & in eo suffocari & permori permittantur. Digerantur in vase vitreo per diem integrum, coquantur deinde in alembico vitreo, apposito capitello, affusa humiditate, quæ pertransit, ubi omnia refrixerint. Fiat dein colatura abjectis lacertis; Oleum servetur, utpote ad curandas Hernias præstantissimum: & secretum, sanè, non, nisi magnorum Principum; qui, cur id multa annorum serie latere voluerint, ignoro. Inungitur eo locus affectus ubi intestinorum irruptio ac provolutio deprehenditur, prius repositis intestinis; superimposita deinde particula omenti cujuscunque animalis, hoc oleo illita, ac, inspersis pulvisculis adstringentibus fit ligatura apto cingulo, ad prohibendam ulteriorem intestinorum irruptionem. Vid. corp. ph. p. 110. b.

Oleum Liguftrinum *Mefuæ five Cyprinum* *P. A. V.*

Fit *ex floribus recentibus Liguftri*, *cum oleo*, ad modum Olei chamæmelini. Arabibus de Alkanna dicitur, nobis Liguftrinum, quod ex Liguftri floribus fiat.

Calefacit, & moderatè adftringit, emolliendi vim habet, vulvæ ac nervorum affectibus fubvenit, pleuriticis, opiftotonicis, & angina laborantibus fuccurrit, capellos à canitie vindicat. Vid. corp. ph. p. 109. b.

Oleum Liliorum alborum *fimplex.*

℞. *Florum Liliorum alborum*, abjecto quod croceum eft. *Olei* an. ℔iiij. Macera & infola per dies octo, poftea coque & exprime. Vid. corp. ph. p. 105. b.

Oleum Liliorum alborum compofitum *Mefuæ P. A. R.*

℞. *Maftiches, Calami aromatici, Cofti, Carpobalfami*, an. ℥j. *Caryophyll. Cinamomi*, an. ℥ß. *Croci* ʒiij. Omnia poft fufficientem macerationem in *olei liliorum alborum fimplicis* ℔ij. colentur. Longe præftantius *juxta Zvvelfferum* conficietur hoc oleum, *fi loco Aromatum*, *ipforum olea deftillata*, (quæ cuncta ferè in officinis proftant) eidem jam perfectè parato adderentur, ex. gr.

℞. *Florum liliorum alborum recent.* ℥ix. quibus in ℔ij. *olei puri* infufis adde *Cofti veri* ℥j. *Croci pulverifati & in vino infufi* ʒiij. Macerentur aliquamdiu, &, fi lubet, coquantur parùm in cucurbita, poftea fiat colatura & expreffio: Denique jam parato oleo adde *Ol. Stillat. calami Aromat.* ℈j. *Cubeba-*

bebarum ℈ii. *Caryophyllor.* ʒß. *Cinamomi* ℈ß. *Mastichis* ʒii. vel ʒiii. Aut si lubet, loco olei Mastichini, etiam *ipsa Mastiche electa*, oleo addi, inque eo leni calore sine coctione dissolvi poterit, eritque sic ritè confectum oleum. *Vid. corp. ph. p.* 123. *b.*

Oleum Liliorum convallium.

Fit *ex floribus liliorum convallium* & *oleo claro*, ut oleum liliorum simplex.

Spasmo, convulsioni & tremori, aliisque frigidis nervorum noxis succurrit, puerulorum item tormina mitigat. *Vid. corp. ph. p.* 116. *b.*

Oleum Linelæon Rutaceum *P. A. R.*

Ex foliis Rutæ recentibus & oleo seminis Lini expresso; sumendo amborum æquales partes, coctione & expressione paratur.

Singulare admodum est adversus Lienis scirrhos, & duritiem, tumores enim emollit, ratione olei Lini, eosdemque discutit, ac digerit, ratione Rutæ. In Enematibus, ubi flatus discutiendi, antecedenti est præferendum. *Vid. corp. ph. p.* 118. *b.*

Oleum Lumbric. terr. P. A. R.

℞. *Ol. lumbr. simp.* ℥iii. *fl. hyper.* ℥ii. *rorism. still.* ℈i. M. *Vid. corp. ph. p.* 115. *b.*

Oleum Mandragoræ P. A R.

℞. *Cort. rad. mandrag.* ℔i. *cap. pap. nig.* ℥vi. cont. & coq. in *aq.* col. decoct. adde *succ. hyosc. alb.* ℥ii. *cicut. tener.* ℥i. *ol. viol.* ℔ii. *opii styr. cal.* an. ℥ß. succ. cum ol. coq. ad humid. aq. cons. & col. add. tandem styr. & opium. usurp. in infl. & somn. concil Vid. corp. ph. p. 104. b.

Oleum Mastichinum *Mesuæ P. A. V.*

℞. *Ol. rosati Omphacini* ℔j. *Mastiches* ℥iij. *Vini odoriferi* ℥iv. Coquantur s. a. in duplici vase ad vini consumptionem. *Vid. corp. ph. p. 121. b.*

Oleum Mastichinum *Mesuæ.*

℞. *Ol. rosati* ℔j. in qua dissolve *Mastichis* ℥iij. Fiat colatura. Mediocriter calefacit, adstringit & emollit, ventriculum firmat illitum in lienteria, & intemperie frigida sicca salubre existit, &c. *Vid. corp. ph. p. 121. b.*

Oleum Mastichinum *Zvvelff.*

℞. *Ol. Majoranæ dextrè parati* ℔j. *Mastichis el.* ℥iij. Solaque dissolutione Mastichis, in lenissimo calore, sine ulla ebullitione paretur præstans oleum, quod colandum & ita asservandum.

In affectibus ventriculi & intestinorum, certè præstantissimum, quod calefacit vim ventriculi concoctricem, retentricemque firmat, in linteria & cœliaco tormento quam salutare extans: neque minus tale in Dysenteria & Diarrhœa, cùm internè tùm externè adhibitum, admixtumque Clysteribus. *Vid. corp. ph. p. 122. b.*

Oleum Mercurii ad Verrucas & Clavos *D. Fausii.*

℞. ☿ *sublimati, Sacchari candi albi,* an. ℔ß. *Limatur.* ♂ *parum,* destilla per retort. primo leni, tandem fortiori igne.

Oleum Momordicæ.

℞. *Fructus Momordicæ matur.* exemptis granis, macerentur *in oleo olivarum,* vel quod longè melius, *in oleo Hyperici;* copiosi verò infundantur fructus, & diu insolentur, ut oleum crassum & glutinosum evadat, ac fructus in oleo quasi putrescant, sequente anno

exprime oleum,& rejectis fructibus expressis,novos infunde,& sic fit longe excellentius Balsamum vulnerarium,in Hæmorrhoidum doloribus, ac lactentium mulierum papillarum fissuris &c.

Oleum Moschelinum *Nicolai Alexandrini.*

P. A.

℞. *Ol.puri* ℔vj. *Macis, Nardi Indicæ, Costi, Mastiches* an. ℥ß. *Styracis calamitæ, Croci, Myrrhæ, Cinamomi Cassiæ ligneæ veræ*, ana ʒvj. *Carpobalsami, Caryophyllor. Bdellii.* an. ℥ß. *Nuc. Mosch.* num, ij. Omnia post biduanam macerationem in vase probè tecto, leni arenæ calore factam colentur, & addatur *Moschi* i *particula Spiritus rosarum soluti* ʒj.

Frigidis affectibus est præstantissimum, ventriculi præsertim debili, quem roborat & calefacit, dolorem lateris illitum sanat,stranguriosis,colicis, ac nervorum omnibus propè vitiis confert.&c. *Vid.corp.ph.p.* 122.

Oleum Moschelinum *aliud Zvvelff.*

℞. *Ol.puri recent.* ℔iß. Huic immergantur sequentia crassiusculè concisa & contusa : utpote *Herb. Majoranæ, Rorismarini, Thymian.* recent. ℥iß. *Flor. Lavendulæ, Spicæ, Tunicæ rubr.* ana recent. ʒvj. *Caryoph. Cinamomi opt. Cubebarum, Cardamomi, Macis, Nuc. Mosch.* ana ℥ß. *Calami aromat.* ℥iß. *Croci opt.* ʒi *Styracis calamitæ* ℥iß. *Vini albi boni* ℥j. vel ℥ij. Fiat maceratio per unius atque alterius diei intervallum. & deinde alembico vitreo, suo capitello munito, una & altera ebullitio : humiditas quæ transit, ultimò reaffundatur ; cum refrixerit paulisper, fiat colatura cum forti expressione specierum ; In expresso oleo amplius dissolve : *Mastichis electæ* ℥i. *Ol. Nuc. Mosch. expr.* ℥ß.Misceantur exactè & f

P

paratâ pauculâ humiditate, per residentiam, oleum custodiatur in vitro, vel vase bene obfirmato; Quodsi verò aliquis oleo communi olivarum oleum Amygdalarum expressum, vel etiam oleum de Been, substituere vellet, longè præstantius illud Oleum Moschel. efficitur, virtute & fragrantia, seu odore grato.

Est oleum præstantissimum in frigidis affectibus ventriculi, quem roborat, & calefacit; Colicis, ac nervorum vitiis confert, Cerebrum insuper roborat, & ab Epilepsia & Apoplexia præservat. Vid. corp. ph. p. 122. b.

Oleum Mucaginum *Phar. Amstelod. Hagiens. & Ultrajectina.*

℞. *Rad. Alth. recent.* contusar. ℔ß. *Scillæ recentis contus.* ℥iß. *Seminis Lini, Fœnugræci*, ana ℥ij. Macerentur in s. q. *aquæ pluviæ*, deinde leniter coquantur, donec remittant crassam & viscosam mucilaginem; hujus colatæ & expressæ ℔ij. adde *Olei Anethini, Chamæmelini, Liliorum alb.* ana ℥xvj. Coquantur ad humiditatis aqueæ consumptionem, sæpius agitando, ne adurantur. Vid. corp. ph. p. 104. b.

Oleum Nardinum compositum.

℞. *Spic. nard.* ℥iij. *majoran.* ℥ij. *lign. al. enul. macis cal. arom. fol. lauri, cyperi schœn. cardam.* a. ℥iß. cont. crass. dein cum *ol. sesam.* ℔iv. aliquamdiu macer. & col. Vid. corp. ph. p. 124. b.

Oleum Nicodemi *Londinens.*

℞. *Summit. hyper. tereb. venet.* ana ℔j. *litharg.* ℥vj. *aloes hep. tutiæ. Alex.* ana ℥iij. *croc.* ℥j. *vin. alb.* ℔iv. *ol. vet.* ℔ij. insol. & coq. s. a.

Oleum Nervinum *Zvvelff.*

℞. *Olei olivarum recent. non rancidi* ℔iij. Cui immer-

mergantur, successu temporis, incisa & contusa s[...] quentia: *Gemmar. populi arbor. rec.* ℥vj. *Summit[...] abietis* vel *Laricis arb.* (vulgò Fehrene Gipffel) ℥i[...] vel ℥iiij. *Herb. recent. calaminth. montan. Majoran[...] Melissæ, Ivæ Arthetica, Origani, Salviæ min. Thymi, fl[...] recent. Chamomillæ, Lavendulæ, Spicæ*, an. ℥ij. *Bacc[...] Lauri, Juniperi virid.* an. ℥iiß. Macerentur septim[...] nâ unâ, vel alterâ, donec omnia collecta & immer[...] sint. Postmodum ebulliant parùm in alembico v[...] treo, capitello suo munito, ut particula, quæ prod[...] humiditatis reaffundi possit. Tum fiat colatura[...] fortis herbarum expressio; Oleo autem expre[...] ulterius adde *Lumbric. terrestr. vivorum & lotor.* ℥v[...] & facta adhuc unica ebullitione in alembico, uti a[...] tea, suo capitello apposito denuò coletur. Cola[...] oleo superadde *Ol. still. Majoranæ, Salviæ*, an. ℥[...] Fiat oleum Nervinum efficacissimum. *Vid. corp. ph[...] 111. b.*

Oleum Otalgicum Minsichti.

℞. *Rad. helleb. n.* ℥ß, *pulp. coloc.* ʒiij. *fol. sen. el. la[...]* ân. ʒij. *millep. viv. alipt. mosch. caryophyllor.* an. ʒi[...] *herb. rorism. auric. mur. majoran. samb.* an. mß. co[...] ex *vino* col. ℥iij. adde *ol. amygd. amar.* ℥ij. *bacc. j[...] nip. petræ* an. ℥ß. *formic.* ʒiß. coq. denuo ad co[...] humid. & ol. Serva, auditus diff. & tinnit. sol[...] *Vid. corp. ph. p. 108. b.*

Oleum Papaverinum P. A. V.

℞. *Cap. pap. fol. pap. flor. ejusd.* an. ℔j. contus. i[...] in *ol.* ℔iij. coq. suff. & col. Vid. corp. ph. [...] 106. b.

Oleum de Piperibus Mesue P. A. V.

℞. *Pip. long. alb. nig.* an. ʒiij. *myrob. cheb. embl. Ind.* a[...]

℥v. *rad. apii fœn.* an. ℥iiiß. *turbith.* ℥ij. *Zing.* ℥iij. *summ. hyss. rut. virid,* an. mj. coq. ex *s.* q. *aq.* ad ℥. col. adde *ol. amygd. dulc.* ℔ii. recoq. ad cons. aq. in fine adde *gumm sagap. opop. amm. in acet. diss.* an. ℥iiß. *Vid. corp. ph. p.* 115. *b.*

Oleum Antipestilentiale *Bartol. Bonacursii Itali ex Schrœd.*

Flor. Hyperic. ℔i. *Rad. Tormentill. Carlinæ, Aristol. rot. Centaur. maj.* an. ℥vi. *Sant. omnium, Spic. nard. Celt. Dictamn. Bacc. juniperi, Zedoar.* Gentian. *Imperat. Card. ben.* an. ℥ß. *Carpobals. Doronic. Cort. Citri, Fol. Persic. Artemis. Rutæ, Beton. Scord. Chamadr.* an. ℥iv. *Rad. Pimpin. Valerian. major. Vincetox. Ben. utr.* an. ℥iiß. *Anthos, Scorzon. Bistort.* an. ℥vi. *Moschi, Maceris,* an. ℥ii. *Caryoph.* ℥iß. Macerentur per tres dies in *vini Malvatic.* ℔v. coq. exprim. expresso adde recentes species supradictas, *adde Bufonem magn. vivum, Viperam vivam, Ranam, Lacertas, Cochleas,* an. num. v. *Scorpion. L. Ligni aloes* ℥ß. *Theriac. Mithrid.* an. ℥ii. *Benzoini, Galbani,* an. ℥iß. *Laudani, Succini, Myrrh.* an. ℥i. *Ol. Hyperic.* ℔ii. *Oliv. vet.* ℔v. E Cineribus destillentur omnia, fiatque ter cohobatio, tandem oleum decantetur, quo inungitur cordis regio sub axillis & inguine, ad arcendam pestem. *Vid. corp. ph. p.* 94. *b.*

Oleum Populinum *Nicolai Alexandrini P. A.*

Ol. commun. ℔vi. ℥ii. *Gemmarum Populi arboris recent.* veris initio collectorum ℔iii. Gemmæ populi terantur, & macerentur in oleo, postea coquantur ad consumptionem humiditatis aqueæ, colentur & exprimantur.

Emollit, tenuium est partium & calidum, arthriticis & podagricis utile est. *Vid. corp. ph. p.* 104. b.

Oleum Purgans *Zvvelff.*

℞. *Olei Lini recenter expressi* ℔ iß. Huic immergantu sequentia minutim incisa & contusa : *Rad. recen Bryoniæ, Asari, Cucum. Asinini*, an. ℥ iß. *Hermodact Ireos nostrat. Esulæ*, an. ℥ j. *Herb. rec. Anethi, Gratiol. Malvæ, Mercurialis, Tanaceti*, an. ℥ ij. *Corallinæ* ʒ v *Flor. recent. Rosar. pallidar. Myrrh. rubræ, Aloes hepaticæ* an. ℥ j. *Pulpæ colocynthid. Sem. Cynæ, Cataputiæ Ebuli*, an. ʒ vj. Facta maceratione die una vel alter bulliant leniter ad consumptionem ferè humiditatis; colentur postea, exprimanturque species fortiter, separetur oleum purum, per residentiam : quo ad usum reponatur; addendo tamen ultimo *Camphoræ* ʒ iiß.

Solvit alvum, umbilico inunctum, vel, petiâ in ea ti tinctâ, & umbilico aut toti ventri apposita; enecat ve mes eosque expellit. Vid. corp. ph. p. 119. b.

Oleum aliud Purgans *per express.*

℞. *Sem. Cataputiæ* ℥ ij. *Carthami, Cucumeris Asinini*, ar ℥ iij. *Ebuli* ℥ iv. *Lini* ℥ iiij. vel v. Ex his simul co quassatis, & contusis, exprimatur, modo usitato, ol um per prelum fortiter, quod pro usu servetur.

Potenter alvum movet, umbilico illitum, educit ve mes infantum, si cum linteolis, in eo madefactis, vent imponatur. *Vid. corp. ph. p.* 119. *b.*

Oleum Ranarum P. A. R.

℞. *Ranarum fluviatilium* ℔ ß. *Ol. Sesamini* ℔ iß. C quantur usque ad ranarum dissolutionem, post colentur.

Refrigerat, Podagram & alias Arthritidis speci

calidas mitigat, ac incendium febrium ardentium compescit, fronti & temporibus illitum somnum conciliat. Vid. corp. ph. p. 106. b.

Oleum Rutæ *P. A. R.*

Fit ex Ruta oleo vulgari, eodem modo, quo Abrotani oleum præparare docuimus.

Calefacit, tenuat & digerit, illitum & cum Clysteribus injectum colicum dolorem sedat, vitreum phlegma ejiciens, laterum, renum, vesicæ ac uteri dolores à causa frigida juvat, nervorum & spinæ resolutioni, convulsionibusque medetur & flatus dissipat. Vid. corp. ph. p. 108. b.

Oleum Sambucinum *P. A. R.*

Oleum Sambucinum fit ex floribus Sambuci, & oleo clarissimo, ut oleum Abrotani.

Lenit, abstergit, cutem mundificat, ictero & hepati obstructo confert, articulorum & nervorum doloribus utile, eos namque roborat, epotum aut injectum alvum irritat, serosaque excrementa per inferna educit. Fit quoque ex medio sambuci cortice similiter macerato Oleum, quod ad ambusta Italis usui est. *Vid. corp. ph. p.* 107. b.

Oleum Scorpionum *Alexipharmacum Zvvelff.*

℞. *Olei olivarum recentis & puri* ℔iii. vel loco hujus, *Olei amygdalarum dulcium*, sed *ex tribus partibus Amygdalarum, & una parte semin. Rutæ expressi* tantundem substituatur. Cui immergantur sequentia minutim incisa atque contusa. *Rad. Angelicæ, Contrajervæ, Imperatoriæ, Zedoariæ*, ana ℥i. *Herb. recent. Scordii nostr.* ℥ii. *Rutæ hortens.* ℥i. *Flor. recent. Hyperici* ℥iii. *Centaurii* ℥i. *Sem. Citri* ʒvi. *Croci austr.*

opt. ℥ii. *Myrrhæ electæ* ℥i. *Vini albi* ℥i. vel ij. Digerantur per dies aliquot, postea bulliant in alembico parum, ad prolectionem exiguæ humiditatis. Cùm refrixerint oleum per expressionem à speciebus liberandum, & similibus recentibus speciebus, unà cum à prima destillatione aut coctione, prolecta exigua quantitate humiditatis reaffundendum; digestio per aliquot dies reiteranda, & humiditas, quemadmodum anteà, coquendo per alembicum, prolicienda est: Oleum deinde iterum exprimatur, & si lubet, (quamvis mihi non necessarium videatur,) labor hic, cum recentibus speciebus infundendo, destillando, & exprimendo, etiam tertia vice repetatur. Tandem injice in oleum hoc expressum, & ab omni humiditate, per residentiam, separatum, *Scorpiones vivos diebus Canicularibus collectos* num. CC. Hi in isto oleo suffocentur, & post brevem digestionem, aut unicam, in alembico, ebullitionem, ac reaffusionem pauxillæ istius humiditatis prolectæ, separentur, ab oleo quidem, colatura, ab humiditate autem per residentiam: addanturque *Olei stillat. rutæ Cortic. Citri* ana ℥j. *Juniperi* ℥ii. Fiatque oleum Alexipharmacum præstans.

Efficax est in morbis contagiosis, pestilentibus, febribus malignis petechialibus, pustibus, regioni cordis, & spinæ dorsi inunctum, repetitis vicibus. Veneratorum animalium morsibus medicina est, venenis oretenus assumptis adversatur; aliquot guttularum dosi propinatum. *Vid. corp. ph. p. 98. b.*

Oleum septem florum *Minsichti.*

Paratur *ex oleo olivarum per multas repetitas infusiones*

florum

florum Violarum, Sambuci, Rosarum, Chamomillæ, Liliorum alb. Verbasci, Malvæ arbor. rub. Infundantur autem flores in oleo, & quilibet suo tempore, dum haberi potest, recens & seorsim, digerantur in sole, & post debitam macerationem quilibet flos seorsim quoque & fortiter exprimatur, & hic labor cum aliis & recentibus floribus aliquoties repetendus &c. Sic tandem Oleum anodynum, & verè Balsamicum accipies, in omnibus tàm frigidis quam calidis doloribus appropriatum, quod usui repone.

Anodynum est, Capitis dolores & Cephalalgiam mitigat, Phreneticis ac vigilibus fronti ac temporibus impositum somnum conciliat. Vid. corp. ph. p. 102. b.

Oleum Slotani *ex Hildano.*

℞. *Olei Olivar.* ℔vj. *Catulor. jumor.* num. ij. *Ranarum viv.* num. xij. *Lumbricor. ▽ lotor.* m. iv. *▽ Juniperi absque vino dest.* ℔iij. Coquantur omnia leni igne, donec caro Catulorum ab ossibus separetur, & humiditas omnis ferè consumta sit. Tum colato oleo adde *Axungiæ human. Olei Scorpion. Amygd. d. Muris alpini* an. ℔ß. M. & in olla capaci inditis adde *recent. Gemmar. populi nigr.* ℔iij. *Florum Prim. Veris, Tussilag. Betonic. Genist. Hisp. Chamom. Rom. Violarum, Lilior. conv. Lavendulæ, Sambuci, Anethi, Salviæ, Cheiri, Rutæ, Serpilli, Anthos, Cent. min. Veronicæ, Origani, Tanaceti, Ligustri, Agrimon. Pulegii, Meliloti, Verbasci, Absinth. vulg. Rosar. r.* an. m. j. *Hypericoni* nondum penitùs apertorum ℔iiij. Flores omnes ab herbis separati oleo immittantur aliàs viridesçet oleum, quod aliàs rubicundum esse debet ex flor. Hyperici: Flores successivè prout

per æstatem florent, oleo immittuntur, vase interea clauso, donec omnia probè infusa steterint; tum oleum tandem decantatur & asservatur. *Vid. corp. ph. p. 111. b.*

Oleum Stomachicum *Cratonis* P. A. R.

℞. *Ol. Absinth.* ℔i. *Summitatum Absinthii* M. i. *Caryophyllor. Santali citrini*, an. ℥ij. *Rosarum rubr. Macis*, an. ʒß. *Mastiches* ℥iiß. Macerentur aliquamdiu in vase optimè clauso, & post lenem ebullitionem colentur.

Hoc oleum Crato mirificè prædicat in ventriculi doloribus, & infirmitatibus, maximè verò frigidis. *Vid. corp. ph. p. 119. b.*

Oleum Stomachicum *Cratonis Zvvelff.*

℞. *Olei absinthii* trina infusione & maceratione parati ℔i. *Mastichis electæ* ℥j. Quibus in leni calore solutis & mixtis adde *Ol. still. absinthii*, *Caryophyll. Ligni Rhodii*, an. ℥ß. *Rosarum veri* ℈ß. vel ejus loco *Nuc. Moschat. Macis*, an. ℈j. vel ℈ij. misce, servetur usu. *Vid. corp. ph. p. 120. b.*

Oleum Stomachicum *Phar. Nor.*

℞. *Mastichis* ʒvj. *Nucis Mosch. Caryophyll.* an. ʒiij. *Schœnanthos, Macis.* an. ʒj. *Ol. Mastich.* ℔ij. Subiliter trita digerantur per novem dies, tunc coquantur in vase bene cooperto, & colentur, cum leni expressione. Vid. corp. ph. p. 120. b.

Oleum *sive* Balsamum Vulnerarium *Zvvelfferi.*

℞. *Ol. Therebinthin. flavi, & rubicund. videlicet*, quod per retortam, (spir. oleoso albicante prius, destillando prolecto,) dextre destillatum est ℔j. huic immerge *Pulv. Gummi animæ*, *Eleni*, *Mastichis*,

chis, Olibani, Myrrhæ, an. ℨvj. *Hederæ* ℥ß. *Balsami Indici Peruviani* ℥j. *Oculorum populi, arboris recent.* ℥iß. *Decocti inspissati ex summitatibus Hyperici recent. & florent. parati, Succi Millefolii inspissati*, an. ℥ß. Digerantur in calore leni, vitro probè clauso, ad dissolutionem pro majori parte Gummatum, sæpius commovendo. Postea colentur calide per linum, & quassum, atque ad usum asserventur; quibus si lubet, nonnihil de Camphora adjiciatur.

Vulnerarium est præstantissimum, cùm in recentibus, modoque inflictis, tùm in antiquis vulneribus, præsertim in partibus nervosis, ubi unctuosa ex oleis expressis locum non habent. Singulare est remedium filamentis in eo madefactis, impositum. *Vitt. corp. ph. p. 125. b.*

Oleum *sive* Balsamum aliud Vulnerarium *ex Sulfure Zvvelff.*

℞. *Sulfuris crudi & boni* ℥vj. Hoc liquefiat in olla, seu patella terrea vitreata, super igne leni, ne accendatur illud aut flammam concipiat. Liquefacto sulfuri immisceantur probè adhuc super igne, *Salis Tartari puri* ℥iij. vel ℥iiij. Facta hac mixturâ, spatulâ benè commotâ, auferantur ab igne; & fiat hepar Sulfuris dictum, quod in pulverem redactum, immittatur alembico parvo, cui superaffundantur *Olei Therebintinæ flavæ*, per retort. uti supra dict. destillati, *Abietis recenter destillati* an. ℥iij. vel iv. aut plus. Digerantur in lenissimo calore, sine ulla coctione aut ebullitione, & protinus extrahetur. Tinctura rubicundissima sanguinis æmula, separetur hoc Balsamum, sive oleum rubicundissimum,

per

per decantationem, sive filtrum, & custodiatur in vitro, externo & interno usui destinatum; summè proficuum in ulcerationibus Pectoris & Pulmonum: Viribus Balsamum Sulfuris vulgare (sine dubio) superans. *Vid.corp.ph.p.126 b.*

Oleum Vulnerarium *sive Balsamum Martiale Zwelff.*

℞. *Olei Therebinthinæ flavi*, per retortam, uti supra destillati, *Olei abietis odoriferi, & clari, destillati*, ana. ℥vj. His mixtis oleis adde immergendo *Oculorum populi arb. recent.* & conquassat. temp. vernali, ℥iii. vel iv. Facta maceratione duobus circiter diebus, calore leni, vitro bene occluso; eoque alto, fiat post colatura, cum forti expressione. Huic oleo expresso, iterum in vitrum altum, sive alembicum capacem infuso, ulterius immerge *Limaturæ chalybis puri, & accuratè limati* ℥iii. vel ℥iv. Et desuper guttatim, pedetentim & per vices, instillentur *Spiritus nitri opt.* vel loco hujus *Spiritus vitrioli* ℥ii. vel plus, ita tamen ut spatio duodecim horarum circiter, totus spiritus guttatim affusus fuerit, spatulâ ligneâ sæpius Limaturam hinc inde movendo, ne fundo vasis adhæreat, & indurescat; Sic enim solvitur Limatura ferri & suam essentiam seu animam affuso oleo communicat, idque imbuit, & rubicundissimo colore tingit. Peractâ hâc solutione, digerantur simul in vitro largo, & probè clauso per duos circiter dies. Tandem separetur illud Balsamum sive oleum rubicundissimum, sanguinis instar, à Limatura & omni humiditate; quod usui asservandum. *Vid.corp.ph.p. 126. b.*

O-

OLEA DESTILLATA.

Oleum Balsamicum *Sennerti.*

Balsamo Sulfuris Sal tostum adde, atque per retortam destilla. *Vid.corp.ph.p.143.b.*

Oleum Sulfuris Linatum *ex Schræd.*

℞. *Sulfur. citr.* ℔i. maceretur & solvatur in *ol. Lini* ℔iß. & fiet massa concreti sanguinis instar. Refrigerata materia destilletur per retortam & prodibit oleum rubicundissimum.

N. Alii addunt *Vitrioli calcinati* ℔ii. & destillant. Prodest ad ulcera ac bubones pestilentiales maturandos. *Vid.corp.ph.p.143.b.*

Oleum cort. Aurantiorum vel Citri.

℞. *Corticum exteriorum recentium*, non putridorum *pomorum Aurantiorum* sufficientem quantitatem. Incidantur & absque præcedente fermentatione vel maceratione, copiosius quidem, sed tamen deterius Oleum daturi, cum aqua fontana destillentur per vesicam; Oleum postea ab aqua separando. *Vid.corp.ph.p.134.b.*

Oleum Camphoræ *Sennerti.*

℞. *Camphoræ* ℔ß. *Argillæ* ℔iß. Misceantur diligentissime, & ex retorta igne leni destillentur, ascenditque cum phlegmate Oleum, quod separandum est. Vid.corp.ph.p.134.b.

Oleum Camphoræ *Le Mery.*

℞. *Camphoræ optimæ* ℥iij. vel iv. contunde grossè: matracio inde, & ei *Spiritus nitri* duplum affunde, obturatum probè vas super ollam aqua subcalida semiplenam colloca: subinde agitando ad solutionem, quæ 2. vel 3. horis elapsis peracta

acta erit, juvandum, videbisque camphoram in oleum limpidum Spiritui nitri innatantem versam: id separa, ac in probè obturata phiala serva.

Valet ad ossium Cariem, idque nervorum in vulneribus denudatis illinitum. Vid. corp. ph. p. 135. b.

Oleum Cephalicum *Zvvelff.*

℞. *Olei ex Styrace, cum Oleo majoranæ* ℥j. *Olei stillati succini* ʒiß. *albi Coriandri, Lavendulæ, Majoranæ, Rorismarini, Salviæ, Nuc. Mosch.* an. ʒj. Misceantur pro usu.

Est oleum Cephalicum efficacissimum, roborat Cerebrum, & principium nervorum, vertici capitis, temporibus, nuchæ, & spinæ dorsi, ad os sacrum usque, inunctum.

Sedat & compescit defluxiones à capite ad partes inferiores. Quare in catarrhis suffocativis salutare existit; ut & membris paralyticis, contractis, doloribus colicis, à frigida causa exortis ventositatibus, & uteri debilitatibus, auxilio est.

Oleum Carminativum *Minf.*

℞. *Ol. Sem. Cymini* ℥ß. *Fœniculi, Anisi, Carvi,* an. ʒi. *Anethi, Aurant. Chamomill.* an. ʒß. Misce & ad usum repone.

Medicamentum verè anodynum est; discutit enim flatus, Hysteralgiam & omnes morbos ex ventositate ortos curat. Vid. corp. ph. p. 146. b.

Oleum Carminativum *ex Thes. Hoffm.*

℞. *Ol, d. succin. alb. Aurant. Chamomill.* an. ʒii. *Cymini, Anisi, Carvi*, an. ʒiß. *Anethi* ʒi. M. & ad usum reserva.

In omni flatulenta affectione colica, hysterica, &c.

notabilis est effectus. Dosis est à gutt. iii. iiii. vel v. Vid. corp. ph. p. 147. b.

Oleum Nephriticum *Minf.*

℞. *Ol. Succini alb. rect. Therebintinæ, Juniperi*, an. ℥ iv. *Fermenti panis cibar. Sal. communis, Tartari alb.* an. ℥ ii. *Aq. hederæ ter. Petroselini, Ononidis*, an. ℔ iii. Misc. & per alembicum destilla, postea separa oleum, & ad usum reserva.

Virtuosissimè & potentissimè calculum Renum & vesicæ frangit, & per urinam expellit: Insuper Colicos dolores sedat. Vid. corp. ph. p. 147. b.

Oleum Caryophyllorum.

℞. *Caryophyllor. aromat.* s. q. In pulverem crassiusculum contusis affundatur *aqua tepida*, & post quadriduanam digestionem, ex vesica destillentur, separeturque oleum modo solito. Vid. corp. ph. p. 135. b.

Oleum Caryophyllorum *per descensum Le Mery.*

Cyathos magnos vitreos tela obtegito, quam in cujusvis cyathi, ambitu filo ligabis, fac ut in tela sit cavitas, cui indi possit *caryophyllorum pulvis*: his Caryophyllis superpone in unoquoque cyatho parvum fictile vel libræ lancem, quod adeo probè obturetur, ut nullum intercedat spatium, imò ne lumini locus inter vitri ac superpositæ lancis margines; hæc fictilia vel lances reple cineribus calidis, qui caryophyllos calefacient, ac in fundum cyathorum extillare facient primò paucum phlegma cum spiritu, hinc oleum limpidum albumque, donec nihil amplius extillet, ignem continua; oleum per infun-

fundibulum chartâ emporeticâ munitum ſeparà, idque in probè obturata phiala ſervato.

Quædam ejus guttæ groſſypio exceptæ, dolentibus dentibus induntur; valet etiam ad febres malignas & peſtem ipſam. Doſis à guttis 1. ad 3. exhibeturque ex aqua meliſſæ, aliove convenienti liquore. *Vid. corp. ph. p. 136. b.*

Oleum ſeu Eſſentia Cinamomi *ejuſque aqua Ætherea Le Mery.*

Cinamomi optimi ℔. IV. contunde eamque *infunde in aquæ communis, calida,* ℔xij. digere per 2. dies in terreo vaſe probè obturato, infuſionem in amplum alembicum æneum effunde, cui recipiens adaptato, commiſſurasque veſica madida accuratè agglutina: Igne ſatis magno adhibito liquoris iij. vel IV. ℔. deſtilla; hinc lutum remove, aquamque deſtillatam per inclinationem in alembicum effunde, reperies in fundo paucum oleum, quod in phialam effundes, eamque probè obturabis: liquorem ut priùs deſtilla, hinc aqua in alembicum effuſa oleum quod in recipientis fundo reperies collige, quod priori permiſcebis: hanc cohobationem repete, quouſque nullum ulterius aſcendat oleum, ignem tunc extingue, aquamque in recipiente repertam deſtilla, eodem, quo rectificatur aqua vitæ, modo, habebis optimam aquam ſpirituoſam Cinamomi.

Corroborans excellentiſſimum præbet oleum Cinamomi, ventriculum roborat, naturalesque evacuationes promovet: mulieribus ad facilitandum partum menſesque adhibetur movendos, venerem etiam excitat, additur vulgò ejus gutta una pauco ſaccharo cando ad parandum oleo, ſaccharum quod facilè in aquis cardiacis & hiſtericis diſſolvitur. Vid. corp. ph. p. 136. b.

Ole

Oleum Benzoi *P. A. V.*

℞. *Benzoi el.* q. v. Pulverisetur, & adfusa *Aqua rosarum* sufficienti quantitate, destilletur per retortam vitream in arena, servatis ignis gradibus. Oleum ab aqua separetur modo usitato. *Vid. corp. ph. p.* 137. *b.*

Oleum Ceræ.

℞. *Ceræ flavæ puræ* ℔j. Huic in retorta capaci liquatæ superinjice *largam cineris cribrati quantitatem* ut retorta eo impleatur, postea igne per gradus aucto, ex arena destilletur. Resolvit, discutit, articulorum doloribus confert. *Vid. corp. ph. p.* 137. *b.*

Oleum Chamæmeli Romani.

℞. *Flores Chamæmeli Romani siccos*, contunde, & *cum aqua calida* parum maceratos destilla per vesicam, ac oleum flavescens ab aqua separa. Vid. corp. ph. p. 137. b.

Oleum flor. Chamomillæ *Cæruleum.*

Cum per se destillatum rarum sit, poterit fieri per additionem, sequentem in modum: *Infunditur* nimium *florum Chamomillæ quantitas in aqua simplici calida*; immiscetur infusioni huic *olei Petræ q. placet*, ad ℔. x, florum ℔ß. olei, & dum hæc per dies tres steterunt infusa, destillantur per vesicam & prodit oleum cæruleum odoris & saporis florum chamomillæ æmulum. *Vid. corp. ph. p.* 138. *b.*

Oleum Galbani Sennerti *P. A. V.*

℞. *Gummi Galbani selecti* ℔j. *Silicum calcinatorum* ℔iß. Destillentur in arena per retortam vitream, & prodibit liquor albus, cum Oleo; postea rectificentur. *Vid. corp. ph. p.* 138. *b.*

Oleum Lignorum *Minsichti.*

℞. *Ras. Lig. Sancti* ℔iij. *Sassafras Rhodini* an. ℥viij. Mixta destillentur, ut est artis, accipies Spiritum & Oleum, quæ seorsim aliquoties rectificentur, & ad usum serventur.

Spiritus habet vim diaphoreticam & per sudorem expellit, quodcunque in corpore noxium. Dosis à ʒß. ad ʒj. in vehiculis specificis. Vid. corp. ph. p. 138. b.

Oleum Ligni Rhodii.

Lignum Rhodium in scobem redactum in vase capaci *cum magna aqua quantitate* maceretur per 14 dies, postea ex vesica, igne moderato destillentur, & oleum ab aqua separetur. Vid. corp. ph. p. 138. b.

Oleum Ligni Sassafras.

Sume *bonam quantitatem hujus ligni in scobem redacti*; hanc immitte vesicæ magnæ, & superfusa aqua bulliente juncturis probè clausis statim & celeri igne destilla, & oleum fundum aquæ petens, instar olei Cinamomi, post plenariam subsidentiam separetur & servetur. Lignum hoc ob rariorem texturam & summam partium volatilitatem, nulla maceratione opus habet, sed ex tempore destillationi committendum. Neque ob easdem causas additamentis opus habet, pro sui reseratione.

Oleum hoc gratissimum est antiscorbuticum, & emmenagogum, propterea Spiritus confortat, ventriculum roborat. Dosis gutt. v. &c. Vid. corp. ph. p. 138. b.

Oleum Mastiches.

℞. *Mastichis* ℔j. *Silicum calcinatorum* ℔iß. Mixta de-

destillentur ex retorta in arenæ igne moderato, postea limpidum oleum à phlegmate separetur. *Vid. corp. ph. p. 139. b.*

Oleum Philosophorum Reginæ *dictum, D. Fausti.*

℞. *Olei olivar.* q. l. huic in vase terreo vitreato angusti orificii adde *frustra laterum, ad brunitatem saltem ignita*, tum ita relinquantur per dimidiam horam, postea destilla s. a. per gradus ex retorta; oleo hoc destillato, *de novo imbibantur frusta laterum, & silicum ignitor.* q. s. ac destillentur ut prius, idque repetatur tertia vice; Postea

℞. *Olei hujus Philosophici ter destillati, Hyperici cocti* an. ℔iß. *Gummi Galbani, Ligni Juniperi opt. contusi* an. ℥iß. *Baccar. Juniperi, Succini flavi* præp. an. ℥j. His mixtis adde *vini Hispanici opt.* ℔iß. & ut prius destilla cum lateribus & silicibus ignitis, idque reitera secunda vice, semper infusum per dimidiam horam relinquendo, tandem adde *Vini Hispanici* ℔iß. & per se absque lapidibus destilla; finita destillatione separa oleum & serva.

Oleum Philosophorum *juxta Le Mery.*

Candefacito laterum fragmenta, inter carbones ardentes ac extingue ea conjiciendo in fictile, cujus dimidia pars impleta fuerit *oleo olivarum*, sed mox id obtege, alias enim inflammaretur oleum. Infundantur per horas 10, vel 12, vel donec lateres probè penetrent, oleum postea hoc separa, latereque oleo imbuto grossè pulverisato, inde eum retortæ fictili vel vitreæ lutatæ capaci, ita ut tertia pars vacua supersit: impone hanc fornaci reverberii, eique adaptato magnum excipulum vitreum, luto accuratè agglutinentur commissuræ,

& sub initio exiguum ignem adhibe, ut incalescat retorta, huncque pedetentim auge; quousque vapores egredientes conspicias: continua in hoc gradu, quousque nihil ulterius egrediatur, à luto libera commissuras, excipulumq; remove, donec in retorta remanserit omnis later, quem tanquam inutilem abjicito. Oleum quod in recipienti reperies, permisce *sufficienti quantitati alterius lateris pulverisati, probè siccati*, ut fiat pasta, ex qua conficies multos globulos retortæ vitreæ indendos. Retorta arenæ imponatur, ipsique amplo excipulo adaptato, lutatisque commissuris, gradatim ignem adhibe, ut rectificetur omne oleum, quod in lagenam effundes ac servabis: Vocatur oleum Philosophorum si quod detur phlegma, separandum id est.

Optimum est exterius applicatum remedium ad discutiendos tumores splenis, ad Paralysim, Asthma & uteri suffocationes. Exhiberi etiam potest intus à gutt. 2. ad 4. ex vino, aliove convenienti liquore, auribus instillantur guttæ aliquot ad flatus in iis contentos. *Vid. corp. ph. p. 139. b.*

Oleum Antipodagricum *D. Ch. ex Th. Hoffm.*

℞. *Rasur. ligni Guajac. Chinæ, Sassafras* an. ℔j. destilla per retortam optimè lutatam liquorem, oleum Spiritu & phlegmate impraegnatum & in recipiente capaci collectum, semel atque iterum per cucurbitam rectifica. Quater rectificatum liquorem phlegmate per destillationem simplicem remoto separa, & in distinctis recipientibus collige tam spiritum, quàm oleum. Spiritum phlegmate per destillatione in Cinere abstracto, ad usum, benè munitum, & tanquam arcanum in multis affectibus summa cum utilitate applicandum, reserva.

Ole

Oleum indiget vicissim diligenti rectificatione, quæ fit per cucurbitam in MB. facta rectificatione ol. in cucurbita remanet fuliginosa materia indurata, & instar speculi recipiens objecta visibila, nisi hoc fiat, olei rectificatio non ritè facta est: sed denuò repetenda in cinere, & tamdiu continuanda, donec materia remanens in cucurbita indurescat, & speculi instar sit pellucida & apta ad recipiendam quamvis formam visibilem. Hoc modo rectificatum oleum collige in cucurbita vitrea & ℥v. adde *Laudani opiati* ℥ij. ʒij. *Olei ligni Guajaci* ℥iij. *Ol. d. succini albi rectific.* ℥vj. Stent in digestione per menses 2. in loco calido vel sole meridiano postea destilla in ∴. per 24. horas Oleum Nigr. antipodagricum, quo locus dolens inungendus ante fornacem, subito penetrat, & dolorem sistit.

spiritum supradictum in aqua Card. b. scabios. Pimpinell. an. s. q. ad gutt. x11. tempore curationis propines. Tempore autem præservationis una atque altera gutta semel in septimana in haustu vini assumat cubitum iturus, cui subjungat olei inunctionem parcâ manu. Vid. corp. ph. p. 140. b.

Oleum Saponis *ex Th. Hoffm.*

℞. *Spir. vin. ardent. saponis opt. trit. ana.* Impone retortæ & destilla lento igne, urge sub finem △em, ut materia egredi possit; Ol. subruffum innatabit aquæ viridi ab ea separandum, & rectificandum, quod illitum antiquas sanat convulsiones, contusiones, tineam, ulcera maligna, Cephalæam, si temporibus illinatur. *Vid. corp. ph. p.* 140. *b.*

Oleum Saponis.

℞. *Rasuræ saponis Veneti* ℔j. *Arenæ mundæ* ℔iij. Mixta ex retorta igne arenæ destillentur in oleum, quod cum cineribus rectificetur.

Resolvit inprimis, & dissipat frigidos tumores, nec non paralysi & podagræ conducit. Essentiæ tenuitate penetrat, digerit, materiam excrementitiam consumit. Aurium tinnitui à flatu crasso, iisque verminantibus medetur, paralysi, spasmo Cynico, ischiadi, gonagræ, podagræ, cæterisque articulorum affectibus prodest, splenis tumores solvit. &c. Vid. corp. ph. p. 140. b.

Oleum Saponis Veneti Antipodagricum *Zvvelff*,

℞. *Saponis Veneti* ℔j. *Silicum friabilium*, scil. qu ignem ferro attriti non emittunt, & cultro raspari possunt ℔ij. vel ℔iij. Mixta & retortæ vitreæ loricatæ immissa, destillentur per gradus igne aperto, oleum egressum empyrevma spirans, in alia retorta, cineribus permixtum rectificetur, usuique ad serveturi.

Præstans est oleum antipodagricum, externè membri podagricis & summè dolentibus, in initio & vigor paroxysmi, penna aliquoties illitum, sistit dolorem & membra à tophis, & contractura podagrica præservat, nec parti affectæ materiam peccantem impingit, verùm illam salsedine suâ materiæ morbificæ nimirum acidæ, è diametro opposita, destruit, cutem perspirabilem reddit, ut eò facilius membris inhærens peccans humiditas exhalare possit, nec intus detineatur detentaque tandem & exsiccato tophos podagricos efficiat. Vid. corp. ph. p. 141. b.

Oleum Saturni.

Sal Saturni cryſtallinum tere, & in phiala, *affuſo ſpiritu Therebinthinæ*, in arena digere, tincturamque extrahe, ut è floribus ſulfuris fieri ſolet: quam ex retorta igne aperto deſtilla, primò lento igne, quoad Spiritus Therebinthinæ exierit; deinde mutato recipiente, paulatim auge ignem, quoad totum oleum exierit.

Habebis oleum, quod viribus naturale Balſamum antecedit, malignis & exedentibus ulceribus, cancro, polypo, inunctum egregiè medetur. Vid. corp. ph. p. 141. b.

Oleum Saturni Balſamicum *ex Schrœd.*

℞. *Balſamum Saturni Therebinthinatum*, deſtilla per retort. igne nudo gradatim adhibito; Primò ſtillat. 🜄 Terebinthinæ, tandem 🝆 ♄ Balſamicum ſuſcipe ſeorſim, quod maximarum eſt vitium in cancroſis, æſthiomenis & cæteris malignis ulceribus. *Vid. corp. ph. p. 141. b.*

Oleum Succini *P. A. R.*

℞. *Succini craſsè contuſi* ℔iij. Fiat ex retorta capaci, igne arenæ gradatim adhibito, deſtillatio, vas recipiens cum aqua calida, ut ſal volatile ea ſolvatur, eluatur, quæ per chartam emporeticam prius aqua madefactam ab oleo ſeparetur, & poſt factam ejus exhalationem ſal colligatur. Oleum cum duabus cinerum partibus mixtum ex retorta lento igne rectificetur, oleum limpidum primò extillans ſeorſim aſſervando, alterum verò ſubſequens coloratius aliis uſibus deſtinando. Nonnulli ſummunt *calc. viv.* ⊖*lis* an. M. j. *Succini albi* ℔ij deſtillant per alemb. ex arena, igne leniſſimo appoſito recipiente,

capitello imponunt goſſypium. Vel ℞. *Succini albi arenæ* ana q. v. deſtilla ex retorta per aren. primò lento igne, poſt fortiore, & acquires oleum craſſum ſubobſcurum, quod ob ſalis volatilis copiam, ingrati erit odoris, huic ▽m calidam affunde, miſce agitando, ſtent per ♂ ℘ in digeſtione & ſal volatile in aqua ſolvetur, hoc repete aliquoties, uſque ſal volatile omne ſit imbibitum in aqua. Tandem reſtans ol. cum ▽ deſtilla per veſicam cupream, & rectifica ſemel vel bis. Accipies oleum flavum pulcherrimum. Sal volatile ſeorſim rectifica. Si ol. illud craſſius una cum ✢ ſuper cap. mort. reſtitans rectificetur, oleum deſtillat primò inſtar aquæ limpidum, & quod ſequitur, flavum erit. Vid. corp. ph. p. 142. b.

Oleum Sulfuris verum S. *Cloſſ. ex Schrædero.*

Reſolve ℥ij. *Sulfur. tuſi* in ℔ß. *Spiritus Tereb. clari*, id quod fiet intra ♂ ſuper ciner. ſolutionem rubentem decanta, alium affunde, digere, ſepara per inclinationem, fœces (quæ erunt perpaucæ) abjice. Tincturas deſtilla △ arenæ lentiſſimo ex magna retorta, donec ferè omnem ♋um Thereb. recuperaveris. Guttulis autem rubris apparentibus mutetur recipiens & △ paulatim augeatur, egredietur oleum coccineum cum fœtore intolerabili, qualis eſt latrinarum, ultimo retorta ferè incandeſcente, ſpiſſum & obſcurè nigricans. Hoc rectifica & ſepara à ♋tu Terebinth. ſuperſtite. Oleum autem vaſe clauſo, digere per menſem in MB. ubi fœtorem deponet, evadetque verus pulmonum Balſamus.

Egregium vulnerarium, etenim introſumptum curat ulcera interna, reſiſtit ſuffocationi matricis,

pesti, colicæ, catarrhis fluentibus, asthmati, Empyemati, urinam provocat. Dosis gutt. 3. in syr. conven. vel ovi vitello. Vid. corp. ph. p. 153. b.

Oleum 🜍 Aureum *Tilemanni.*

℞. *Sulphur. aliquoties liquefact.* & in ▽ effus. ℔j. *pumic.* ℔ß. misc. ut fiat massa, ac destilla lento igne. (N. ne des ignem inferius, sed supra, & ad latus.) sub finem auge ignem, & extillat oleum instar ☉.

Quod exhibetur utilissimè in cachexiis, obstructionibusque viscerum, præservat à peste. Vid. corp. ph. p. 143. b.

Oleum Sulfuris rubeum.

℞. *Sulfur.* ℔j. ♆ ℔ij. per retortam pelle. Itidem maximæ est utilitatis in bubonibus pestilentialibus maturandis. *Vid. corp. ph. p.* 143. *b.*

Oleum Talci destillatum *Cosmeticum Hartmanni ex Schrœdero.*

℞. *Talcum calcinatione humida* (cum 🜊) *in mucilaginem redactum*, destilla per retortam lutat. △ nudo, in excip. capacis. Primò prodit acet. destill. posteà oleum album. Hæc separa.

N. alii *Talci pollinem cum cochleis olla immittunt*, ut talcum devorent, ubi devoraverint, cum testis tusas vitro imponunt, ac ab iis aquam extillant, pro mulierum mangonio. Vires, aceto possunt manus ablui, ☍ vero fieri inunctiones. *Vid. corp. ph. p.* 144. *b.*

Oleum Tartari Spleneticum.

℞. *Olei Tartari* ex crystallis vel cremore tartari unica solutione parati stillati ℔ß. Cui adde *Cineris sarmentorum vitis* q. s. ad massam efficiendam, velut ad siccitatem reducatur oleum. Et per re-

tortam vitream in arena rectificetur, servetur ad usus externos, quod regioni lienis, in ejusdem obstructionibus & scirrhosis affectibus illitum sæpiùs, haud parùm præstare experientia sum eductus. Vid. corp. ph. p. 144. b.

Oleum Terebinthinæ.

℞. *Terebinthinæ pellucidæ*, quantum volueris. Destilletur lento igne ex vesica, in cucurbita, vel per retortam, & prodibit, præter phlegma acidulum, primò oleum album, quod Spiritus nomine vulgò donatur, postea flavum, & ultimò rubrum, quod fortiori igne erit extrahendum, hæc olea separata reserva, rubrum in arena potest rectificari. *Vid. corp. ph. p.* 144. b.

Oleum Terræ Strigoniensis *ex Schræd.*

℞. *Terræ Strigoniens.* ℔j. Affunde *aq. pluvialem destill.* colloca in locum temperatè calidum, per mensem vel amplius & oleositas à corpore sponte sua separabitur, & aquæ innatabit, aquam separa per infundibula & oleositatem cum part. vi. Spir. vin. destilla, & egredietur oleum aurei coloris ~ui innatans. Materiam autem instar Perlarum albam in fundo relictam eximecum *aq. pluvia*, sal, ut moris est extrahe, hunc oleo redde, majorumque virium ergò circula, & ex retorta vitrea ex arena destilla. Dosis gutt. vj. in vehic. convenienti, in febribus malignis, variolis, calculo. *Vid. corp. ph. p.* 144. *b.*

OLEA EXPRESSA.

Oleum Amygdalor. amarorum.

℞. *Amygdalorum amarorum siccorum*, non tamen rancidorum, à cortice membranosa mundatorum, quan-

tum

tum voles. Contundas minutissimè, post secundùm artem prælo exprimas.

Primo ordine calidum est, in humido & sicco temperatum, unde calefacit, attenuat, incidit & digerit, aurium tinnitus ac flatus è crassa & frigida materia ortos dissipat, auditumque hinc obtusum restaurat, obstructa aperit. *Vid. corp. ph. p.* 128. *b.*

Oleum Amygdalorum dulcium.

Fit ut oleum Amygdalorum amarorum. Hôc utimur *ad gutturis, faucium, & branchiorum asperitatem leniendam*, vel per se, vel abjecto saccharo, præsertim Cantio violato; duritiem omnem ac siccitatem articulorum corrigit, cutem erugat, scabra & aspera polit, densa emollit, phthisicis & atrophiâ laborantibus ac consumptis utile, &c. *Vid. corp. ph. p.* 128. *b.*

Oleum ad calculum expressum.

℞. *Amygdalar. amararum*, *Nucleor. persicorum*, an. siccat. & excorticat. ℔j. *Sem. Caparum*, *Nasturtii, Thlaspios, Urticæ*, an. ℥iiij. Ex contusis omnibus exprimatur lege artis, leni calore, Oleum, quod pellendo calculo, illique comminuendo, ac proprietate substantiæ resistendo, non parvæ operationis est. Dosis ʒß. ad ʒj. & ʒij. Vid. corp. ph. p. 132. b.

Oleum Carminativum Expressum *Zwelff.*

℞. *Amygdalar. amararum excortic.* ℔j. *Sem. Carvi siccati* ℥v. *Fœniculi* ℥iß. *Coriandri* ℥j. &, si libuerit, *Macis* ʒvj. vel ℥j.

Ex mixtis & contusis omnibus exprimatur s. a, Oleum præstans; ad flatus discutiendos, tollendos, sedandos, vel internè, ad ʒj. in vehiculo convenienti exhi-

hibitum; vel externè linteolis eo irroratis, & regioni stomachi, ac unà umbilici, applicatum. *Vid. corp. ph. p. 132. b.*

Oleum Antepilepticum *Expressum.*

℞. *Nucleor. Persicorum excort.* ℔ß. *Cerasorum* ℥ iiß. *Sem. Pœoniæ excort.* ℥ij. *Bardanæ major. Basilici* an. ℥j. *Cubebarum, Caryophyll.* an. ℥vj. Ex contusis & mixtis invicem exprimatur oleum, s. a. quod præstat in affectibus Cerebri frigidis, Epilepsia, Lethargo, non solùm inunctione externa temporum, verticis, & nuchæ, verum etiam ab intra receptum, & ori immissum. *Vid. corp. ph. p. 132. b.*

Oleum Hyoscyami.

Semina Hyoscyami contunduntur, torrentur & exprimuntur. *Dioscorides* ex semine Hyoscyami albi recentis, & siccati, aquâ calidâ consperso, tritoque hoc oleum parare docuit.

In phlegmone & exulceratione partium pudendarum utriusque sexus præ reliquis locum habet. *Vid. corp. ph. p. 129. b.*

Oleum Laurinum.

℞. *Baccarum Lauri* recentium electarum maturarum & contritarum quantum voles, Eæ in aqua coquantur, colentur & exprimantur, cui expresso, postquam refrigeratum fuerit, oleum supernatat. Vis ejus calefactoria vehemens, molliens, tenuans, aperiens, discutiens, exsiccans, intemperiem omnem partium frigidam solam, aut cum pituita & flatibus sanat, &c. *Vid. corp. ph. p. 129. b.*

Oleum Nucis Moschatæ.

℞. *Nucistarum optimarum* ℔ij. contunde in mortario, donec ferè in pastam reducantur eosque incernicu-

lo impone; tege eas tela forti, & fictili vasi incerniculum patinæ aquâ semiplenæ imponito, ignique patinam admoveto, ut aquæ vapor leniter nucistas calefaciat, cum manus patinæ admota, ejus calorem attactumve ferre haud poterit, removendum incerniculum, materiaque inversa, & in linteum effusa, ejus angulos 4. promptè colligando torculari subjicito inter calefactas admodum laminas; patinamque supponito, egredietur oleum, quod, dum refrigescet, congelabitque, totis viribus materiam, ut omne egrediatur oleum, exprimito, hocque in bene obturata olla asservato.

Hoc oleum stomachicum est valdè, tàm intus sumptum, quam extra admotum: exhibetur à granis IV. ad X. ex jusculo aliove convenienti liquore: vulgò oleo mastichino permiscetur, quibus ventriculi regionem illinunt. Vid. corp. ph. p. 130. b.

Oleum Nucis Moschatæ P. A.

Nuces Moschatæ, radulâ attritâ aut concisæ, & diligenter contusæ, aquæ calidæ vapore irrigantur; ex quibus postmodum, dum adhuc calent, Oleum exprimitur.

Ori ventriculi inunctum mirè eum roborat, deglutitum calefacit mediocriter, & anhelitum commendat, illitum veneris tentiginem excitat, stomachicis quoque frigida & humida intemperie laborantibus conducit. *Vid. corp. ph. p. 130. b.*

Oleum Sesaminum.

Fit ex *Semine Sesami* eodem modo, quo oleum Papaveris. Olim ex *Alexandria Ægypti Venetias, & inde ad nos comportabatur* sincerum, adulteratur verò oleo Nucum & Papaveris; Hodie apud nos paratur

tatur ex Sesamo. Clarum est & candidum, gustu in cibis ac dulcedine delicatissimum.

Vires habet impinguandi, semen genitale augendi, asperitates & durities leniendi. Vid. corp. ph. p. 131. b.

Oleum è Vitellis Ovorum.

℞. *Ova recentia* numero centum, coquito, donec penitus indurentur, postea vitellos eorum exime, & comminutos assa in sartagine, donec ruffescant, & pinguedinem quandam emittant: deinde adhuc ferventes & forti sacculo inclusos exprime.

Cutis fœditatem mitè aufert, cicatricibus decorem addit, iis præcipuè, quæ in ambustis relictæ sunt, aurium, dentium, sedis, doloribus ejusque reliquis effectibus convenit, pilos auget, impetiginem, serpiginem, & aliis cutis vitia eluit, &c. Vid. corp. ph. p. 131. b.

Oleum Stomachale expressum *Zwelfferi.*

℞. *Amygdalar. amarar. decorticat.* ℔ j. *Sem. Carvi* ℥iij. *Macis, nuc. Mosch. Caryophyllor.* ana ℥ij. Exprimatur ex omnibus, mixtis & contusis, oleum; quod *præstat in affectibus ventriculi frigidis*; quem roborat, digestionem promovens, & nauseam, cum vomitibus spontaneis compescens. Vid. corp. ph. p. 132. b.

Oxymel Compositum *Zwelff.*

℞. *Cort. rad. mund. & incis. apii petros. rusci, fœn, asparag.* ana ℥ij. *sem. apii, fœn. petros.* an. ℥j. *aceti* ℔iß. *aq* ℔vj. *mell.* ℔iij. macer. rad. & sem. in aceto & aq per 24. h. tum coq. ad 3. p. cons. col. adde mel. & lento igne coq. F. Oxym.

Oxy-

Oxymel Diureticum *Hartm.*

℞. *Rad. valerian. vincetox. eryng.* an. ℥ß. *fœn. petrosl.* an. ℥ vj. *herb. orig. hyssop. veron. scab. marrub.* an. mj. *sem. anis. fœn.* an. ʒij. *flor. genist. samb.* an. Pij. *mell. colat.* ℔ij. *acet. scillit.* ℔ß. *aq. font.* ℔ iv. m. ac lente bull. ac st. in loc. cal. p. 8. d. dein. coq. & expr. F. Oxymel, dosis ab ℥ij. ad vj.

Oxymel Diureticum *Michaelis*.

℞. *Herb. hed. terr. pariet. saxifr.* an. mj. *rad. restæ bovis petros. frag. vincetox. urtic.* an. ʒij. *sem. mil. sol. genist. lapp. maj.* an. ʒj. *gran. alkek.* ʒiij. *mell. col.* ℔j. *aceti* ℔ß. *aq. font.* ℔ iv. st. in inf. & col. adde *fl. cyani calcatr. genistæ* an. Pij. M. F. Oxymel.

Oxymel Diureticum *P. A. V.*

℞. *Mellis despumati* ℥xv. *Aceti acerrimi*, *Aquæ fontanæ* ana ℔. ij. *Rad. Raphani recentium* an. ℥j. *fœniculi* ʒx. *Apii, Petroselini*, *Genistæ*, *Asari*, *Levistici* ana ʒiij. *Sem. fœniculi*, *Petroselini*, *Asparagi*, *Rusci* ana ʒii. *Coriandri præparati*, *Cumini* an. ʒß. Coquantur secundum artem.

Potenter impeditam urinam & renum calculos propellit. Vid. corp. ph. p. 524. b.

Oxymel Diureticum *Zwelff.*

℞. *Rad. recent. Apii*, *Petroselini*, *Pimpinellæ*, *Raphani hortensis*, *Restæ bovis* an. ℥ii. *Herb. recent. cochleariæ*, *Nasturtii hortensis*, *Chærefolii*, *Rutæ murariæ*, *Cymar. Asparagi recent.* an. ℥iiß. *Seminum Nasturtii fœniculi*, *Thlaspios*, *Urticæ* an. ʒj. Radices & herbæ incisæ, semina verò conquassata immittantur vitro, quibus superaffundantur Aceti vini destillati ℔iij. serventur in digestione loco calido per triduum circiter, factâ post colaturâ, cum forti expressione, acetum

expressum filtratione clarificetur, interimque asservetur. Jam verò

℞. *Species ab extractione relictas*: quas *affusa s. q. aqua* repetitâ vice coque, decoctum colatum & probè clarificatum (cuncta in vase terreo peragenda) evaporet ad consistentiam Extracti, seu mellis spissioris, quod denuò cum superiori aceto asservato & impraegnato diluatur, & *Mellis purissimi crassioris consistentia & vetusti*, dextere ex favis suis, uti supra edoctum, extracti, ℔. iv. addatur, ac una vel altera ebullitione fiat Syrupus seu Mel diureticum, quod aromatizetur *Elaosacchari Cinamomi* ℥j.

Movet hoc Oxymel urinam impeditam potenter, renumque calculos & vesicae atterit, mensesque mulierum propellit; ab uncia una ad unam ß. pro dosi exhibendum. Vid. corp. ph. p. 524. b.

Oxymel Elleboratum *Londinense.*

℞. *Fol. rud. thym. capitat. dict. cret. hyss. puleg. marrub. cardb. rad. nard. celt. cort. sambuc. inter.* an. mj. *calaminth. mont.* Pij. *sem. anis. foen. ocymi urt. rom. aneth.* an. ℥ij. *rad. angelic. ari scill. pp. arist. rot. long. clemat. turpet. irid. nostr. cost. ver. polyp. cort. limon.* an. ℥j. *elleb. nigr. fibrar. esul. agar.* an. ʒij. *fibrar. integr. rad. elleb. alb.* ℥ß. *Posca ex aqua & aceto aq.* ℔viij. *sapa* ℥ij. dig. & coq. s. a. col. adde *mell. ros.* infus. *cort. citri* ad ℥ij. imbuti ℔iß. coq. ad mell. spissit. condiendo *caryoph. croci Zing. galang. mac.* an. ℥j. s. a.

Oxymel Julianizans *Londinense.*

℞. *Cort. rad. capp. rad. irid. foen. rusc. petros. cich. aspar. cyper.* an. ℥ß. *herb. scolop. schoen. tamaris.* an. miß

sem

sem. fen. d. ℥ß. *poscæ acid.* ℔iij. coq. ad med. col. adde *mell. desp. sacch.* ana ℔ß. coq. s. a.

Oxymel Pectorale cum agarico de *Spina*.

℞. *Rad. helen. ireos eryng. angel. cal. arom.* ana ℥ß. *herb. botryos c. flor.* mß. *calam. mont. veron. scab. hyss. marrub.* ana mj. *cardb. puleg. orig. thym.* ana mß. *agar. alb.* ʒvj. incis. inf. in *aceti* ℔ij. *aq. veron. cardb.* ana ℥ix. dig. p. 3. d. coq. in vase dupl. ex expr. hujus ℔ij. *mell.* opt. ℥ix. coq. iterum lento igne & desp. ad consist. syrupi qui aromatisetur *zingib.* ʒij. *croci cinam. macis* ana ℈i. in nodul. infus. F. oxymel.

Oxymel Pectorale cum agarico *Ettmülleri*.

℞. *Herb. hyss. prass. orig. cardb. puleg. veron. scab.* ana mj. *rad. ir. flor.* ℥i. *ag. alb.* ʒx. *zing.* ʒij. inf. in *aceti* ℔iß. *aq. veron. cardb.* ana ℔ß. dig. p. 3. d. & n. coq. & col. ℔iß. adde *mell. desp.* ℔i. injice *cinam. caryoph. cubeb.* ana ℈ij. in nod. F. Oxymel.

Oxymel scilliticum comp. *Londinense*.

℞. *Origan. hyssop. thym. ligustic. cardam. min. stach.* ana ʒv. *aq.* ℔iij. coq. ad ℔j. col. adde *mell.* ℔ij. *mell. passul.* ℔ß. *succ. bryon.* ʒv. *acet. scillit.* ℔iß. coq. & desp. s. a.

Oxymel simplex *Zwelfferi*.

℞. *Mellis purissimi satis crassi* ad mentem nostram extracti, & vetusti libr. duas, *Aceti vini optimi*, si lubet, aliqua re gratâ & congruâ, utpote *rosis, floribus tunicæ*, &c. imbuti ℔ij. Paucis ebullitionibus fiat consistentia mellis paulò liquidior, ne illud diu coquere opus sit, cum illud facilè in liquidiore consistentia conservetur diu. *Vid. corp. ph. p. 408. b.*

Oxymel Scilliticum Mesuæ P. A. R.

℞. *Mellis despumati* ℔. iij. *Aceti Scillitici* ℔ ij. Co-

quantur lento igne ad perfectam consistentiam. Ad cerebri, pulmonis, Ventriculi affectus pituitosos, aut melancholicos, etiam contumaces, utile est. Eo utimur in Epilepticorum insultibus, ipsoque Paroxysmo, asthmaticis quoque plurimum confert: Venarum obstructiones inveteratas reserat, crassosque tumores potenter incidit.

Compositum fit, ut oxymel compositum ex radicibus. Vid. corp. ph. p. 520. b.

Oxymel Scilliticum *Zwelfferi.*

℞. *Aceti Scillitici* cum aceto destillato parati ℔. ij. *Mellis crassissimi antiqui solidioris* ℔. iiß. Paucis ebullitionibus conficiatur Mel debitæ consistentiæ.

In affectibus Pectoris & asthmaticis à crassa pituitâ & viscosa humiditate provenientibus, ventriculo etiam tali humore obsesso, maximè conducibile est Hydropicos nec non Anasarca laborantibus remedium est: unum vel duo cochlearia pro dosi sumenda. *Vid. corp. ph. p. 521. b.*

Oxysaccharum Compositum *Nicolai Præpositi. P. A. R.*

℞. *Capillorum Veneris, Asplenii* seu *Ceterach. Scolopendrii* seu *linguæ Cervinæ, Lichenis* seu *Hepaticæ, Violarum Polytrichi, Rad. fœniculi, Asparagi, Rusci, Graminis*, ana ℥j. *Succi Granatorum acidorum* ℔ viiiß. Omnia in Granatorum acidorum succo per triduum macerentur, deinde post modicam ebullitionem exprimantur & colentur: tandem cum sacchari ℔ iv. ad formam Syrupi secundum artem percoquantur. Febribus tertianis nothis, omnibusque affectibus ex sanguinis ac bilis fervore & crassitie natis subvenit, jecoris, Lienisque obstructionibu

nibus confert, & calefacta viscera juvat. Vid. corp. ph. p. 507. b.

Oxysacchar. *sive* Syrupus Emeticus *Ang. Sale juxta Zvvelff.*

℞. *Pulv. vitri Antimonii* sine addit. juxta animadversiones nostras parati ℥j. *Aceti simplicis destillati* ℥xx. Stent infusa simul in vitro, die una vel altera, loco calido, ut ferè ferveat acetum, aliquoties tamen infusionem commovendo, ob vitri ponderositatem, quod fundum illicò petit & conglobatur. Post adde etiam *Santali rubri raspati*, *Rosar. rubear.* ana ℥ß. *Croci Austriaci* ℨß. *Zedoariæ*, *Sem. Angelicæ* ana ℨiß. atque adhuc aliquot horis digere: digestione factâ coletur & filtretur acetum, filtrato aceto viribus Antimonii & reliquarum specierum imbuto adde *Sacchari albissimi* ℥xx. Et in vase terreo vitreato coque ad consistentiam Syrupi, cui pro aromatisatione odoris & saporis gratia: *Oleor. still. Cinamomi* ℈ß. *Zedoariæ*, *Angelicæ*, ana gutt. v. *Rosarum ver.* guttas vj. *Sacchari pulverisati* ℥j. prius commixta adde. Fiet Syr. Emeticus justæ consistentiæ. Vid. corp. ph. p. 542. b.

Oxysaccharum Emeticum *Ludovici.*

℞. *Croci metallorum edulcorati* ℨiij. *Aceti* ℥x. Fiat in loco calido per triduum infusio, sæpius agitando; postea liquor imprægnatus filtretur, & in eo Sacchari clarificati ultra tabellarum consistentiam cocti ℥x. solvantur.

Vires nomini ejus respondent. Vid. corp. ph. p. 543. b.

Oxysaccharum Emeticum *Minsichti.*

℞. *Croci Metallor. absinth.* ℥ß. *Cassiæ ligneæ* ℨij. *Lign. Aloes, Rad. Angelic.* ana ℨj. *Rosar. rub.* ℥ß. Mixta

infundantur in aceto flor. Tunicæ ℥xv. Stent in infusione in loco calido per 24. horas, postea filtrentur, *Sacchari cand. alb.* tantundem addatur, & ad usum reponatur.

In dolore capitis, Melancholia, Epilepsia qualicunque, Angina, Peste, Pleuritide, Tussi, Asthmate, ventr. affect. præservat. à Podagra, Dysenteria, morbo Hung. venenis haustis, coagulat. sang. &c. excellens est. *Vid. corp. ph. p. 543. b.*

Oxysaccharum simplex *P. A. V.*

℞. *Succi Granatorum acidorum*, ℥viij. *Aceti* ℥iv. *Sacchari albi* ℔j. Saccharum clarificetur, & cum aceto, succoque Granatorum in Syrupi formam reducatur.

Humori ferventi refrigerando, crasso autem incidendo, putredini arcendæ, siti sedandæ, nec non viscerum inflammationi mitigandæ conducit. *Vid. corp. ph. p. 498. b.*

Oxysaccharum simplex *Zvvelfferi.*

℞. *Succi Granatorum acidorum recenter expressi* ℔ß. *Aceti vini, rosati* vel *violati* ℥viij. *Sacchari albiss. can.* ℔ß. Coquantur in vase terreo ad consistentiam Syrupi, cui pro grato odore & sapore conciliando adde Essent. Citri Saccharinæ ex recentibus cort. paratæ ℥iß. Fiat Oxysaccharum.

Refrigerat & humectat, crassos humores incidit, siti sedandæ, nec non viscerum inflammationi mitigandæ conducibile est, ab ℥ß. ad ℥j. in aquis vel vehiculis convenientibus. *Vid. corp. ph. p. 498. b.*

P.

Pannus Linteus *Crocatus.*

℞. *Crudum ex Cannabe linteum, ablue quinquies vel sexies in spermate ranarum* mense Martio collecto, & filtra-

filtrato, ut grana illa sive oculi nigri separentur inde, idemque toties in umbra per se, non in calore, sive luce solari arescere sine; postea

℞. *Aceti flor. Sambuci* & *Croci* s. q. & f. Tinctura, in qua illud ex cannabe confectum linteum coquatur, donec sublimem à Croco imbibat calorem, tuncque una refrigescere sine, postea exime pannum illum crocatum, in umbra sicca, & ad usum reserva. *In Podagra, Erysipelate*, (præmissis tamen præmittendis) *experimentum est*. Loco enim affecto pannus ille impositus, prius tamen sapone Veneto inunctus, sistit dolores, in cruciatibus arthriticis remedium planè divinum est. *Vid. corp. ph. p. 667. a.*

Passulæ Laxativæ *Norimbergens.*

℞. *Passular. minor. mundat.* ℥iiij. *Magisterii Jalappæ, Scammonii*, aa. ʒj. Confice secundum artem. *Vid. corp. ph. p. 318. a.*

Passulæ Pectorales *D. Fausti.*

℞. *Jujubar. Sebesten, Radic. Tussilag.* cum toto, *Althea, Symphyti*, aa. ℥ij. *Fol. Botryos, Pilosellæ, Pimpinellæ* cum toto, aa. M. ij. *Capit. papav. alb. major.* no. iiij. *Liquirit. rasæ* ʒj. *Sem. Malvæ, Bombacis rec.* aa. ʒß. *Aq. Ulmariæ, Hysopi, Scabios. Pomorum redolent. Flor. acat.* aa. ℔ij. Coquantur & colentur, colaturæ adde *Sacchari candi albi* ℔iß. *Mellis opt.* q. pl. Solutis & cum album. ovi clarificatis adde *Passular. Damasc. integrar. Uvarum Corinth. opt. lotar.* aa. ℔j. Coque s. a. in Syrupi consistentiam & f. s. a. conditum.

Passulæ Purgantes *Amstelodam.*

℞. *Fol. Sen. el. mund.* ℥viiij. *Sem. Fœniculi* ℥j. Macerentur per noctem loco tepido, in s. q. Infusionis

rosarum pallidarum multiplicis, mane leviter ebulliant. Colaturæ expressæ ℔iß. adde Passular. Corinth. à sord. mund. ℔j. Sacchari albi clarificati ℔iß. Vid. corp. ph. p. 319. a.

Passulæ majores *seu* Zibebæ *vel Prunelli Purgantes Zvvelfferi.*

℞. *Succi pomorum recenter expressi* ℔iv. In hoc succo macerentur sequentia, incisa saltem, non contusa, utpote ℞. *Rad. Mechoacæ* ℥iß. *Galapp.* ℥j. *Asari* ʒvj. *Hellebori nigri* ʒß. *Tornæ Solis rubicundiss.* ʒiij. vel ʒij. Facta maceratione per diem, ac una vel altera ebullitione prægressâ, coletur succus cum expressione, in quo denuò macerentur per biduum *Passularum majorum ab arillis purgat.* ℔j. vel harum loco *Zibebæ aut Prunelli accipiantur.* Peracta bidui maceratione, fiat etiam una atque altera ebullitio, hinc passulæ separentur à succo, atque juxta fornacem, vel alio loco tepido, leniter exsiccentur; Succo vero residuo adde *Pulv. Syrii* seu *Resinæ Scammonii*, in s. q. *Spiritus vini rectificati* sine omni phlegmate soluti ʒiß. Item; *Passulas supradictas in succo jam tùm maceratas* & coctas, ac postquam bene unita, spiritusque vini maxima ex parte exhalarit, addidit etiam *Elæosacchari Cinamomi*, *Caryophyllor.* ana ʒj. Effundantur & immittantur scatulis rotundis & largis pro usu.

Viribus affines sunt aliis catharticis quamplurimis; Evacuant n. bilem, & pituitam, atque aqua intercute laborantibus conducunt. Dosis ʒß. ad ʒvj. una cum Gelatina sumptæ. *Vid. corp. ph. p. 319. a.*

Passulæ aliæ Purgantes *Zvvelff.*

℞. *Sacchari albissimi* ʒvj. Solvantur in *aqua simplicis* ʒviij.

℥viij. quibus adde *Passularum min.* probè mundat. ℥vj. Coquantur junctim ad satis crassam sacchari consistentiam, antequam autem ab igne removeantur, superinfundantur *Magist. Galappæ*, *Scammonii*, ana ℨiiß. solut. autem prius *Spiritus vini rectificatissimi* ℥ij. vel iij. Quibus infusis removeantur illico ab igne, nam Spiritus vini rectificatus protinus aëra petit, & relinquit Magisteria passulis per minima immixta; quæ addita tandem *Elæosacchari Anisi* ℥j. *aromatizandæ*; Earum Dosis erunt ℨij. ad ℥ß. *Vid. corp. ph. p.* 319. *a.*

Passulæ Purgantes siccæ *Zvvelfferi.*

℞. *Passularum probè repurgat.* ℔iß. Macerentur una alterave die in *aqua Cinamomi* vel *Rosarum fragrant.* ℥iiij. circiter, quo totam aquam absorbeant, propterea sæpius commovendæ, postquam verò lenissimo in calore parumper siccatæ fuerint, conspergantur pulvere sequenti, utpote *Diagrydii Sulfurati, Amygdalis dulcibus probè subacti*, ℥iß. *Cremoris Tartari* ℨvj. *Sacch. Rosati* vel *Citrati* n. ℥iij. His mixtis pulveribus passulæ obvolutæ, & conspersæ leniter & ferè totaliter exsiccentur, serventurque usui. Validè operantur hæ passulæ, neque ingratæ sunt palato, cavendum tamen, ne iis in affectibus adhibeantur, quibus Diagridium vel Scammonium tormina excitare potest. Dosis ℥ß. ad ℨvj. Vid. corp. ph. p. 320. a.

Pasta Regia *seu* Panis *Martius P. A. V.*

℞. *Amygdalorum dulcium contusorum* ℔ß. *Sacchari tenuissimè pulverisati* ℔j. cum *aqua Rosarum* fiat Pasta. Vid. corp. ph. p. 339. a.

Pasta Regia Composita P. A. V.

℞. *Pinearum mundatarum, Pistaciorum* præp. ana ℥iij *Sacchari albiss.* ana ℥viij. *Quinq; lapidum pretiosorum* ana ℈ij. *Corall. rub. præp.* ana ʒiß. *Cinamomi acuti* ʒi *Specier. de Gemmis frigidis* ʒij. *Nucis Moschatæ* ʒß *Macis* gran. v. *Corticum Citri conditorum*, *Conserv. Borraginis* ana ℥iß. *Margaritarum præp.* ʒiß. Cum *aqua Buglossi*, incisis crassiusculè incidendis, aromatibus reliquis contusis, *fiat pasta Saccharo & Cinamomo incrustanda.*

Plurimum nutrit ac roborat, eos qui è diuturnis morbis emerserunt, & macilenti commodè reficiuntur *Vid. corp. ph. p. 340. a.*

Pasta pro Placentulis stomachalibus *Zwelff.*

℞. *Amygd. dulc. decort.* ℥ij. *Pistach. decort.* ℥iß. Contundantur probè & minutissimè in mortario ad pultis formam affundendo paulatim portiunculam *aquæ Rosarum fragrantiss.* vel *Cinamomi*, post adde *Sacchari pulv. albi* ℥viij. *Cort. Arantiorum*, *Citri* ana *cond.* ℥j. *Farinæ triticeæ* ℥iij. *Pulv. Cinamomi acuti* ʒvj *Caryophyllorum*, *Nuc. Moschat.* ana ℥ß. *Piperis longi. Zinziberis*, ana ʒiij. Fiat Pasta, ex qua formentur placentulæ parvæ ad lubitum, & in fornace vel sartagine occlusa, moderato calore, pinsantur. *Vid. corp. ph. p. 344. a.*

Pastilli Pectorales Antiphthisici *Zwelff.*

℞. *Rad. Enulæ camp.* ʒvj. *Ireos florent.* ℥j. *Liquiritiæ* ʒvj. *Flor. Papav. errat. Violar. Martial.* ana ℥ß. Incisa coquantur in *aqua simpl.* s. q. ad remanentiam circiter ℔j. coletur decoctum, & ad ℥iiij. evaporet, quod interim asservetur. Jam verò

℞. *Sem. Melonum*, *Cucurbitæ*, ana excort. ʒvj. *Papav. albi*,

albi, Amygd. dulc. decort. an. ℥i. *Benzoes opt.* ℥ß. Contundantur junctim in mortario, ad pultis formam, *cum superioris decocti* asservati l. q. ac per setaceum transmittantur: Huic pulpæ adde *Pulv. Sacchari Can. albi* ℥viii. *Croci Austriaci* ʒiii. *Ireos florent.* ʒi. *Florum Salfuris* ℥vi. *Liquiritiæ* ℥ß. *Elæosacchari Anisi* ℥i. Et contundendo in mortario lapideo efficiatur pasta, ex qua formentur pastilli oblongi, vel etiam Trochisci. *Vid. corp. ph. p. 357. a.*

Pastilli Pectorales *alii Zwelff.*

℞. *Specier. n. Diaireos simpl.* ℥iii. *Pulv. Liquiritiæ rasæ* ʒiii. *Ireos albiss.* ℥ß. *Essentiæ n. rosatæ Sacchar.* ℥ii. *Pul. Sacchar. Canar.* ℥iii. *Moschi orient. opt.* ℈ß. vel j. Ex omnibus mixtis addita l. q. *Mucilaginis Tragacanthi, aqua rosarum extractæ*, fiat massa, ex qua formentur pastilli, vel, si magis arrideant, Trochisci, qui ipsi etiam sine Moscho confici possunt.

Præstant in affectibus Pectoris Catarrhosis, tussi antiqua, & ipsa Phthisi, ac insuper anhelitum gratum efficiunt. *Vid. corp. ph. p. 358. a.*

Pessus contra Sterilitatem *Minsichti.*

℞. *Sem. Lolii*, quod in frumento vel siligine reperiri solet, ℥ß. *Coag. Leporis, Aluminis usti, Castorei, Styrac. liquid.* an. ʒii. *Myrrhæ rub. Opopanacis, Galbani, Piperis rot.* an. ʒi. *Moschi & Ambræ* an. ℈ß. Optimè simul incorporentur, & f. duo pessi, horumque unum mulier teneat in vulva à meridie usque ad vesperam. Vid. corp. ph. p. 384. a.

Pessus contra suffocationem uteri *Minsf.*

℞. *Rad. Ireos florent. Rosarum rub.* an. ʒiii. *Styracis cal. Benzoin.* an. ʒiß. *Caryophyllorum, Spicæ Indicæ, Galliæ Moschat.* an. ℈i. Misc. & fiat l. a.

Pessus ad formam suppositorii, qui filo obligatus, noctu subjiciatur. Vid. corp. ph. p. 384. a.

Pessus Aperiens menses *suppressos* *Minſ.*

℞. *Rad. Artemisiæ rub. Dictam. alb. Asari, Hellebori alb. Rubiæ tinct.* an. ʒij. *Scammonii, Majoranæ, Sabinæ, Croci orient.* an. ʒj. *Bacc. Lauri excort. Myrrhæ rub. Castorei veri, Sagapeni, Aloes, Epat.* an. ℈j. *Sem. Stapid. Agriæ, Nigellæ, Nasturtii, Rutæ,* an. ʒß. Hæc omnia incorporentur *cum succo Artemisiæ rub.* vel *Therebinth.* & f. pessi ad longitudinem medii digiti, crassitudine digiti unius; inter incorporandum ad medium longitudinis involvatur filum, cujus extremitas maneat, excedat ad palmam unam ad extrahendum; aut pulvis ponatur in sacculo, confecto ex panno raro, addito pauco bombace. Fiat ad crassitudinem digiti majoris, indaturque. *Vid. corp. ph. p. 384. a,*

Pessus adstringens uteri Hæmorrhagiam *Minſ.*

℞. *Farin. volat. molend.* ℥ß. *Rad. Tormentillæ, Bistortæ,* ana ʒij. *Ciner. Ranarum, Croci Martis, Gallar. Turc. Sangu. Drac. Boli Armen. Corn. Cervi usti, Hypocystidis, Rosarum rub. Balaustiorum, Acatiæ, Olibani, Mastichis,* ʒß. Misc. & cum *Succo Plantaginis & albumine ovorum* f. l. a. Pessi in mulieris pudendum inferendi. *Vid. corp. ph. p. 385. a.*

PILULÆ ALTERANTES.

Pilulæ Anodynæ *Minsichti.*

℞. *Ext. pil. Aloephang. nost.* ʒiij. *♃ri ⊕at. Laudani opiat. nost.* an. ʒj. Misc. & cum *conf. Alkermes* in *aqua hypnotic. nost.* diss. f. massa pilularum. Ad do-

dolores acutos mitigandum & ſedandum, torſiones placandum, ſomnum conciliandum, in Colica, Nephritide, Arthritide, Pleuriſi, cæteriſque morbis omnibus ſolùm excellunt; Et ipſo Laudano opiato longè tutiores ſunt; quia ratione ext. pil. Aloëphang. & ♀i ⊖ lat. additorum, non admittunt conſtipationes, quibus poſt uſum Laudani opiati per ſe exhibiti, ægrotantes communiter afficiuntur. Doſis à gr. xII. ad xv. ℈j. & à gr. xxv. ad ʒß. *Vid. corp. ph. p. 149. b.*

Pilulæ de Bdellio majores *Meſuæ* *P. A. V.*

℞. *Bdellii* ʒxij. *Myrobal. Chebularum, Indarum, Belliricarum, Emblicarum, Concharum venerearum uſtarum, Charabe*, an. ʒiiß. *Ammeos parum toſti* ʒiij. Maceretur Bdellium *in ſucco foliorum Porri*, & formetur maſſa.

Ad fluxum hæmorrhoidum & ulcera ex eis provenientia, nec non menſes immodicos utiliter exhibetur. *Vid. corp. ph. p. 149. b.*

Pilulæ de Calce viva *Minſichti.*

℞. *Calcis vivæ* ʒj. *Farin. Siliginis, Piperis long. Cort. Granator. Gallar. Turc.* an. ʒß. *Sem. Hyoſcyami, Caryoph. Opii Thebaici, Aluminis uſti*, an. ℈j. Miſc. & *cum ſucc. inſpiſſ. rad. Pyrethri*, fiat maſſa pilularum; ex qua poſtea cum *ol. Origani Cret.* & *Camphoræ*, an. ſ. q. fingantur pilulæ oblongæ.

Dentibus dolentibus impoſitæ ſubitò medentur, firmiores eos reddunt, vermiculos in eorum cavernis deliteſcentes enecant, nec non fluxiones omnes ad Gingivas lapſas extrahunt. *Vid. corp. ph. p. 149. b.*

Pilu-

Pilulæ Catarrhales *de Spina.*

℞. *Rad. cynogl. olib. bol. arm.* an. ʒj. *trag.* ℈ij. *myrrh* ʒß. *opii, spicæ* an. ℈j. *croc.* ℈ß. cum *succ. cynogl.* F Pilulæ.

Pilulæ Catarrhales *VValds.*

℞. *Mass. pil. de succino crat.* ℈j. *resin. Jalap.* gr. vij. *tinct succin.* q. s. F. P. no. xv.

Pilulæ Cephalicæ ex ladano *Hartman.*

℞. *Ol. camph.* gutt. vj. *gum. ladan. c. sp. vin. extr.* ℈j *mosch.* gr. iij. *aq. majoran.* & *gum. trag.* F. Pilulæ.

Pilulæ croci martis *Maetsii.*

℞. *Gum. amm.* ℥ij. *myrrh. rub.* ʒj. *croc. mart. aper.* ʒß *elix. p. P.* q. s. F. Pil.

Pilulæ Cordiales & Cephalicæ *Zvvelff.*

℞. *Ambræ gryſ. opt.* ʒj. Solvatur in *olei Cinamomi* ℈j *Caryophyllor.* ℈ß. *Nuc. Moſchat. expr.* ʒj. Quibus invicem bene mixtis adde *pulv. Cardamomi, Nuci Moſchat.* an. ʒiij. *Croci Auſtriac.* ʒiß. *Sem. Garvi, Aniſi,* an. ʒiß. *Extracti ligni Aloes n. Reſinæ Styracis Calam.* an. ʒij. Miſceantur exactè ac cum l. q. *mellis noſtri citrati,* vel *Anthos,* fiat maſſa, ex qua pilulæ efformandæ, vel in alia aliqua medicamenti forma propinanda.

Caput, Cerebrum, ſenſusque omnes, Ventriculum inſuper, & totum corpus roborant, anhelitum putridum & fœtidum emendant, Spiritusque animales & vitales recreant. *Vid. corp. ph p. 149. b.*

Pilulæ de Caſtoreo *Avicennæ* P. A. R.

℞. *Caſtorei Doronici, Zedoariæ, Nucis Moſchatæ,* an. ʒj *Sem. Apii, Anethi, Matris Perlarum,* an. ℈IV. *Hyoſcyam*

ami gran. iij. Formetur massa *cum Mucilagine Tragacanthi, in aqua Artemisiæ* soluta.

Uterinis doloribus conferunt, crassos flatus dissipant, ac impeditas menstruas purgationes eliciunt. *Vid. corp. ph. p. 160. b.*

Pilulæ de Cynoglosso *Nicolai Præpositi* *P. A. R.*

℞. *Rad. Cynoglossi siccarum, sem. Hyoscyami albi, Opii depurati*, an. ℥ß. *Myrrhæ* ʒvj. *Thuris* ʒv. *Caryophyllor. Cinamomi, Styracis Calamithæ*, an. ʒij. Cum Syrupo *ex succo violarum*, & *succo Cynoglossi*, lege artis, formetur massa. *Vid. corp. ph. p. 150. b.*

Pilulæ de Cynoglosso cum Castoreo *P. A. R.*

℞. *Opii rad. Cynoglossi, Sem. Hyoscyami* an. ℥ß. *Myrrhæ puræ* ʒvj. *Olibani* ʒv. *Styracis calamitæ* ʒij. *Croci Austriaci, Castorei genuini electi* an. ʒiß. Cum *succi Cynoglossi*, & *syrupi è succo violarum* partibus æqualibus, Fiat Massa.

Catarrhos tenues sistunt, ac tussim inde natam sedant; omnibus quoque defluxionibus, sive in thoracem, sive in pulmones, dentes aut aliò ferantur, conferunt, somnum conciliant, ac omnis generis dolores placant. *Vid. corp. ph. p. 150. b.*

Pilulæ de Cynoglosso aliæ Anodynæ *Zvvelff.*

℞. *Rad. Herb. & flor. Cynoglossi* ℥x. vel ℔j. *flor. Papaveris erratici recent.* ℥vij. vel viij. *Nymphea albæ recent.* ℥vj. vel vij. Fiat ex illis affusa f. q. aquæ simplicis repetitis vicibus decoctum, quod optimè clarificatur, & cum illo dissolvantur *Opii*, *per evaporationem Sulfuris Narcotici preparati*, ut suo lo-

loco monitum est, ℥iij. Factâ solutione, coletur, p
cribrum angustum setaceum; colatura iterum le
calore cinerum ad consistentiam crassam extrac
inspissetur, vel evaporet, cui tandem adde: *Resi
Storacis calamitæ* ℥j. *Balsami Indici de Peru* ʒv. *C
nucis moschat. expressi* ℥ß. *Stillatit. ligni Rhodii* ʒ
Pulv. Gummi Laudani opt. Animæ, Olibani an. ʒv
Succini alb. ℥j. *Corallorum rubrorum præparat. Ocul
rum Cancror. præparat. Matris Perlar. præp.* an. ʒv
Croci Austriaci an. ʒvj. *Croci Austriaci* ℥ß. Fiat mass
competens ad pilulas efformandas.

Est medicamentum præstantissimum ad omnes ca
tarrhos tenues sistendos, destillationibus quoque &
defluxionibus confert, somnum conciliat, ac omni
generis dolores placat; dysenteriam, diuturnas di
arrhœas, & immoderatum mensium fluxum sedat. Do
sis gr. viij. ℈ß. ad ℈j. & ʒß. Vid. corp. ph. p
150.b.

Pilulæ Diaphoreticæ S. Closs. *ex Schræd.*

℞. *Cinnab.* ℥ii. *rectificat.* ℈j. *Præservativi ex Croc
Myrrh. & Aloë* ʒß. *Cryſtall. sulfuris* ℈j. *Ol. guajac.* q
s. ad corporationem. Fiant pil. quæ exhibentur su
perbibendo cochl. j. Acidi Guajac. mixti cum tribu
partibus vini alb. *Vid. corp. ph. p.* 152.*b.*

Pilulæ Diureticæ S. Closs. *ex Schræd.*

℞. *Tereb. Venet.* ⊖ *albi* ana part. æq. M. in mortario
marmor. terendo diutissimè, usque dum simul in-
corporentur, quod difficultate non caret.
Dosis est à ʒj. ad ʒij.

Thereb. in ⊖lo addita vim ejus revomitivam refræ-
nat, & diureticam conciliat. Vid. corp. ph. p. 152.b.

Pi-

Pilulæ dulces *Minſichti*.

℞. *Succi Glycyrrhiz. in aq. Pectoral. noſt. diſſol. colat.* & ad juſtam conſiſtentiam iterum coct. ℥ß. *Spec. Diaſaturni noſt. diaſulphuris noſt.* an. ℥ß. *ext. rad. Myrrhidis, Sacchari candi alb.* an. ʒij. *Florum Benzoin. Semin. Cydoneor.* an. ʒj. Miſc. & cum *diacodio brocat. noſt.* fiat l. a. maſſa pilularum, ex qua poſtea cum *Ol. Aniſi*, & *fœniculi* formentur pilulæ.

In catarrhis & morbis pectoralibus, utpotè Tuſſi, Aſthmate, Diſpnœa, Orthopnœa, Phthiſi, Hectica, Pleuritide, &c. commendare voluimus.

Doſi à ℈j. ad ʒj. manè & veſperi. Vid. corp. ph. p. 152. b.

Pilulæ Anti-Epilepticæ S. Cloſſ. *ex Schræd.*

℞. *Præcipitati ſolaris*, per ſe in matracio △ febrili continuò parati ʒj. ☿ *mineralis* ℈iv. *Ol.* ☿ *febrifugi*, gutt. xx. *Extracti Caſtor.* per ſpir. vin. evaporando facti, *Succin.* an. ℥j. *de Pœon. mar.* cum ſpir. vin. facti, *Pœon. fœmin. Bryon.* an. ʒiiß. *fol. Helleb. nigr.* ſubtiliſſ. triturat. ℈ij. Fiat Pulvis & *cum ſucco porri* maſſa pilularum, cui admiſce *Ol. Angelic. ſativ. Spir.* ⊖*li* an. gutt. x. Harum pilularum. Cape ante paroxyſmos aut poſt quadram ☾æ duas ℈j. ponderantes, ſumendo poſtea juſculum carnium acido ⊖li conditum. *Vid. corp. ph. p. 152. b.*

Pilulæ febriles *ex Schræd.*

℞. *Extr. card. bened.* ʒß. *Centaur. min.* ℈j. *CC. uſt. præpar. Sal. abſynth.* an. ℈ß. *cum Syrupo de Card. benedict.* Fiant pilul. num. xx. quæ exhibeantur ante paroxyſmum expectetúrque ſudor. Vid. corp. ph. p. 152. b.

Pilulæ Febriles *Hoffmanni.*

℞. *Extr. cent. min. gent.* an. ℈ij. *cort. chinach.* ℥ij. *fl. sal. arm.* ʒß. *ol. cinamom.* gutt. IV. *Elix. p. P.* q. s. F. Pilulæ.

Pilulæ Febriles *de Spina.*

℞. *Cort. chinach. rad. gent.* an. ℥j. *sal. abs. cent. min. fl. sal. arm.* an. gr. vj. *syr. cardb.* q. s. F. Pilulæ in Tert. & Quart.

Pilulæ Febriles *Dolæi.*

℞. *Cort. chinach.* ℥iß. *marg. pp. lap. bez. cinnab. ant.* an. ℈ß. *fl. sal. arm. tart. campb.* an. gr. vj. *extr. gent. cardb.* an. ℥ß. F. Pilulæ.

Pilulæ ad Gonorrhæam virul. *Ettm.*

℞. *Tereb. cypr.* ℥j. *merc. d. oss. sep. pp.* an. ʒß. *ol. succin. dest.* gutt. IV. F. P.

Pilulæ ad Gonorrhæam *Maetsii.*

℞. *Sem. alkek.* ℥ij. 4. *fr. maj. pap. alb. lact. plant.* an. ℥j. *rhab.* ℥ß. *mast.* ℥iij. *gum. arab. bol. arm. succin. trag. amyl.* an. ℥ii. *sem. agn. cast. ros. rub.* an. ʒj. *tereb. ven.* q. s. F. Pil. ℈i. ad ʒi.

Pilulæ ad Gonorrhæam *Hoffm.*

℞. *Tereb.* ℥i. *bals. Peruv. Copaib.* an. ʒi. *Rad. consol.* ℥ii. *succ. liquir.* ℥ß. *resin. guaj. extr. rhab. lap. cancr.* an. ℥iii. *merc. dulc.* ℥iß. *nitri vitr.* ʒii. *succin.* ℥iii. *ol. guaj. sassafr.* an. q. s. F. Pil. ex ℈i. no. XIV.

Pilulæ ant-Helminticæ *Hoffm.*

℞. *Extr. aloes* ℥i. *merc. d.* gr. xv. *campb.* gr. iii. *sp. vitr.* gutt. VI. F. Pilulæ ex ℈i. no. xx.

Pilulæ Hystericæ *de Spina.*

℞. *Ass. fœt.* ℥i. *castor. fæc. bryon.* an. ʒß. *sem. rut.* ℈ß. *croc.* gr. v. *ol. succin.* gutt. VI. M. F. Pilulæ.

Pilu-

Pilulæ Hystericæ *Horstii ex Schræd.*

℞. *Aloës soccotor.* ʒiii. *Myrrh. opt.* ℈i. *Extr. cal. ar. Card. bened.* ad ℈ß. *Croc.* g. iii. *Rad. Gentian. Aristol. long. dictamn.* an. g. v. *Cum rob. sambuc.* f. massa, & hinc Pilulæ: quæ in impuritate uteri, & mensium obstructione à crassis & pituitosis humoribus proveniente, cum successu exhibentur.

Dosis ʒß. per dies aliquot continuando. *Vid. corp. ph. p. 153. b.*

Pilulæ Hystericæ ex *Th. Hoffm.*

℞. *Fermenti narcotic.* cum Succ. c. ℥ß. *Extr. radic. Valerian.* ℥ii. *Croci* ℥ß. *Ol. d. Succini* ʒß. *pulv. succin. alb. Myrrh. r.* a.q.q. f. M. f. pilul. instar pisorum. Dosis à vij. ad ℈ß. in vehiculo appropriato. Vid. corp. ph. p. 153. b.

Pilulæ Hystericæ seu Martiales *Zvvelff.*

℞. *Rad. Valer. Imperatoriæ* ana ℥i. *Herb. recent. Artemisiæ, Matricariæ, Melissæ, Menthæ crispæ, Rorismarini, Salviæ, Cortic. Arantiorum recent. extim.* an. ℥iß. *Opii per exhalationem Spiritus narcotici parati* ʒvi. *Croci Austriaci* ℥i. Incisa & contusa crassiusculè, ac cucurbitæ vitreæ immissa, extrahantur cum s. q. *Spiritus vini, repetitis vicibus affusi*, quousque Spiritus non amplius tingatur; Spiritus tincti omnes in B. M. ad extracti consistentiam abstrahantur. Cui extracto residuo spisso adde *Ol. stillat. succini, Salviæ, Rorismarini, Menthæ crispæ, Cortic. Arantiorum ex recent. Cort. still.* an. ʒß. *Coriandri* ℈ß. *Pulv. succini alb. præp.* ʒvj. *Rad. Valerianæ, Doronici veri, Cort. arantiorum ext. recent. siccat. Myrrhæ rubræ, Nuc. Moschat.* an. ʒß. *Macis* ʒiß. Mixtis omnibus fiat massa pilularum in affectibus hystericis & uterinis, à ℈ß. ad ℈j. porrigenda. Vid. corp. ph. p. 153. b.

Pilulæ Ictericæ *VVillisii.*

℞. *Rad. curcum. rhab.* ana ℥iß. *cort. rad. capp. asar.* ana ℥i. *extr. gent. cent.* ana ℨß. *sal. abs.* ℈iv. sem. nast. ℨß. *cruc.* ℈ß. *elix. p. P.* ℨj. *gum. amm. in aq. lumbr. sol.* q. f. F. Pilulæ; dosis ℨß.

Pilulæ Narcoticæ *Minsichti.*

℞. *Opii Thebaici spagyricè præp.* atque extract. ℨiij. *Spec Diambræ* ℨj. *Sal. Margaritar. or. Corallor. rub.* an. ℨß *Ext. flor. Papav. errat. Croci orient.* an. ℈j. *Ossi. de corde Cervi*, an. ℈ß. *Moschi laudatiss.* gr. v. *Ol. Caryophyll. Cinamomi, Majoranæ, Succini alb. Carvi*, an gutt. iv. Misc. & cum *Conf. Alkermes* in *aq. Narcot nost.* diss. fiat massa pilularum.

In defectu Laudani opiati, pilulis hisce felicissimè utimur; quibus honorem etiam frequentissimè consecuti sumus. Dosis à gran. iij. ad iiij. v. vel vj. hora dormitionis. Vid. corp. ph. p. 154. b.

Pilulæ Narcoticæ Plateri *ex Schræd.*

℞. *Opii puriss.* ℨi. Infunde ▽ *vitæ* ℥ß. dissolv. lento calore, eodemque exsicca. Deinde aliâ affusâ ▽ vitæ mollescat, additis *ol. Cinamom.* gutt. ii. Postea ℞. *Cinam. Sacchar. Cand.* an. ℥j. *Piper.* ℨi. *Sem. Coriandr.* ℈ii. *Croci* ℨß. Subtilissimè pulverisatis adde opium dissolutum, sensim opio pulveres miscendo Postea *cum Syr. de Papaver.* redigantur in massam pilularum, addendo *Moschi* ℈ß. Massa hæc diu in mortario agitetur, & ne exsiccetur, *Ol. de Been* parùm subigatur. Servetur in loco humido.

Ex quâ formatæ pilulæ dolores sopiunt, somnumque conciliant. Vid. corp. ph. p. 154. b.

Pilulæ Nephriticæ *Timæi.*

℞. *Mag. lap. cancr.* ℨiij. *sang. hirc.* pp. ℨii. *sal. succin.*

vol.

vol. ℈iv. *ononid.* ℥i. *tereb. cypr.* q. ſ. F. Pilulæ.

Pilulæ ad Partum *Fiſcheri.*

℞. *Cinam. ſabin.* ana ʒii. *caſſ. lign.* ʒiß. *myrrh. ariſt. rot. coſt. amar.* ana ℥i. *ſtyr. liq.* ʒß. *opii* gr. XII. F. Pilulæ.

Pilulæ Odontalgicæ *Minſichti.*

℞. *Opii Thebaici* ℥i. *Camphoræ, Sem. Staphid. agriæ, Zingiberis alb. Piperis longi, Gallar. Turc. Cretæ albiſſ. Aluminis uſti* an. ʒß. *Rad. Peucedani, Hyoſcyami, Urticæ min.* an. ℈i. *Spir. Salis Nitri* q. ſ. ad perfectam acetoſitatem. Miſc. diligenter & cum *Balſamo Odontalg. noſtr.* f. l. a. maſſa pilularum, ex qua poſtea cum dicto etiam balſamo formentur pilulæ oblongæ, alterutra ſui parte in acumen deſinentes. Vid. corp. ph. p. 154. b.

n uſu quotidiano pro ſecreto habemus: perforatis nim & concavis dentibus impoſitæ, acutiſſimum doorem confeſtim & ex tempore ſolvunt. *Vid. corp. ph.* . 154. *b.*

Pilulæ Odontalgicæ *Zvvelfferi.*

℞. *Pulv. Maſtichis elect. Myrrhæ transfluidæ, Olibani in granis, Succini albi* an. ℥ij. *Croci opt.* ℥iß. *Rhabarb,* ʒß. *Agarici Trochiſc.* ℥ij. *Magiſterii Gialapp. Amygd. dulc.* probè ſubacti ℥ß. Miſceantur exactè, ſingulis tamen ſeparatim in pulverem prius redactis: poſtea ſolvantur in mortario lapideo calido, ad pultis formam *Pulv. Aloes ſocotorin.* ℥iv. cum ſ. q. *Elixir. propriet. Paracelſi*, addendo ſtatim *Extracti Hellebori nigri* n. m. parati ℥iß. & pulveres ſuperiores, item *ol. Still. lign. Rhodii* ana ℈ij. Fiat ſ. a. maſſa pilularum, ex qua formentur pilulæ mediocres, piſorum inſtar, quarum quatuor vel quinque bihorium à cœna ſumendæ.

In obſtructionibus Hypochondriorum, dolore capi-

capitis aliisque affectibus, quibus evacuatione opus est, quoties in sexu utroque felicissimè operantur. *Vid. corp.ph.p.187.b.*

Pilulæ Anti-Hypochondriacæ *alia Zwelff.*

℞. *Rad. Hellebori nigri* ℥iv. *Asari* ℥ß. *Hermodact.* ℥j. *Rosar. rubr.* ℥ß. *Cremoris Tartari* ℥vj. Incisa & contusa coquantur in *aq. simpl.* s. q. repetitis vicibus affusa, quousque virtus dictarum rerum totaliter prolecta sit: decoctum colatum probè clarificetur, & ad ℔iß. circiter in vase terreo leniter evaporet, quo cum residuo solvatur *Aloes socotorinæ* ℔ß. Quæ si impura sit per cribrum setaceum coletur, ac iterum leniter leni calore cinerum exsiccetur, aliquali tamen mollitie servata, cui adde *pulv. Mastichis elect. Myrrhæ, Olibani, Succini albi* an. ℥iij. *Gummi Ammoniaci* in modico vini ad pultis formam soluti, ℥vj. *Salis Armoniaci cum Chalybe sublimati*, ⊖*li Martis* cum Spir. Vitrioli facti an. ℥ß. Fiat massa pilularum quæ aromatizetur, *Ol. Stillat. ligni Rhodii*, *Macis*, an. ℈j.

Usus est ut horis duabus vel tribus à cœna assumantur, sed in parca quantitate, ut alvum saltem die sequentibus bis vel ter laxent, ac insuper etiam obstructiones reserent. A gr. xv. ad ℈j. Vid.corp.ph.p. 188.b.

Pilulæ Hypochondriacæ *sive* Magistrales *Sylvii.*

℞. *Gummi Galbani* aceto scillit. soluti ℈ij. *Vitrioli* ♂ blando igne ad albed. calcin. *Mastichis el.* a. ℈j. *Castorei opt. Myrrhæ r. el.* an. gr. xv. *Croci Or.* ℥ß. *Trochisc. Alhand.* ℥j. *Res. Jalapp. Scammon.* a. ℈j ℅ *cort. citri* gutt. vj. Misc. fiant pilulæ.

His lente vitiosi humores educuntur, si cubitum ituris aliquot eorum grana propinantur. *Vid. corp. ph. p.* 188. *b.*

Pilulæ Iliacæ Rhasis *ex Schræd.*

℞. *Colocynthid. Sagapen.* ana ℨvj. *Diagryd.* ℨij. cum *succo porri* fiat Massa.

N. alii omisso succo porri, solvunt sagapenum in vino, eoque reliqua suscipiunt.

Quoad Vires: Solvunt passionem Iliacam, ac colicam, cephalalgicis, hæmicranicis salubres sunt. Verùm cum judicio usurpandæ. Dantur à ℈ß. ad ℨß. *Vid. corp. ph. p.* 190. *b.*

Pilulæ Indæ *Haly ex Mesuæ* P. A. V.

℞. *Myrobalan. Indarum, Hellebori nigri præp. Polypodii* ana ℨv. *Epithymi, Stœchadis* ana ℨvj. *Agarici, Lapidis Lazuli loti, Colocynthidos, Salis Indi* aut *Gemmei* ana ℨiiij. *Succi Eupatorii inspissati, Spicæ Indicæ* ana ℨij. *Caryophyllorum* ℨj. *Hieræ Picræ Galeni* ℨxij. Fiat massa *cum succo Apii.* Utiles sunt ad cancrum, Elephantiasim, alphos nigros curatu difficiles, & complura alia vitia ab humore Melancholico procreata. *Vid. corp. ph. p.* 190. *b.*

Pilulæ de Ladano *Horstii ex Schræd.*

℞. *Laudan.* ℨß. *Mastich.* ℨj. Calefiant in mortario, & dissolutis adde *Troch. Alhand.* ℨiij. *El. de succ. rosar.* ℨß. cum *Syr. ros. sol.* q. s. Fiat Massa.

Subducunt alvum, mucilaginemque Tartaream emolliunt & expurgant, ususque sunt insignis in dolore colico. Dosis est à ℈j. ad ℨj. *Vid. corp. ph. p.* 190. *b.*

Pilulæ de Lapide Lazuli *Mesuæ* P. A. V.

℞. *Lapidis Lazuli abluti* ℨvj. *Epithymi, Polypodii,* an. ℨviij. *Scammonii præp. Hellebori nigri præp. Salis Gem-*

mæ,

ma, ana ℥iiß. *Agarici* ʒviij. *Caryophyll.* *Anisi* ana ʒiiij. *Specier. Hieræ Picræ Galeni* ʒxv. *Succi Endiviæ* q. s. F. Massa.

Vitia ex melancholico & adusto humore nata, cancrum nimirum, Elephantiasim & quartanam profligant, arquato conferunt, lienis obstructiones, infarctus, tumoresque resolvunt. *Vid. corp. ph. p.* 190. *b.*

Pilulæ Lucis Majores *seu Opticæ Mesuæ P. A. R.*

℞. *Rosarum*, *Violarum*, *Absinthii*, *Colocynthidos*, *Turbith.* Cubebarum, *Calami aromatici*, *Nucis Moschatæ*, *Spicæ Indicæ*, *Epithymi*, Carpobalsami, *Xylobalsami*, *Sem. Seseleos Massiliotici*, *Rutæ*, *Anisi*, *Fœniculi*, Apii, *Schœnanthi*, *Mastiches*, *Rad.* Asari, *Caryophyllorum*, *Cinamomi*, *Cassiæ ligneæ veræ*, *Croci*, *Macis*, aa. ℈j. *Myrobal. omnium*, *Rhabarb.* an. ℈ij. *Agarici*, *Senæ*, ana ℈iiß. *Euphrasiæ* ʒj. *Aloes socotorinæ* ad pondus omnium, id est ℥j. ʒvij. *Excipe succo Fœniculi*, & formetur Massa.

Excrementa pituitosa à cerebro & oculis evacuant: visum conservant & firmant, nervos opticos ab obstructione viscidi humoris liberant, atque ob id oculorum aciem intendunt. *Vid. corp. ph. p.* 191. *b.*

Pilulæ Lunares *Boylæi.*

℞. *Argentum ab omni cupro capellatum*, aliàs vomitum excitabit, solve *in puro spir. nitri* solutionem calore moderato exhalare sine, donec in crystallos abeat. Tùm in arena calore magis moderato adhibito, ut fœtor omnis exhaletur, sed cave ne fundantur crystalli, hinc calor lenis sit, & vas subinde moveatur. Hos crystallos è vase exemptos pondera, &

& tantundem adde *Cryſtall. Nitri puriſſ.* quod ſeparatim ſolve, cum aqua pluvia, poſtea confundantur ſolutiones, & in vaſe vitreo in arena exhaletur humidum, ut in fundo maneat pulvis albus. Si enim viridis eſt, tùm eſt ſignum Lunam ab omni cupro non ſatis eſſe depuratam. Cave etiam, ne fundatur pulvis, hinc leni calore agendum. Et cùm plerumque contingat, ut ☽ ab omni ſale communi haud ſit ſeparatum & liberatum, atque inde emergat Spiritus ☽i, Spiritu ⊖is impraegnatus, qui argentum præcipitat, hinc antea *parùm argenti Spiritu ☽i injiciendum*, ut Spiritus ☽ prius præcipitetur, atque Spiritus Nitri depuretur.

Cum mica panis formantur inde pilulæ magnitudine piſi minor. quæ ſervantur in vaſe optimè clauſo; Doſis eſt una aut altera cum pomo toſto. Sunt maximæ efficaciæ adverſus Hydropem, & alios morbos à ſero nimio exortos & nervos infeſtantes.

Si verò fortè acciderit, ut ex nimio pilularum harum uſu Leucophlegmatico ſimile quid oriatur uſus aliquando erit intermittendus & Croco ♂ extractoque juniperi utendum. *Vid. corp. ph. p. 187. b.*

Pilulæ Chalybeatæ *Pharm. Hagienſis.*

℞. *Aloes opt.* ℥j. *Chalybis præp.* ʒvj. *Gummi Ammon.* in aceto ſcillit. ſoluti, *Scammonii puriſſ.* an. ℥ß. *Croci anglici*, ☿ri ⊖lati an. ʒiß. *Oxymellis ſquill.* q. ſ. fiat Maſſa. *Vid. corp. ph. p. 188. b.*

Pilulæ Martiales *Le Mort.*

℞. *Gumm. Ammon.* cum vino depurat. ℥ij. *Vitrioli* ♂, ad levem rubed. calcinati ℥ß. *Scammonii Sulfurati* ʒx ♁ *Menthæ* gut. xii. Miſce fiat Maſſa. Doſis eſt à gr. v. ad ℈ß. & ultrà, minor verò doſis majori

plus

plus præstat in obstructionibus hypochondriorum reserandis, Cachexia &c. Vid.corp.ph.p. 188. b.

Pilulæ Melanagogæ *Minsichti.*

℞. *Mass. pil. Indarum*, ℥ß. *Lap. Lazuli præp. Scammonii rosat.* an. ℥ij. *Ext. Troch. Alhandal. Hellebori nigri, Jalappæ* an. ℥iß. *Ess. fol. Senæ*, *Alexand. Hyperici* an. ℥j. *Croci oriental. præp. Epithymi* an. ℥ß. *Spicæ Indicæ*, *Caryophyllorum*, an. ℈ß. Misc. & cum *Conf. Alkermes in aq. Rosarum dissolut.* Fiat massa pilularum ex qua postea cum *Ol. Citri* formentur pilulæ,

Valent ad mentis alienationem, Maniam, Melancholiam & inde ortum timorem. Item ad omnia vitia ex humore melancholico nata. Vid.corp.ph.p. 191. b.

Pilulæ de Mezereo *Mesuæ P. A. V.*

℞. *Foliorum Mezerei* in aceto per noctem maceratorum & siccatorum ℥v. *Myrobal. Citrinarum, Chebularum* ℥iv. Cum *Manna & pulpa Tamarindorum aqua Endiviæ dissolutis* formetur massa. Serosum excrementum seu aquas valenter expurgant, ob id hydropem Ascitem & anasarcam juvant. *Vid.corp. ph.p. 192.b.*

Pilulæ de Nitro *Alexandro Tralliano Diacolocynthidos dictæ P.* A. *V.*

℞. *Aloes*, *Colocynthidos*, *Scammonii præparati*, *Bdellii*, *Hellebori nigri præparati*, *Gummi Arabici* an. ℥ij. *Euphorbii præparati*, *Nitri* an. ℥j. *Cum succo Brassicæ & melle rosato* solutivo fiat massa. Vid.corp. ph.p.192.b.

Pilulæ de octo rebus, *seu octomeræ Nicolai Præpositi P. A. V.*

℞. *Aloes, Diagrydii* an. ℨij. *Epithymi, Colocynthidos, Agarici, Mastiches, Dauci Cretici, Myrobalanorum, Chebularum, Absinthii* an. ℨj. *Cum succo Solani* f. Massa.

Crassos humores à capite purgant, visum acuunt & suffusiones oculorum arcent. *Vid. corp. ph. p.* 192. *b.*

Pilulæ de Opopanace *Mesuæ P. A. V.*

℞. *Opopanacis, Hermodactylorum, Sagapeni, Bdellii puri, Ammoniaci, Colocynthidos,* an. ℨv. *Croci, Castorii, Myrrhæ, Zingiberis, Piperis nigri longi, Cassiæ ligneæ, Myrobal. Citrinarum, Belliricarum,* an. ℨj. *Scammonii præparati* ℨij. *Turbith.* ℨiv. *Aloes* ℨxij. Solve lachrymas in aqua Caulium, postea addendo pulverem reliquum, forma in massam.

Pituitam crassam, Bilem & Melancholiam à cerebro nervosisque partibus vacuant. Vid. corp. ph. p. 192. b.

Pilulæ Panchymagogæ *Zvvelff.*

℞. *Agarici albissimi, Rhabarbari selecti* ana ℥iß. *Radic. Hellebori nigri* ℥ij. *Asari* ℥j. *Mechoacæ albæ, Hermodactylor.* an. ℥iß. *Fol. Senæ el. sine stipit.* ℥iij. *Pulpæ colocynthid.* ℥j. *Sem. Ebuli* ℥iß. Incisa & contusa coquantur in *aq. simpl.* s. q. ad totalem dictarum rerum virtutum extractionem, ter quaterque aquam recentem affundendo, decoctiones colatæ & expressæ alb. ovorum clarificentur & ad ℔ij. circiter evaporent, cui adde, & in eo residuo dissolve calidè *Aloes hepaticæ* ℔j. Factâ colatura per cribrum setaceum reducantur leni

leni calore cinerum ad Extracti spissioris consistentiam, in fine superaddendo *Magist. Gialapp. Scammoneæ* an. amygd. dulcibus probè subactor. ℥ß. *Pulv. Mastich. electæ* ʒvj. *Ol. Nuc. Moschat. expr.* ʒiß. Fiat massa pilularum; à qua pilulæ paratæ omnes humores purgant, vertigini, Hemicraniæ, ac capitis dolori succurrunt; pro universali igitur cathartico meritò habendæ, Dosis est ℈j. ad ʒß. Vid. corp. ph. p. 193. b.

Pilulæ Peruvianæ *Minsichti.*

℞. *Mag. Gumm. Peruviani opt. Extract. Panchimag. nost.* an. ʒvj. *Acidi Tartari* ʒiß. *Spir. Vitrioli rectif.* ℈j. Misc. & fiat f. l. a. massa, ex qua postea cum *ol. Chamomillæ Rom.* formentur pilulæ ex quolibet ℈. num. n.

Ad humores serosos & crassos evacuandum in Cachexia, Hydrope, Arthritide, Scabiæ, Icteritia, obstructionibus Hepatis & Lienis, &c., item in febribus quotidianis & Tertianis, hisce quotidiè tanquam experte medicina utimur felicissimè. Dosis à ℈j. ad ʒß. & ℈ij. præsertim in robustioribus. *Vid. corp. ph. p. 193. b.*

Pilulæ Polychrestæ *Minsichti.*

℞. *Ext. Polychrest. nost. Scammonii rosat.* an. ℥ß. *Tartari vitriolat.* ʒj. Misc. & cum *Spir. Anisi* f. l. a. massa pilularum, ex qua postea cum Oleo Majoranæ fingantur pilulæ. Ad complicatas & diuturnas febres, Quartanas, Melancholiam, Apoplexiam, Epilepsiam, variosque capitis, oculorum, ventriculi, splenis, jecinorisque morbos valdè probantur. Vid. corp. ph. p. 193. b.

Pilu-

Pilulæ de quinque Generibus Myrobalanorum *Nicolai Alexandrini P. A. V.*

℞. *Quinque generum Myrobalanorum, Agarici, Diagrydii Colocynthidos, Senæ,* an. ʒiiß. *Epithymi, Turbith. Anisi, Fœniculi, Masticbes, Lapidis Lazuli*, an. ʒj. gr. xj. *Rhabarbari* ℈iv. *Aloes* ʒiv. Cum *succo Fœniculi* formetur massa.

Pituitam & bilem utramque evacuant, podagricos, splenicos, stomachicos, & melancholicos juvant; cerebrum purgant, visionem acuunt, sanguinemque purificant, Vid. corp. ph. p. 194. b.

Pilulæ Rosatæ *Minsichti.*

℞. *Scammonii rosat.* ℥ß. *Mag. Jalappæ, Turbethi*, an. ʒij. *Tartari vitriolati* ʒj. *Ol. Still. rosar. veri* ℈ß. Misc. & cum *Sp. rosar.* f. pilulæ, ex quolibet ℈. num. 9. quæ valentissimè bilem dejiciunt. Vid. corp. ph. p. 194. b.

Pilulæ de Sagapeno *Mesuæ P. A. V.*

℞. *Sagapeni Ammoniaci, Opopanacis, Bdellii*, an. ʒiiß. *Sem. Apii, Ammeos, Anisi, Rutæ agrestis*, an. ʒj. *Calami aromatici, Lapid. Calaminthæ, Folii*, vel ejus loco *Spicæ Indicæ, Centaurii min. Polii, Costi, Salis Gemmæ*, an. ʒß. *Colocynthidos*, an. ʒv. *Aloes* ʒvj. Excipiantur *succo porri, Marrubii* aut *Matricariæ*. F. Massa.

Ad Podagram, Ischiadem & reliquorum articulorum, quin imò & uteri dolorem faciunt, menses evocant, viscera emolliunt, eorundemque obstructiones reserant, atque inveteratas splenis oppilationes tollunt, Vid. corp. ph. p. 194. b.

Pilulæ de Sagapeno Quercetani *ex Schræd.*

℞. *Sagapen. gummos. depurati* ʒvj. *Ammoniac. depurat.*

rat. ℥iij. *Extract. Trochisc. Alhand.* ℥j. *Diagryd.* ℥ß. *Sal. Gem.* ʒiß. cum *Syrupo violato acidulo & tincto* f. Massa ex qua conficiantur pilulæ in pisi vel ciceris formam.

Vires: Admirandæ sunt in febribus quartanis, dissolvunt nimirum fœces gummosas, & tenaciter corpori nostro adhærentes. Dosis unica pilula initio paroxysmi, continuando aliquot dies. Sed usum earum præcedat præparatio, v. g. cum decoctis præparantibus Melanagogis & similibus. Vid. corp. ph. p. 194. b.

Pilulæ de Sarcocolla *Mesua P. A. V.*

℞. *Sarcocollæ* ℥iii. *Turbith.* ʒIv. *Colocynth. Zingiberis* an. ʒiß. *Sal Gemmæ* ʒj. *Syrup. rosarum simplicis*, quantum satis, f. Massa.

Pituitam lentam evacuant, atque ob id pituitosis affectibus conducunt. Vid. corp. ph. p. 195. b.

Pilulæ Sine quibus esse nolo *Nicolai P. A. V.*

℞. *Aloes lotæ* ℥xIv. *Quinque generum Myrobal. Rhabarb. Mastiches, Absinthii, Rosarum, Violarum, Senæ, Agarici, Cuscutæ*, an. ʒi. *Diagrydii* ℥vIß. *Succi Fœniculi* q. s. pro massa ex arte paranda.

Efficacissimæ sunt hæ pilulæ ad purgandos omnes humores partium superiorum, quo nomine suffusionibus oculorum, caliginibus, ac visioni conferunt; aurium dolorem sanant, caputque à pituita, bile flava & atra purgant, iliacos denique juvant. Vid. corp. ph. p. 195. b.

Pilulæ Spleneticæ *Zwelff.*

℞. *Succorum Cichorii sylvestr. Endiviæ, Cochleariæ, Nasturtii, Absinthii*, an. depurat. ℥vj. *Decocti ex recen-*

recenti Scolopendrio ℥viij. In his macerentur per biduum *Agarici Trochiscati, Rhabarbari selecti, Rhapontici veri*, an. ℥iß. *Rad. Hellebor. nigri* ℥ıv. Facta post una atque altera ebullitione, fiat colotura cum forti expressione, in colato hoc liquore dissolve *Aloes socotorinæ* ℥viij. Qua soluta & per cribrum setaceum colata, leni calore cinerum aquositates ad consistentiam spissioris Extracti evaporent; addendo tandem *Pulv. Gummi Ammoniaci* in modico vini ad pultis formam soluti ℥i. *Guttæ Gamandr.* ℥ß. *Myrrhæ translucid.* ʒvi. *Vitrioli Martis ritè parati*, cum Spiritus vitrioli ℥ß. Misceantur, fiat leni calore massa pilularum debitæ consistentiæ, quæ Olei stillatitii Anisi ʒiß. aromatizandæ.

Præstans in morbis hypochondriacis, spleneticis, obstructionibus Mesenterii, ac pancreatis Remedium existit, & suppressa menstrua resolvit. Dosis ℈i. ad ʒß. in forma pilularum. Vid. corp. ph. p. 189. b.

Pilulæ Stomachicæ *Zvvelff.*

℞. *Pulv. Aloes Epaticæ* ℥vi. Solvatur in mortario calido ad pultis formam, cum s. q. *Elixir. proprietatis* cum Spir. 🜍 ritè parati: His adde *Succi inspissati Absinth. Extract. Centaur. min.* an. ʒvi. *Hellebori nigri* ℥iß. *Pulv. Diagrydii* 🜍*ati* ℥iß. *Myrrhæ rubr. Olibani, Mastichis elect. Succini albi præp. Baccarum Lauri*, an. ʒii. *Croci or. vel austr.* ʒiß. Fiat s. a. massa pilularum justæ consistentiæ, ex qua formentur pilulæ pisorum magnitudine, quarum quinque vel septem pro dosi sumendæ, bihorio post cœnam, ante somnum vel etiam horis matutinis. Ventriculum vitiosis humoribus aggravatum expurgant, ac consecutione quadam, repetitis vicibus sumptæ, à ca-

pite

pite & Hypochondriis humores ſuperfluos excrementitios trahunt, atque exturbant. *Vid. corp. ph. p. 195. b.*

Pilulæ Stomachicæ Maſtichinæ *aliæ Zvvelff.*

℞. *Agarici albiſſ.* ℥ii. *Radicum Aſari* ℥i. Infunde *in vini opt. & Spir.* ℔. i. per diem & noctem, facta poſtea colatura & expreſſione, ſed calidè, adde expreſſo vino etiam adhuc calenti *Aloes ſocotor.* ℥iii. Iterum leniter evaporare ſine, ad formam extracti ſpiſſioris, cui admiſce, dum adhuc calet, *Maſtichis, el. pulv.* ℥i. Fiatque leniter exſiccando Maſſa in affectibus ventriculi & capitis utiliſſima. Doſis ℈i. ʒß. ad ℈ii. Vid. corp. ph. p. 196. b.

Pilulæ Scorbuticæ *Timæi.*

℞. *Extr. pil. melan. Quercetan.* ʒii. *fol. ſen.* ʒß. *reſin. jal.* ʒi. gr. vi. *tart. vitr.* gr. xiii. *ſem. naſt. cochl. ſinap.* an. ℈iß. *ſucc. cochl.* q. ſ. f. P.

Pilulæ Scorbuticæ *Fiſcheri.*

℞. *Aloes ſoccotr.* ʒii. *pil. de fumar.* ʒi. *extr. cochl.* ℈ii. *ſal. cochl.* ʒß. *troch. alh.* ℈i. *ſyr. cochl.* q. ſ. F. Pil.

Pilulæ de Therebinthina *Brandenb.*

℞. *Tereb. Ven. ad conſiſt. cum aq. roſ. coct.* ℥i. *rhab.* ʒi. *ſuccin. pp. maſt. cl. olib.* an. ʒß. *bol. arm.* ʒi. cum ſ. q. *tereb.* F. Pil.

Pomum Ambræ *Minſichti.*

℞. *Rad. Ireos Florentin. Caryophyllorum, Macis elect. Cinamomi* an. ʒß. *Lig. Aloes veri, Santali Citrini, Styracis calamit. Aſæ dulcis* an. ʒii. *Ambræ gryſeæ* ʒi. *Moſchi Alexand.* ʒß. *Balſam. Peruviani odorifer. Ol. lig. Rhodii* an. ℈i. Omnibus diligen-

genter mixtis ac tritis, adde *Zibetæ non falsat.* ℥ii. Et cum *gum. Arab.* & *Tragacanth.* s. q. in *aq. Majoranæ, Narciss. Rosarum, Lavendulæ* & *Basilic.* dissolut. f. Massa ex qua postea formentur vel Trochisci, vel poma seu scuta aut pentacula, quæ in vitro confestim sine digestione indurentur. Est specificum odoriferum, quod in Cephalalgia frigida, Vertigine, Epilepsia, Apoplexia, Aura pestilentiali maligna, Colica, suffocatione Matricis, & procidentia uteri, &c. præsertim, quando medicaméta non possunt intra corpus sumi, naribus vel aliis partibus admotum, cor & vitales spiritus ultra modum refocillare solet. Vid. corp. ph. p. 363. b.

Pomum Ambræ *P. A. V.*

℞. *Santal. citr.* ʒvj. ℈ij. *lign. al.* ℥ß. *rosar. rub. basilic. lavend. anth. majoran. cinam. nuc. m. macis caryoph. coriand. cardam.* an. ʒiij. ℈j. *cort. citri* ʒvij. *ladan. puri* ʒviij. *styr. calam.* ʒvj. ℈ij. *liquid.* ʒiij. *assæ dulc.* ʒx. *ceræ citr.* ʒiß. *Tereb. cypr.* ℥iv. *moschi* Alex. *Ambr. grys.* an. ℈iiß. F. massa. Vid. corp. ph. p. 363. b.

Pomum Ambræ *Th. Hoffm*

℞. *Bals. Peruv.* ℈j. *liquidambr.* ℈ij. gr. v. *styr. calam.* pp. ℈ii. *tacam. sol. in vino malv.* ʒj. *ol. nuc. m. expr.* ℈ij. gr. v. *mast.* gutt. v. *ambræ* gr. v. *mosch.* gr. iij. F. Massa. *Vid. corp. ph. p. 363. b.*

Pomum Ambræ *Schrœderi.*

℞. *Styr. cal.* ʒij *mast. thur. masc. sandarac.* an. ʒiß. *costi spicæ* an. ʒj. *lign. aloes* ʒiij *mosch. ambr.* an. gr. aliquot *tereb.* parum. F. Pomum. Vid. corp. ph. p. 364. b.

Pomum Ambræ odorif. *Crollii.*

℞. *Macis caryoph. cinamom. vel cass. lign.* an. ʒij. *mosch.* ʒß. *Zibeth.* ʒij. *gumm. Arab.* ʒj. *tragacanth. supra*

for-

fornac. sicc.℥ij. hæc gummata cum moscho terantur, omnib. diligenter tritis misce Zibethum, & affunde *aquam naphæ seu flor. aurant.* seu, *Damascenæ odorif.* in qua prius p. 8. dies in digest. modicum *de carb. Paracelsi vel Zib. occid.* admixtum sit. Vid. corp. ph. p. 364. b.

Pomum Ambræ *Disp. Brandenb.*

℞. *Alipt. mosch. gall. mosch. benz. caryoph. cinam. ladani sant. citr. styr. calam. liquid.* an. ℥ii. *cyper. rot. gum. elemi ireos flor. lign. al. rhod. macis majoran. nuc. m. rorismarin. ros. rub.* an. ℥j. cum *mucil. trag. aq. ros. parat.* F. Pomum, cui addi potest *ambra mosch. & Zib.*

Pulpa *sive* Flos Cassiæ.

℞. *Cannas seu Siliquas Cassiæ ponderosas*, & quæ concussæ non resonant, aperi, & contentam in eis pulpam, seu medullam, cum laminis & seminibus diligenter excava: Exempta projice super inversum & angustum cribrum ex setis equinis contextum, & paulatim aqua calida irrora aversoque cochlearis connexo medullam Cassiæ hinc inde ducito, ut per cribrum paulatim excernatur. Præstiterit tamen, ubi necessitas postulat, recentes semper Cassiæ flores educere, cum diutius repositi protinus acescant. Calefacit & humectat primo ordine sanguinem, ejus acrimoniam temperat, & sitim coërcet, ventriculum, bilem & pituitam educendo mundificat, pectus & guttur lenit, ejus abscessus resolvens; renum calori cum infuso Glycyrrhizæ confert, & calculi generationem prohibet, ac in acutis febribus exhibetur; alvum enim blandè lenit, ac flavam bilem infernè deturbat, atque ex hac natas febres mitigat. Vid. corp. ph. p. 552. b.

Pulpa Prunorum *P. A. R.*

℞. *Prunorum magnorum vinoforum*, id eſt, *Damaſcenorum* ſive Ungaricorum recentium quantitatem, quam voles, & exemptis nucleis, in fictili vitreato magno percoquito; deinde per cribrum ſetaceum trajicito, expreſſam pulpam denuò lento igne ad perfectam & juſtam ſpiſſitudinem coquito; addendo *Sacchari* tertiam circiter partem, vel ad pulpæ ℔x. Sacchari ℔iij. ita enim melius conſervatur ne ſitu corrumpatur.

Ventrem mollit, ac alvum facilitat, calorem febrilem extinguit, ſitiſque faſtidia permulcet. Vid. corp ph. p. 557. b.

Pulpa Prunorum *Minſichti.*

℞. *Radic. Cyclaminis* ℥ij. *Hermodactyl.* ℥j. *Mechoacæ albæ* ℥iß. *Aſari* ℥j. *Cremor. Tartari* ʒvj. Inciſa coquantur in ſ. q. *aq. ſimpl.* ad remanentiam ℔iiij. circiter coletur, in colaturâ hâc clarificata, additâ porrò *Succi herbæ Mercurialis depurati* ℔j. coquantur *Prunorum Hungaricorum exemtis nucleis* ℔ij. ad mollitiem & conſumptionem ferè decocti & ſucci cogatur deinde pulpa per ſetaceum, cui addendæ *Sacchari albi* ℔j. Quæ cuncta leni ebullitione ad conſiſtentiam electuarii redigantur, addendo ultimò *Elæoſacchari* ℥j. F. Electuarium ſeu pulpa.

Valet in ſubducenda alvo vel per os aſſumpta, vel una cum clyſteribus gutturi inferiori injecta. Internè verò ſi aſſumenda, conducet ℥j. vel amplius pulticulæ prunorum in culina paratæ admiſceri, ad fallendos infirmos, qui à Medicamentis ex officinis allatis abhorrent. Vid. corp. ph. p. 557. b.

Pulpa Tamarindorum.

Extrahitur eodem modo, quo Pulpa Cassiæ. Tamarindorum pulpa refrigerat, & ſiccat ordine ſecundo, bilem facilè ſolvit, ac valdè aduſtos humores lenit, unde arquatis, lienoſis, ſcabiem, lepram, vitiligines, & lychenas patientibus commodè exhibetur; namque cutaneas exulcerationes omnes à ſanguinis aduſtione natas tollit, inſaniam inſuper ac furorem permulcere creditur.

Pulpa hæc cum lenientibus ac fortioribus catharticis commiſceri, & in virtutibus exaltari poteſt. Vid. corp. ph. p. 558. b.

Pulpa Tamarindorum *Purgans Zvvelff.*

℞. *Fol. Senæ elect.* ℥ii. *Rad. Mechoacæ albæ* ℥i. *Rhabarb. opt.* ʒvj. *Aſari, Hermodactyl.* ana ℥j. *Fœniculi, Petroſelini,* ana recent. ℥iß. *Crem. Tartari* ʒvj. Craſſiuſculæ inciſis ſuperaffundantur ℔iv. *aquæ ferventis*, & facta breviſſimâ maceratione, coquantur parùm, decoctum coletur, exprimanturque ſpecies, quæ denuò aqua nova affuſa, & repetitis vicibus, coquendæ ſunt: Decoctiones dein omnes conjunctim albuminibus ovorum clarificatæ, ad ſpiſſitudinem Extracti ſeu Mellis evaporent leniter; Huic extracto adde *Pulpæ Tamarindorum* ſimpliciter extractæ ℔iß. *Cremoris Tartari* ℥i. *Magiſterii Galappæ* Amygdalis probè ſubacti ʒvj. *Sacchari Canar. albi* ℔i. *Elæoſacchar. Cinamomi* ℥i. Et leniſſimo calore fiat Electuarium ſeu pulpa debitæ conſiſtentiæ. Eſt medicamentum purgans univerſale, præcipuè in affectibus calidis bilioſis, quibusque viſcerum φλόγωσις conjuncta eſt, utiliter exhibetur ab ℥ß. ad ʒvj. *Vid. corp. ph. p. 558. b.*

PULVERES ALTERANTES.

Pulvis contra Abortum *P. A. R.*

℞. *Gran. Chermes* ʒj. *Sandali rubri* ʒß. *Caryophyll.* ℈j *Nucis moschatæ* ℈ij. *Radic. Torment.* ʒß. *Margarit. præp. Corallii utriusque præp.* an. ℈j. *fol. auri* num. ij *Sacchari perlati* ℥iij. Fiat pulvis.

Datur gravidis ad præcavendum abortum ex ovo sorbili, vel vino odorifero, idque non una tantùm vice sed sæpiùs, pondere scrupuli dimidii, vel etiam unius; aut admiscetur Trageis, prægnantibus usui futuris. Vid. corp. ph. p. 197. b.

Pulvis contra abortum *Zvvelff.*

℞. *Gran. Kermes legitim.* ℥ß. *Margarit. orient.* ʒij. *Corall. rubr. præp. Lapid. Corneoli præp.* an. ʒiij. *Lign. Aloes gumm.* ℥ß. *Nucis moschatæ* ʒvj. *Santali rubri Radic. Tormentill.* an. ʒiij. *Ireos florent. Cyperi rotundi, Succini albi præp.* an. ℥ij. *Essentiæ Citri Saccharinæ, Arantior. sacchar.* ana ex recentibus cortic. par. unc. unam, *Ol. Nuc. Moschat. express.* ʒj. Fiat omnium pulvis.

Datur gravidis sæpius, ubi abortus timetur, in jusculo horis matutinis, & vespertinis à ℈ß. ad ʒj. Vid. corp. ph. p. 198. b.

Pulvis Absorbens *Ettmülleri.*

℞. *Corall. rub. pp. limat. chalyb.* ana ʒß. *lap. cancr. carp.* ana ℈j. *cc. ust.* ℈ß. *croc.* gr. viij. M. F. Pulvis.

Pulvis Alexipharmacus P. A. R.

℞. *Terræ sigillatæ Siles. Cornu Cervini philosoph. calcinati Rad. Angelic.* an. ℥j. *Zedoariæ* ʒj. *Cort. Citri extimorum, Myrrhæ electæ* an. ℥ij. Misc. fiat pulvis.

Vires hujus pulveris nomen monstrat, cujus usum inprimis tenuioris sortis hominibus dicavimus. *Vid. corp. ph. p. 198. b.*

Pul-

Pulvis Alexipharmacus *primus Zvvelff.*

℞. *Rad. Contrajervæ* ʒvj. *Zedoariæ* ℥j. *Doronici veri* ʒvj. *Sem. Citri excort. Rutæ aquilegiæ* an. ʒij. *Cortic. Arantiorum, Citri,* ana *extim.* & *recenter ſiccat.* ana ℥ß. *Myrrhæ translucidæ, Succin. albi,* an. ʒiij. *Croci auſtriaci* ʒij. *Maceris* ʒiß. Fiat omnium pulvis ſubtilis, qui adverſus peſtiferæ luis inſultus efficax eſt, & contagioſis quibuslibet morbis adverſatur. Doſis ʒß. ad ʒj. *Vid. corp. ph. p.* 199. *b.*

Pulvis Alexipharmacus *ſecundus Zvvelff.*

℞. *Sulfuris crudi ſed puri* ℥j. *Nitri cum ſucco Scordii ſoluti, & denuò cryſtalliſati* ʒiß. *Terræ ſigillatæ* vel *Boli Armenæ* n. m. paratæ ʒiß. *Myrrhæ rubræ translucidæ, Succini albi præp.* an. ℥ß. *Croci Auſtriaci* ʒij. *Nuc. Moſchat.* ℥ß. Miſceantur; fiatque pulvis omnium ſubtilis; In febribus malignis & peſte ipſa validus à ʒß. ad ʒj. pro ſudore eliciendo. *Vid. corp. ph. p.* 199. *b.*

Pulvis Alexipharmacus *tertius, communis Zvvelfferi.*

℞. *Rad. Angelicæ, Imperatoriæ, Contrajervæ, Cedoariæ,* an. ℥ß. *Sem. Citri excort. Aquilegiæ,* an. ʒij. *Myrrhæ rubræ* ʒiij. *Terræ ſigillatæ* n. m. paratæ, *Nitri cum ſucco Scordii ſoluti* ac denuò cryſtallizati ana ℥ß. *Croci opt.* ʒiß. *Nucis Moſchatæ* ʒij. Fiat ex his omnibus pulvis ſubtilis, cui imprimatur ſuccus oleaginoſus, Corticum trium pomorum Limoniorum: ſervetur uſui.

Non minoribus cæteris hic pulvis pollet virtutibus Alexipharmacis. Febribus enim malignis, peſtiferis & contagioſis reſiſtit, earumque inſultus reprimit. *Vid. corp. ph. p.* 199. *b.*

Pulvis Alexiterius *specificus* Ang. *Salae ex Schr.*

℞. *Pulv. viperini* ʒii. *Extr. Bezoard. pret. Magist. Margar.* an. ʒß. *Ol. Sem. Angel. destill.* ℈ß. *Cinamomi* gtt. vj. M. in mortario vitreo. Dosis ℈j. ad ʒß. cum vehic. appropriatis singulis quadris ☾ æ iis, qui cum veneno infecti sunt danda est ʒj. *Vid. corp. ph. p. 199. b.*

Pulvis Alexiterius *Th. Hoffm.*

℞. *Ling. viperin.* no. ix. *cord. earundem* no. ix. *annulor. ex spina unum quemque in ordine* incipiendo à primo qui est ad caput exsiccata redig. in pulverem adde *lap. bez. or.* ad pondus omnium F.P. *Vid. corp. ph. p. 200. b.*

Pulvis Diambræ Mesuæ P. A. R.

℞. *Cinam. Doronici caryoph. macis nuc. m. folii galang.* ana ʒiij. *spic. Ind. cardam. major. minor.* ana ʒj. *zingib.* ʒiß. *ligni aloes santal. citr. pip. long.* ana ʒij. *ambra* ʒi. *mosch.* ʒß. F. P. *Vid. corp. ph. p. 229. b.*

Pulvis Anonymus P. *A. R.*

℞. *Sem. pap. alb.* ʒii. *portul. cydon. malv. bomb.* ana ʒiß. 4. *frig. maj. excort.* ana ʒj. *gum. arab. trag. amyli* ana ʒ ii. *hypocist. bol. arm. or. pp. CC. usti rasur. ebor. cicer. rubror.* ana ʒß. *cinam.* ʒij. *sacch. penid.* ℥iß. *sacch. canar.* ℥vj. M. F. Pulvis. *Vid. corp. ph. p. 247. b.*

Pulvis Aperitivus Spleneticus *Th. Hoffm.*

℞. *Cryst. tart. tart. vitr.* ana ℥ß. solut. *cor. rub. lap. cancr.* ana ʒß. *fecul. aron. bryon.* ana ʒi. *ant. diaph.* ʒii. *myrrh. rub.* ℈i. *ol. lign. rhod.* gutt. v. M. F. Pulvis. *Vid. corp. ph. p. 240. b.*

Pulvis contra Abortum *Brandenb.*

℞. *Granor. Kermes* ʒi. *rad. torment. rasur. ebor. sant. rub.* ana ʒß. *cor. alb. rub. pp. caryoph. fol. rof. r. marg. pp. mast.* ana. ℈i. *nuc. m.* ℈ii. *man. chr. perl.* ʒiij. F. Pulvis.

Pulvis

Pulvis Aperitivus Polychrestus *D. Dolæi.*

℞. *Limatur.* ♂ *puriss.* subtiliss. præp. ℥ß. *Arcan. duplic.* ʒiij. *Regul.* ♁ *med.* ʒij. *Costi Arab.* ℈iß. M. In Febribus addatur ☿ dulcis, item China de China.

Pulvis Asthmaticus *Zwelfferi.*

℞. *Rad. aron. cum vino exsicc. & n. m. pp.* ℥iß. *crem. tart.* ℥ß. *essent. aurant. sacch. ex rec. cortic. parat.* ʒvj. F. P.

Pulvis Bezoardicus *Th. Hoffm.*

℞. *CC. sine igne pp.* ʒiß. *lap. cancr. pp. terr. sig. succin. alb. pp. marg. or. pp. cor. rub. pp.* ana ℈i. *oss. de corde C. smaragd. or. pp. hyac. pp. sapphir. pp.* ana ℈ß. *lap. bez. or.* ℈i. M. F. Pulvis. Vid. corp. ph. p. 200. b.

Pulvis Bezoardicus *Timæi.*

℞. *Rad. scord. veri* ʒvj. *dict. scorzon. contray.* ana ℥ß. *zedoar.* ʒij. *sem. citri, cardb. acetos.* ana ʒiß. *cc. phil.* ℥ß. *oss. de corde c.* ʒiß. *mag. lap. cancr.* ʒij. *succin. alb.* ʒiß. *lap. bez.* gr. iv. M. F. Pulvis.

Pulvis Bezoardicus *Dolæi.*

℞. *Pulv. montagn. mantuan.* ana ʒij. *spec. liberant. de hyac.* ana ʒj. *rad. viperin. virgin. camph.* ana ʒiß. *flor. sulph.* ʒß. *ant. diaph.* ʒi. M. F. Pulvis.

Pulvis Bezoardicus *Mindereri.*

℞. *Summit. CC. ust.* pp. *bol. arm. or.* pp. *terr. sig.* ana ʒj. *marg.* pp. *lign. al. cort. citri sem. citri acetos.* ana ʒß. *basil.* ℈j. *rad. angel. zedoar. doron. scorzon. torment. dict. alb. cor. rub.* pp. ana ℈ij. *sant. citr.* ℈ij. *ros. rub.* ℈i. *cinam.* gr. xv. *macis serici crudi tost. lap. 5. pret.* ana ℈i. *croc. or. succin. alb. pp. mosch.* ana gr. v. *ambræ* ℈ß. *fol. auri* no. vj. *argent.* no. ij. M. F. Pulvis.

Pulvis Cachecticus *le Mort.*

℞. *Limat. chalyb.* pp. ℥j. *cor. rub.* pp. *fæc. rad. bryon.* ana ʒii. *corn. c. limat. succin.* pp. *cinam. macis* ana ℈iv. *sacch.* ℥iii. F. P.

Pul-

Pulvis Cachecticus *Th. Hoffm.*

℞. *Croc. mart. cum ſpir. vitr. parat.* ℥ij. *ſant. rub.* ℥j. *rhab. opt.* ℥iß. M. F. Pulvis. *Vid. corp. ph. p.* 223. b.

Pulvis Alexipharmacus ſudorif. *le Mort.*

℞. *Fol. cardb.* ℥iij. *rad. angel. imperat. valer.* ana ℥ß. *contray.* ʒv. *lap. cancr.* pp. *conch.* pp. ana ʒij. *camph.* ℈ij. *croc.* ℈iv. *op. rite* pp. ʒß. M. F. Pulvis; doſis à ℈ß. ad ij.

Pulvis Bezoardicus *ſine pretioſis F. F. ex Schrœdero.*

℞. *Bol. Armen. ver.* cum aqu. Scabioſ. præparat. *Terr. ſigillat. Sileſiæ, Rad. Diptamn. alb. Tormentill.* an. ʒvj. *Angelic. Gentian. Petaſit. Zedoar. C. C. uſt. præp. Oſſ. de c. c. Raſur. Ebor. Cort. Citr. Corall. rub. præp.* an. ʒß. Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus. Doſis ad ʒj. *Vid. corp. ph. p.* 200. *b.*

Pulvis Bezoardicus *cum pretioſis ex Schrœdero.*

℞. *Pulv. modo præſcripti* ℥j. *Margar. præp.* gr. xvi. *Hyacinth. præp. rubin. præp. Granat. præp. L. Bezoar. Or.* an. gr. viij. *Fol. Argent. aur.* an. n. 1. F. Pulvis ſubtiliſſimus, qui Cordialis ac Diaphoreticus inſignis eſt, uſusque præcipui in morbis malignis. Doſis à ℈j. ad iß. Vid. corp. ph. p. 200. b.

Pulvis Bezoardicus Cervinus *Zvvelfferi.*

℞. *Cornu ſive pulveris prædicti ex typhis Cervinis parati* v. gr. ℔j. cui adde *Salis viperini vel Theriacalis*, juxta modum ſecundum vel tertium in fine animadverſionum ſuper appendicem de ſalibus Theriacalibus edoctum ℔ß. *Ol. ſtillat. Cort. citri recent. Rutæ* ana ℥iij. Miſce, fiat pulvis Bezoardicus præſtantiſſimus, cujus doſis à. ℈j. ad ʒß. & ℥j. in vehic. convenienti. *Vid. corp. ph. p.* 201. *b.*

Pul-

Pulvis Bezoardicus Cervinus *alius* *Zvvelff.*

℞. *Viperarum recentium vel ſerpentum Germanicorum* in locis ſanis degentium no. x. vel xv. qui abſciſ-ſis capite & caudâ, detractisque exuviis & inteſti-nis exemtis *una cum hepatibus & cordibus*, dum vita integra & motu adhuc gaudeant, *immerſi in deco-ctum Scordii & Rutæ*, additoque *Salis Scordii & Rutæ* an. ℥ij. Coquantur, donec molleſcant, & quaſi in gelatinam convertantur, coletur in decoctum cum forti expreſſione, cui adde *Pulveris ex typhis Cervinis* ℔j. & in cucurbita vitrea junctim deſtil-lando ad omnimodam ſiccitatem iterum abſtra-hatur, tum in pulverem ſubtilem prius redactis ad-miſce *Ol. ſtillat. Cort. Citri recent. Rutæ* an. ℥ij. Et ſi lubet *Elæoſacchari Cinam.* ℥iij. Miſce, fiat Bezoar-dicum & Alexipharmacum præſtantiſſimum; Doſis à ℈j. ad ℥j. in omnibus morbis malignis. *Vid. corp. ph. p. 201. b.*

Pulvis Bezoardicus Cervinus *tertius* *Zvvelff.*

℞. *Herb. recent. Scordii noſtrat. Rutæ hortenſ.* ana ℥iiij. *Rad. Angel. Scorzoneræ, Zedoariæ* an. ℥iij. Fiat affus. aquæ pluvialis ſ. q. repetitis vicibus decoctio ad totalem virtutum ſpecierum extra-ctionem. Decoctum clarificatum & ad ℔j. circi-ter per cocturam inſpiſſatum affundatur ℔j. *pul-veris Cervini ex typhis parati*, nec non ℥j. *Croci Auſtriaci pulveriſati*, & ℥j. cum dimidia pulveris *Myrrhæ electæ*. Quæ junctim cucurbitæ vitreæ im-miſſa, in MB. totaliter exſiccentur, quoad com-modè iterum in pulverem redigi queant, cui, ſi lubet, adde *ol. deſtillat. vel Rutæ vel Citri* ℥ß. F.

Alexipharmacum nobile. Dosis à ʒß. ad ʒj. Vid. corp.ph.p.202.b.

Pulvis Bezoardicus Cervinus *aureus alius Zvvelff.*

℞. *Pulveris Cervini simpl. ex typhis parati* supraque edocti ℥iij. *Croci solis* nostro modo parati, ℥iiiß. plus minusve; *Essentiæ Citri siccæ* nostro modo paratæ ℥ß. Misce, fiat pulvis delicatissimus in vitro custodiendus, cujus dosis est ʒß. ad ʒj.

Nota: Posset, si cui voluntas esset, Crocus Solis typhis nondum exsiccatis addi, & unà cum ipsis exsiccari; vel etiam hisce duobus pulveribus commixtis nec non cucurbitæ vitreæ immissis affundi *Spir. Urinæ & Spir. V.* ♄ß. & ab iisdem cohobando tertiâ vice abstrahi, quo magis urinentur, tandemque exsiccatis & de novo per cribrum trajectis pulveribus addi *essentia Citri*. Vid. corp.ph.p.203.b.

Pulvis Bezoardicus Imperialis *Minsichti.*

℞. *Cornu Alcis & Cervi spagyricè calcinatorum* an. ʒiij. *Boli rub. or. præp. Bezoard. Jovial.* an. ʒij. *Lap. Bezoard. Or. Terræ sigillat.* an. ʒiß. *Flor.* ♃*is comp. Unicornu animal.* an. ʒj. *Mag. Perlar. Or. Corallor. rub.* an. ʒß. *Cinnab. nativ. præp. Off. de Corde Cervi, Succini alb. præp.* an. ℈j. Misceantur, & fiat omnium pulvis subtilissimus.

In omnibus morbis peracutis, febribus ardentibus, malignis & Epidemiis &c. Diaphoreticum insigne est. Vid. corp.ph.p.203.b.

Pulvis Carminativus *Timæi.*

℞. *Ol. carvi anis. fœn.* an. gutt. xj. *cort. aur. citri* an. gutt. IX. *cinam.* gutt. vij. *caryoph. nuc. m.* an. gutt. v. *facch. cand. alb.* ℥vj. M. F. Pulvis.

Pul-

Pulvis Cephalicus *Dolai.*

℞. *Rad. pæon. visc. coryl.* an. ʒß. *cran. hum. pp. succin. alb. pp.* an. ℈j. *cinab. nativ. castor.* an. ℈ß. *laud. op.* gr. iij. F. Pulvis.

Pulvis Cephalicus *Ettm.*

℞. *Cran. hum. per vap. calc.* ʒj. *cinab. ant.* ℈ij. *sal. vol. succin. rectif.* ℈j. F. Pulvis.

Pulvis Cephalicus *Timai.*

℞. *Magist. succin.* ʒj. *lunæ* ʒiij. *margarit. corall. corn. alc.* an. ʒij. *ambr. gryf.* ℈iß. M. F. Pulvis.

Pulvis Cephalicus *P. A. V.*

℞. *Cinnab. nativ. pp.* ℥iij. *rad. pæon.* ℥iß. *smaragd. pp.* ʒij. *ung. alc. pp.* ʒj. *cran. hum. pp. cor. rub. pp. cc. spagyr. pp.* an. ℈ij. *unicorn. marin. marg. pp. succin. pp.* an. ℈j. M. F. Pulvis. Vid. corp. ph. p. 212. b.

Pulvis Cephalicus *P. A. R.*

℞. *Cinnabaris nativæ electæ & præparatæ* ℥iij. *Radic. Pæoniæ* ℥iß. *Smaragdi præp.* ʒij. *Ungulæ Alcis præp.* ʒj. *Cranii humani præp. Corallior. rubr. præp. Cornu Cervi spagyricè præp.* an. ℈ij. *Unicornu marini, Margarit. præp. Succini præp.* an. ℈j. Misc. fiat pulvis.

Magnam famam ob egregias virtutes Cephalicas cum passim meruerit specificum Cephalicum celeberrimi olim Lipsiensium Chymiatri Dn. D. Joh. Michaëlis, nostra etiam in civitate quondam in usum duci cœpit. Quia verò Magisteria gemmarum &c. illud Medicamentum magna ex parte constituentia, jam dudum apud nos usurpari desierunt, eorumque locum efficacius pulveres eorum subtilissimè lævigati occupent, compositionem hanc, omissis etiam reliquis pretiosis lapidibus, aucto contra ea

Sma-

Smaragdi pondere, & paucis mutatis aliis, aliquot ab hinc annis adornare libuit; quam etiam felici cum successu hactenus non infrequenter adhibuimus.

Pulvis Cephalicus *seu Ant-Apoplecticus Zvvelff.*

℞. *Rad. Doronici veri recent. coll. & siccat.* ℥j. *Costi dulcis, Ligni Aloës ponder. Cardamom. min.* an. ʒiij. *Cubebarum, Coriandri, Anisi.* an. ʒij. *Nucis Moschatæ, Succini albi* an. ℥ß. *Caryophyll.* ʒiß. priùs *cum Semin. Citri excort.* ℈j. subactæ. *Ol. Stillat. Cinam.* ℈j. Fiat ex omnibus pulvis.

Mira ejus in affectibus Cerebri & capitis efficacia. Intemperiem enim ejus humidam corrigit, ideoque Apoplecticis, Epilepticis & vertiginosis est emolumento. Detur à ℈j. ad ʒß. & ℈ij. Vid. corp. ph. p. 212. 82. b.

Pulvis Cephalicus *alius pretiosus, contra Vertiginem, Zvvelff.*

℞. *Ambræ gryseæ opt.* ʒj. Subigatur opt. cum *sem. pæoniæ excort.* ʒj. *Citri excort.* ʒß. *Moschi optimi oriental.* ℈j. *cum Spirit. rosar.* particula ad pultis formam, contundendo in mortario, redacti; His adde *Pulv. Ligni Aloes ponderosi, Radic. Doronici veri* ℥j. *Cardamom. min. Nuc.* M*oschat.* an. ℥ß. *Essent. rosar. saccharinæ* n. ℥iij. Cui instillentur prius *Ol. stillatit. Cinamom.* ʒß. *Caryophyllor.* ℈ß. *Majoranæ, Ligni Rhodii* an. ℈j. Fiat pulvis præstantissimus, imò Regius, qui salutaris est ad omnes frigidas Cerebri affectiones, vertiginem præcipuè, Apoplexiam & Epilepsiam juvans; Dosis à ℈j. ad ʒß.

Pulvis

Pulvis Cantianus *sive Anglicus Comitissæ de Cent. ex Pharm. Batean.*

℞. *Apic. nigr. chelar. cancror.* Junio capt. in pollinem redact. *Rad. Contrajerv.* an. ℥ij. *Margarit. corall. rubr. alb. Ocul. cancr. cum succo limonum* supra marmor. lævigat. & siccator. an. ℥j. *Succini albi & cryſtallini cum Aq. roſar.* ſubtiliſſ. trit. & ſiccat. an. ℥j. C.C. *ad ſummam albed. calcinati, & cum ſucco citri ſpiritu* 🜔*li acuato* , lævigati & ſiccati ℥j. *Bezoar. Occid. Terræ Lemn.* an. ℥ß. *Ceruſſæ* ♄ *fix.* ℥ij. *Ambræ gryſ.* ʒiß. *Moſchi* ℈ß. Miſceantur omnia exactiſſimè & *cum Gelatina è ſpoliis viperarum &* C.C. *in* 🜄 *a cardui* factæ , & *Croco leviter tinctæ*, ſ. q. fiant Globuli diverſæ magnitud. caute ſiccandi. Et ſi prædictis addatur Coccinellæ è Mexico ℥ß. dicitur pulvis Cantianus ruber. *Vid. corp. ph. p. 203. b.*

Pulvis Bezoardicus *Solaris & Cordialis Zvvelff,*

℞. *Croci noſtri Solis* in Mantiſſa edocti ʒij. *Bezoard. min.* n. m. legitimè & recenter parati ℥j. His mixtis & leniter invicem ſub tegula (vulgò Muffel) per horam unam calcinatis & ſpatula continuò commotis , adde , cum refrixerint , *Ol. ſtillat. Cinamom.* ʒß. Levigentur denuo hora una ſuper porphyrite lapide , tandem ſuperadde *Boli Armenæ* n.m. parat. ʒvj. *Croci opt. Auſtriaci* ʒiß. Quibus omnibus probè mixtis imprimatur *ſuccus oleaginoſus Corticum trium vel quatuor Limoniorum pomorum* , & leniter tandem ſiccata ſerventur pro uſu , in vitro probè clauſo , tanquam ſaluberrimum Alexipharmacum & Cordiale Medi-

dicamentum, cujus dosis ℈j. ad ʒß. pro sudore eliciendo. Vid. corp. ph. p. 204. b.

Pulvis Bezoardicus *Nicolai Præpositi* *P. A. V.*

℞. *Boli Armen. cum Aceto præparat.* ʒiiij. *Terræ sigillatæ, Coriandri præp. Specierum Diamarg. frig. Rad. Tormentillæ, Dictamni vulgaris, Angelicæ, Scabiosæ* an. ʒij. *Sem. Acetosæ, Citri mundati, Rutæ, Cardui bened. Cornu Cervi usti, Doronici, Charabe*, an. ℈iv. *Rosar. rubr. Corallii utriusque, Ligni Aloes, Serici crudi, Sandal. omnium, Margarit. Ossis è corde Cervi* ana ʒj. *Smaragd. Ambræ* an. ℈ij. *Moschi* ℈iv. *Croci* gr. xv. *Camphoræ* gr. x. Fiat pulvis vel cum Syrupo è Ribibus fiat in modum Opiatæ. Adversus pestiferæ luis insultus efficax, cordis vires eximiè tuetur, spiritus vitales fulcit, internas putredines abolet, & contagiosis quibuslibet morbis adversatur. Vid. corp. ph. p. 204. b.

Pulvis Cachecticus *Quercetani* *P. A. R.*

℞. *Limaturæ Chalybis cum Sulphure calcinatæ* ℥j. *Fæculæ radicum Ari, Ambræ gryseæ* an. ʒiß. *Coralliorum, Margaritarum*, an. præp. ʒij. *Cornu Cervi Philosophicè præp. Succini præp.* an. ℈iv. *Sacchari ad pondus omnium*. Fiat pulvis.

In curanda omnis generis cachexia, & depravatorum humorum colluvie educenda, præsentaneum est remedium, Leucophlegmatiam & morbum virgineum feliciter curat, pallorem vitiosumque colorem tollit, massam sanguineam utriusque sexus purificat, & à variis corruptionibus tutam præstat. Vid. corp. ph. p. 222. b.

Pulvis Cachecticus *Zwelff.*

℞. *Vitrioli Martis seu Chalybis* dextrè parati cum Sulfur. & nonnihil suprà fornacem ad albedinem calcinati ℥iß. *Magist. nostr. solubil. Corallior. rubr. Matris Perlarum, Oculorum Cancror.* an. ʒß. *Cremoris Tartari* ℥iß. *Elæosacchari Cinnamomi* ʒj. *Croci Austriaci* ʒiß. Fiat omnium pulvis in vitro custodiendus.

In reseratione Hypochondriorum obstructorum, in curanda cachexiæ,& depravatorum humorum colluvie præparanda,præsens est remedium. Leucophlegmatiam & morbum virgineum curat, pallorem & vitiosum colorem tollit: sumendus in vehiculis appropriatis à ʒß. ad ℈ij. Vid.corp.ph.p.222.b.

Pulvis Cordialis *Timæi.*

℞. *Marg. pp.* ʒiij. *unic. ver.* ʒj. *lap. bez.* ℈ij. *oss. de corde c.* ℈iß. *apic. cc.* ℈iv. *vell. aur. Weidn.* ℈j. terantur in marm. affus. *spir. rub. id. ros.* an. q. s. F. Pasta quæ redig. in pulv.

Pulvis Cordialis *de Spina.*

℞. *Spec. diamarg. frig.* ʒj. *marg. pp.* ℈j. *cor. rub.* ʒß. *oss. de corde c.* ℈ß. *lap. bez.* ℈j. *cinamom.* ℈ij. *macis* ℈j. *croc.* gr. v. *sem. citri excort.* ℈iv. *man. chr. perl.* ʒj. *fol. auri* no. iij. F. P.

Pulvis Cacheticus *Pharm. Nor.*

℞. *Cassiæ lign.* ʒiij. *Croci ex* ⊖-lo ♂. ʒij. *Sacchari albi* ℥j. Misce. Vid.corp.ph.p.222.b.

Pulvis ad Calculum P. *A.V.*

℞. *Radicum Saxifragiæ albæ, Petroselini, Pimpinellæ, Liquiritiæ, Ononidis* an. ʒij. *Baccarum Alkekengi* ℥ß. *Juniperi* ʒj. *Seminum Milii Solis, Fœniculi, Erucæ, Dauci Cretici, Violarum purpurearum*

an.

an. ℥j. *Lactucæ* , *Papaveris albi Quatuor frigidorum majorum excort. Hyoscyami albi* an. ℥ß. *Herniariæ Hollerii* , ℥j. *Gummi Cerasorum nigrorum* ℥ij. *Tragacanthi* ʒi. *Therebinthinæ ad duritiem in aqua Malvæ coctæ* ʒii. *Magisterii oculorum Cancri, Salis Succini* an. ℈i. *Lapidis Judaici præparati, Spongiæ præparati, Nephritici præpar.* an. ʒi. *Cantharidum* grana sex, *Sacchari Cantii* ℥ii. Misce. *Vid. corp. ph. p.* 224. *b.*

Pulvis ad Calculum *alius P. A. V.*

℞. *Sem. Milii Solis, Saxifragiæ* an. ʒi. *Lactucæ, Hyoscyami, Papaveris albi* an. ℈iiß. *Quatuor. frigid. majorum* an. ℈ii. *Glycyrrhizæ* ℈iiii. *Trochisc. de Halicacabo* ʒiß. *Rad. Pimpinellæ. Sem. Genistæ* an. ʒß. *Sacchari* ℥ii. *Vid. corp. ph. p.* 224. *b.*

Pulvis contra Calculum *Zvvelff.*

℞. *Rad. Liquiritiæ rasæ, Doronici veri* an. ʒvi. *Sem. Dauci, Nasturtii, Petroselini, Thlaspios, Urticæ, fœniculi* an. ʒii. *Succini albi præparati, Oculor. Cancror. præpar.* an. ʒvi. *Ligni Nephritici* ʒii. His omnibus mixtis, & in pulverem redactis imprimatur *succus oleaginosus Corticum trium pomorum Arantiorum* : servetur usui. Nephriticis & Calculosis ad renum arenulas exturbandas præstat, à ʒß. ad ʒj. Vid. corp. ph. p. 224. b.

Pulvis *alius* contra Calculum *Zvvelff.*

℞. *Oculor. Cancror. præparat.* Matris *perlarum præparat.* an. ℥ß. *Clausularum Limacum* ʒiii. *Millepedum præparat.* ʒi. *Salis succini volatilis* , ʒiß. *Nuc. Moschat.* ʒii. Fiat pulvis ex omnibus ; cujus virtutes ex superioribus elucescunt ; Hydropicis insuper in educendo sero per urinam , &

Mu-

Mulieribus, in pellendis menstruis salutaris est. Dosis est ʒß. ad ℈ij. Vid. corp. ph. p. 224. b.

Pulvis *alius* ad Calculum *Zvvelff.*

℞. *Oculor. cancror. præparatorum, Succini albi præparati, Cremoris* ♁ *i* ana ℥ß. *Lapid. Nephritici præpar.* ʒiij. *Millepedum præpar.* ʒiß. *Nucum Moschatar.* ʒij. Fiat omnium pulvis.

Calculum tùm renum, tùm vesicæ unica sua proprietate atterit, & propellit, utinam promovet, ac ventriculi nauseam compescit. Dosis ℈. ʒß. ad ℈ij. Vid. corp. ph. p. 225. b.

Pulvis Carminativus *Minsichti.*

℞. *Sem. Cymini cum Aceto præp. Carvi, Anisi,* ana ℥iij. *Zingib. albi* ʒvj. *Macis* ʒiij. *Croci Orient.* ʒi. Misc. & f. pulvis &c.

Flatus intestina distendentes & acrimonia sua tormina concitantes, egregie discutit. *Vid. corp. ph. p. 257. b.*

Pulvis Carminativus *seu Anti-Colicus ex Th. Hoffm.*

℞. *Castorei el.* ʒij. *Sem. Cymin. Cortic. aurant.* ana ℥ß. M. f. pulvis. Dos. ʒj. in vino. *Vid. corp. ph. p. 257. b.*

Pulvis ad Casum *P. A. R.*

℞. *Terræ sigillatæ, Sanguinis Draconis, Mumiæ,* ana ʒij. *Spermatis Ceti,* ʒj. *Rhabarbari* ʒß. Misce, fiat pulvis. *Vid. corp. ph. p. 223. b.*

Pulvis ad Casum *Zvvelfferi.*

℞. *Sanguinis Draconis opt.* ℥ß. *Sanguinis Hirci* nostro modo præparati, *Ocul. cancr. præp. Terræ sigillatæ* seu *Boli Armenæ* ana ʒvj. *Myrrhæ rubræ* ana ℥ß. *Nucum Moschatar.* ʒiij. F. pulvis.

 Prodest

Prodest præcipitatis ab alto, & quibus sanguis in corpore coagulatus hæret; ruptis item, contusis, fractis: vel in vino vel jusculo aut *aqua Cherefolii*, vel *Card. Mariæ* propinatus. Dosis ʒß. ad ʒi. Vid. corp. ph. p. 223. b.

Pulvis contra tussim infantum & Senum, *seu Catarrhalis Zvvelff.*

℞. *Sem. papaveris albi* ℥j. *Melonum excort.* ℥ß. *Pœoniæ excort.* ʒii. *Pinearum mundat. Pistach. decort.* ana ℥ß. *Benzoes pulveris.* ʒß. Contundantur probè in mortario ad pultis formam, cum s. q. *aquæ rosarum.* Huic pulpæ adde *Pulv. rad. Ireos florent.* ℥iß. *Pœoniæ* ℥ß. *Croci Orient.* vel *Austriaci* ʒii. *Florum Sulfuris* ʒiß. *Sacchar. Penidii* ℥vj. Exsiccentur in leni calore, fiatque omnium denuò pulvis subtilis; adde *Olei still. Anisi* ʒi. vel ʒiß.

Præstans in tussi & defluxionibus à capite ad pectus tenuioribus incrassandis & maturandis remedium, sæpius lambendo usitatum. Vid. corp. ph. p. 254. b.

Pulvis Avicennæ è Cineribus P. A. V.

℞. *Cinerum vitri, Scorpionum, rad. Brassicæ, Leporis, Putamin. ovorum*, è quibus pulli fuerint exclusi, *Lapidis spongiæ, Sanguinis Hirci* præp. *Lapidis Judaici, Gummi Juglandis, Acori*, ana ʒi. *Petroselini, Dauci, Pulegii, Gummi Arabici, Sem. Althea, Piperis nigri*, ana ʒiß. Terantur & simul misceantur.

Priore longè validior, urinas magis promovet, & calculos potentius educit, nec nisi consideratè usurpandus. Vid. corp. ph. p. 225. b.

Pulvis Analepticus frigidus P. A. R.

℞. *Specier. Cordialium temperat. incompl.* ʒii. *de Gemmis frigid.* ʒi. *Ambræ gryseæ* ℈i. *Spiritus rosarum* guttas

guttas sexaginta, *foliorum auri* num. duodecim: *Argenti* num. tria *Man. Chr. simplic.* ℥iii. Misce, fiat pulvis. Vid. corp. ph. p. 228. b.

Pulvis hic ad virium conservationem & reparationem plurimum conducit.

Pulvis probatissimus ad Cordis *palpitationem D. G. M. ex Th. Hoffm.*

℞. *Ebor. ppt.* ℥ß. *Corall. r. ppt.* ʒi. *Margarit. occid. ppt.* ℈ß. *Ol. de rec. Citri gutt.* x. M. Dosis quantum singulo mane in brodio calido tribus cultelli cuspitibus sumi potest. Vid. corp. ph. p. 228. b.

Pulvis Dysentericus *Cassel.*

℞. *Pan. samb. rad. torm.* ana ℥ii. *bol. arm. terr. sig. lap. smaragd. pp.* ana ℥ß. *nuc. m.* ʒii. *CC. sine igne* ʒiii. F. P.

Pulvis Dysentericus *Th. Hoffm.*

℞. *Croc. mart. adstr.* ʒi. *CC. ust. pp.* ʒß. *rad. bist. torm.* ana ʒii. *cinam.* ℈i. *sacch. sat.* ℈ii. M. F. Pulvis.

Pulvis Dysent. *Mœbii.*

℞. *Lap. hæmat.* ʒi. *CC. ust. croc. mart. adstr.* ana ʒß. *mag. corall. c. succ. citri* ʒi. *medull. lap.* ʒiß. F. P. dosis ℈i.

Pulvis in Dysuria *Dolæi.*

℞. *Lap. cancr. pp. cryst. pp. ant. diaph.* ana ʒi. *succin. pp.* ʒß. *opii corr.* ℈ß. *ol. bals. Peruv.* gutt. iii. F. Pulvis. Dosis ℈i.

Pulvis in Dysuria *Ettm.*

℞. *Lap. perc. oss. sep. cancr. calc. nuc. m.* ana ʒß. *extr. opii* ℈i. F. pulvis.

Pulvis contra casum *Brandenb.*

℞. *Bol. arm. pp. lap. hæm. pp. sang. drac. pp. hirc. pp. mumiæ transmar. pp. lap. cancr. pp.* ana ʒii. *sperm. ceti* ʒi. *rhab. el.* ʒß. M. F. pulvis.

Pulvis Dysentericus D. D. Joannis *Langii* *P. A. R.*

℞. *Maxill. Lucii cum dentibus, Priapi Cervi, Cort. Granat. Cornu Cervi usti, Boli Armenæ, Seminum Lapathi acuti* ana ℥j. f. pulvis.

Ad omnes alvi fluxus, diarrhœam, Lienteriam, & imprimis dysenteriam magnæ est efficaciæ. Vid. corp. ph. p. 235. b.

Pulvis Dysentericus Crollii *ex Schræd.*

℞. *Succin. Sang. Dracon. Lap. Hæmatit. Corall. rubr. Sem. portulac. Plantag.* Anthos, *Rad. Tormentill. Terr. sigillat.* ā. ℥ij. *Balaustior.* ℥j. *Nucist.* no. iiij. *Cinamom.* ʒß. Croc. ♂tis *adstring. Talc. calcinat. Matr. Perlarum calc.* ā ℥j. Lapides lævigentur, reliquisque minutissimè tritis addantur. Valet in omnibus alvi profluviis, menstruorum, narium &c. Dosis ʒi. vel ʒiß. ad ʒii. Vid. corp. ph. p. 235. b.

Pulvis Dysentericus *D. Michael.*

℞. *Pulv. Lapid. Hæmatit.* ℔i. C. C. *cum* ♉ *usti, Croci* ♂ *adstring.* ā. ℔ß. *Magist. Corallior.* cum succo Citri fact. ℥ij. *Medullæ lapid.* ℥iii. M. f. pulvis. Dosi ℈j. ad ʒß. Vid. corp. ph. p. 235. b.

Pulvis Dysentericus *Minsichti.*

℞. Corn. *Cervi spagyricè calc.* ℥iß. *Sem. Sangu. Plantag.* an. ℥j. *Cretæ alb. præp. Nuc. Moschat. Visci quercin. Nitri præp.* an. ʒß. Misc. & f. pulvis subtilissimus, qui in omnibus fluxibus ventris etiam valdè efficax est. Dosis ʒj. in vehiculis appropriatis & specificis. Vid. corp. ph. p. 236. b.

Pulvis Dysentericus *Timæi.*

℞. *Tormentill. præp. C. C. usti* an. ʒß. *Terræ sigillat. Strig.* ʒij. *Boli Armen. Lap. Hæmatit. ppt. Corallor. ppt. Cort.*

Granat. Balaust. rosar. a. ℥j. *Mastichis* ℈iv. *Tragacanthi, alb.* ℥iß. M. fiat pulvis. *Vid. corp. ph. p. 236. b.*

Pulvis Dysentericus *Zvvelfferi.*

℞. *Fl. ferri præp.* ℥j. *Oculor.* ♋ *præp. Nuc. Moschat. Rad. Torment.* à ℥ß. *Fl. rosar. rubr. Balaustior.* Croci *Austriaci* an. ℨij. Fiat omnium pulvis.

Ad omnes alvi fluxus immoderatos, diarrhœam, Lienteriam, præcipuè verò dysenteriam, sistendos, præsentaneum est remedium, atque virtutis efficacissimæ. Dosis ℨß, ad ℨj. *Vid. corp. ph. p. 236. b.*

Pulvis alius Dysentericus *Zvvelff.*

℞. *Boli Armen.* num. præp. ℨvj. *Lapid. Bezoard. occid.* ℨii. *Rad. Torment.* ℨvi. *Contrajerva, nuc. Moschat.* an. ℨiij. *Croci Austriaci* ℨii. *Cortic. Arant.* Citri ana extim. & recent. ſiccat. ℨii. Fiat ex omnibus pulvis.

Usus ejus est in dysenteriis & diarrhœis malignis, uti superioris. *Vid. corp. ph. p. 236. b.*

Pulvis contra calculum *Brandenb.*

℞. *Rad. Ireos florent.* ʒvj. *Liquiritiæ rasæ* ʒij. Incisæ parùm coquantur in s. q. *Aquæ simplicis*, decoctum colatum & probè clarificatum ad uncias duas circiter evaporet: cum decocti hujus suffic. quantit. & *Sem. Melon. Cucurbitæ* ana excort. ℥ß. *Papav. albi* ʒv. *Pæoniæ excort.* ʒij. *Pinearum mundat.* ana ʒvj. Fiat probè contundendo in mortario, pulpa per setaceum cogenda & transmittenda; cui particulæ adde. Pulv. sacchari canar. alb. ℥iij. Exsiccentur leni calore, chartæ inclusa; Quibus exsiccatis & in pulverem denuò conversis sequentia superinjiciantur, utpote: *Pulv. rad. Ireos fl. alb.* ʒij. *Amyli albi* ℥iß. *Liquiritiæ rasæ* ʒj. *Camphoræ* ℈j. *Ol. fœnic. still.* ʒß. Fiant Spec. & pulvis subtilissimus. Præstant in destillationibus ad fauces & asperam arteriam ruentibus: expectorationem promovent, nec non acrimoniam humorum contemperant. Vid. corp. ph. p. 248. b.

Species Dia-Jovis *Minsichti.*

℞. *Fœcul. rad. Bryoniæ*, ℥ß. *Sal. Jovis Anglici*, *Matris Perlar. Corallor. rub.* ana ʒiij. *Rad. dictamini alb. pæoniæ* ana ʒij. *Succini albi præp. Croci Orientalis*, *Visci*

quer-

quercini, *Antophyllor.* ana ʒj. *Castorei veri* ℈j. Misce & fiat omnium pulvis subtilissimus.

In vehementissima suffocatione uteri, medicamentum est benedictum. Vid. corp. ph. p. 244. b.

Species Lætificantes *Rhasis P. A. R.*

℞. *Melissæ*, *Cort. Citri*, *Caryophyll. Mastiches*, *Croci*, *Cinam. Nuc. Moschat. Cardam. maj. Sem. Pœoniæ*, *Been albi*, *rubri*, *Zedoariæ*, *Doronici Sem. Ocymi*, *Caryophyllati* ana ℥ß. *fol. Auri* No. L. *Argenti* No. xxv. Misceantur. Completæ fiunt, si addatur Galliæ Moschatæ ʒß. Moschi ℈j. Vid. corp. ph. p. 233. b.

Species Dialauri *Minsichti.*

℞. *Bacc. Lauri*, massâ panis circumducti, & in Clibano debitè excoct. exsiccat. & pulverisat. ℥j. *Flor. Centaur. min.* ʒiij. *Rubiæ tinctor. Myrrhæ rub. Croci or.* ana ʒj. *Aristoloch. rot. Cardamom. min. Galang. min.* ana ℈ij. *Sal. Cinamomi*, *Sabinæ* ana ʒß. Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Obstructiones in utero egregiè aperiunt, nec non suppressos menses mirificè cient ac largiter movent. Dosis ana ʒß. ad ʒj. Vid. corp. ph. p. 244. b.

Species Liberantes incerti *Authoris P. A. R.*

℞. *Radicum Tormentillæ*, *Sem. Acetosæ*, *Endiviæ*, *Coriandri*, *Citri* ana ʒiß. *Sandalorum omnium Dictamni albi* ana ʒj. *Boli Armen. præparatæ*, *Terræ Lemniæ* ana ʒij. *Margaritarum*, *Coralli utriusque*, *Succini albi*, *Rasuræ Eboris*, *Spodii ex Ebore* seu Eboris usti. *Ossis de corde Cervi*, *Been utriusque*, *Doronici Cardamomi*, *Cinamomi Macis*, *Ligni Aloes*, *Cassiæ ligneæ*, *Croci*, *Zedoariæ* ana ʒß. *Sacchari cantii*, *Penidii*, *Serici crudi*, *tosti*, *pulverisati*, *Smaragdi*, *Hyacinthi*. *Granati* an. ℈ij.

Florum Nymphaea, Buglossi, Ros. a. ℈j. Misce Completae fiunt additis *Camphora* gr. vij. *Moschi, Ambrae* aa. gr. iij.

Sudores movent, & à pestilentis luis contagio praeservant, atque etiam liberant. Cordiale planè medicamentum, omni ferè naturae, aetati ac sexui ad commodatum. *Vid. corp. ph. p.* 208. *b.*

Species Dialunae *Minsichti.*

℞. *Rad. & Sem. paeoniae,* debito tempore collect. *Corn. Alcis spagyricè calcinat. Mag. Cranii* ana ℥ß. *Animae Lunae verae* in form. pulv. *Bezoard. Lun.* a. ℥iv. *Cinnab. nativae praep. Visci quercini, Squillae praep.* an. ℥ij. *Secundinae exsicc. mulieris primiparae filium enixae. Sterc. pavonis praep.* an. ℥iß. *Sal. perl. Orient. Corall. rub.* ana ℥j. *Castorei veri, Piperis longi, Cubebarum* ana ℈j. *Moschi laudatiss. Ambrae grys.* an. ℈ß. Misce, & fiat omnium pulvis subtilissimus. Cui adde: *Ol. Cornu cervi rectific. Succini albi. Nuc. Moschat. Rutae* an. ℈ß. Denuò misce, & ad usum repone, Miraculosè Lunaticis, Epilepticis seu Comitialibus, Vertiginosis, Lethargicis, Subethicis, Congelatis, malisque cerebri frigidis conferunt. *Vid. corp. ph. p.* 219. *b.*

Species Laetificantes Galeni *P. A. V.*

℞. *Sem. ocym. caryoph. aut fl. ejusd. croc. zed. Xylobals. caryoph. cort. citri galang. macis nuc. m. styr. cal.* ana ℥iiß. *rasur. ebor. sem. anis. thymi cret. epithym.* ana ℥j. *corn. c. marg.* ana ℥ß. *fol. auri* no. L. *argent.* no. xxv. adde *camph. mosch.* ana ℥ß. F. P. Vid. corp. ph. p. 232. b.

Species Dialaccae major Mes. P. A. V.

℞. *Lacc. lot. rhab.* ana ℥iij. *Spic. Ind. flor. & stip. schaen.*

mast.

maſt. myrrh. coſt. cinam. croc. caſſ. lign. bdell. hyſſop. ſabin. amygd. am. excort. ſucc. abſ. agerati rad. rub. tinct. ariſt. rot. gent. aſari, ſem. ammios, apii, fœn. aniſ. an. ℥iß. *pip. nig. zing.* ana ℥j. F. Sp. Vid. corp. ph. p. 242. b.

Species Lithontripticæ *Nicolai P. A. V.*

℞. *Spic. Ind. zing. xylobalſ. acori cinam. rad. peuced. mei trium pip. ſaxifrag.* ana ℥iiß. *opobalſ. aut oleum jun. ex gr. caryophyll. coſt. rhapont. glycyrrh. cyperi, rot. trag. chamædr. ſem. oluſatri, apii, ammios, aſpar. ocymi, urt. citri* ana ℥j. gr. xv. *amomi liguſt. mil. ſol. petroſel. maced. ſeſel. dauci cret. aneth. cardamom. folii croc. ſchœn. caſſ. lign. bdell. maſt. ireos, euphorb. pp. lap. lyncis ol. nard. comp.* Meſue *moſchelini* ana ℈j. gr. iv. M. F. Sp. *Vid. corp. ph. p. 226. b.*

Species Diamajoranæ *Minſichti.*

℞. *Fl. lil. conv. herb. majoran. cum ol. prop. irr.* ℥ij. *lign. al.* ℥j. *cubeb.* ℈j. *ambr. gryſ.* ℈ß. F. Sp.

Species Diamargariti calidi *Avicennæ P. A. R.*

℞. *Margarit. Orient. Pyrethri* ana ℥j. *Zingib. Maſtiches* ana ℥iiij. *Doronici, Zedoariæ, Sem. Apii, Card. utriusque, Nuc. Moſchat. Macis, Been utriusque, Piperis nigri. Longi* ana ℥iij. *Cinnam.* ana ℥v. Medicamentum ad univerſi corporis refrigerationem perutile. *Vid. corp. ph. p. 233. b.*

Species Diamargariti frigidi *P. A. R.*

℞. *Sem. quatuor frigidor. maiorum excorticatorum, Portulacæ, Papav. albi, Roſar. rubr. fl. Nymphææ albæ, Boraginis, Baccar. Myrthi, Sandali albi, Citrini, Ligni Aloes* ana ℥j. *Corall. albi, rubri* ana ℥ß. *Margarit. Or.* ℥iij.

Omnium virium imbecillitatem firmant, Syncopen juvant, & aſthmaticos tabidos,tuſſientes,longo morbo extenuatos ac imbecillitate languentes reficiunt. Vid.corp.ph.p.251.b.

Species Dia-Martis *Minſ.*

℞. *Rad. Torment. Nuc. Moſchatæ, Gallar. Turc.* an. ʒß. *Mag. Corall. rub. noſt. Croc. Hæmatit. Croci Martis* per calcinat. fact. an. ʒiii. *Zedoar. el. Calami Aromat. Succini alb. præp. Quinque fol. rad. Caryoph.*a.ʒij. *Ciner. Spong. Boli rub. or. præp. Terræ ſigill. Acaciæ*,an. ʒiß. *Sem. Plantag. Antheræ roſar.* an. ℈iij.*Corn. Cervi & Oſs. Microcoſmi hermeticè calcinat.* an. ʒß. *Aluminis plumoſi* calcinat.*Animæ* ⊖*li* an. ʒß. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Stomachi mollitiem corrigunt,& Dyſentericis,Cœliacis,purulenta & ſanguinem exſcreantibus mirabiliter auxiliantur.

Species Dia-Mercurii *Minſ.*

℞. *Sem. cinæ opt.* ʒxiij. *Mercurii Dulcis* ʒv. *Rhabarb. elect. rad. Turbith. gum. Corallinæ* an. ʒij. *Raſ. Cornu Cervi, Myrrhæ rub.* an. ʒj. *Sum. Centaurii min. Tanaceti,Camphoræ veræ* a. ℈j. *Ol. Lig. Avell.* per deſcenſum deſtillat. Sp. ⊖li opt. ana ℈ß. Miſceantur & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Exhibentur vermibus ſeu lumbricis ſcatentibus decreſcente Lunâ à ℈j. ad ʒß.& ʒj. pro ætatis ratione,in lacte. Vid.corp.ph.p.274.b.

Species Dia-Moſchu *Dulces Meſuæ*
P. A. R.

℞. *Croci, Doronici, Zedoariæ , Ligni Aloes , Macis* ana ʒij. *Margarit. alb. Serici crudi toſti, Charabe , Coralliorum rubr.* ana ʒiiß. *Sem. Ocymi, Caryoph. Zingib.* *Cu-*

Cubeb. Piperis longi an. ʒiß. *Been. albi rubri, folii, Spicæ Indicæ, Caryophyll.* an. ʒj. Miſceantur. Completæ fiunt immiſcendo Galliæ Moſchatæ ʒiß. Moſchi ℈ij.

Commendantur ad cerebri affectus frigidos, Vertiginem, Epilepſiam, Melancholiam, Cordis palpitationem. Vid. corp. ph. p. 234. b.

Species Diamumiæ *Minſ.*

℞. *Mumiæ tranſmarinæ, Mag. lap. percar.* an. ʒij. *Sang. Hircini præp. Caryophyllorum, Spermat. Ceti* ana ʒiß. *Rad. Rubiæ tinct. Hirundinariæ, Tormentillæ* ana ʒj. *Succini albi præp. Sal. Corallor. rub. Boli rubr. Or.* ana ʒß. Miſce, & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Hæ ſpecies valdè mirabiles ſunt ad caſum ſanguinem enim coagulatum diſſolvunt. *Vid. corp. ph. p. 226. b.*

Species Nephriticæ *Minſ.*

℞. *Cryſt. Tartari* ℥j. *Mag. Lap. Percar. piſc. Ocul. Cancri* an. ℥ß. *Sal. Succini alb.* ʒj. *Ol. Aniſi* ℈j. *Sacchari cand. alb.* ℥iv. Miſce & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

Nephriticos oculariter juvant. Vid. corp. ph. p. 226. b.

Species Dianitri *Minſ.*

℞. *Cryſt. Nitri* cum Sp. vini & Vitrioli præp. ℥j. *Sal. Lap. Percarum, piſc. Oculor. Cancr. Succini alb.* ana ʒij. *Rad. Filipendulæ, Glycyrrhizæ* an. ʒiß. *Sem. Urticæ min. Lappæ Major. Saxifragiæ, Milii Solis, Geniſtæ* an. ʒj. *Bacc. lauri excort. Juniperi* an. ℈iv. *Cinam. acut. Zingib. albi, Croci orient. Piperis longi. Macis* an. ℈ij. *Leporis combuſti, Sang. Hircini præp. Pul. Ceterach. Santali rub.* an. ʒß. *Millepedum præp.* ℈j.

Sac-

Sacchari albiss. ℥ iv. Misce & fiat omnium pulvis subtilissimus.

In frangendo & expellendo calculo renum & Vesicæ, experimentum valdè illustre est.

Dosis est à ℈j. ad ʒß. summo manè in vehiculis specificis. *Vid. corp. ph. p. 226. b.*

Species Diaolibani *Minsichti.*

℞. *Rad. Pœoniæ* debitè collect. *Ireos florent.* ana ʒiij. *Olibani optimi* ʒiß. *Corn. Alcis s. igne calc. Mag. Cranii, Microcosmi. Croci Or. Visci quercin.* ana ʒj. *Sacchari Penidii* ℥ij. Misc. & fiat pulvis subtilissimus.

In metu Epilepsiæ, Apoplexiæ, Catarrhi suffocativi, in Tussi, Cardiaca, & in omni subito morbo & periculoso aliquo accidente, infantibus & pueris offeruntur. *Vid. corp. ph. p. 221. b.*

Species Diaplantaginis *Minsichti.*

℞. *Succ. Glycyrrhiz. ext. Terræ sigill.* ana ℥j. *Rad. Plantag. Serpent. Torment.* ana ʒvj. *Mag. Croci Martis* per reverberationem fact. *Corn. Cervi usti & præp. Cort. Gran.* ana ℥ß. *Lap. Hæmat. Nuc. Mosch. flav. cort. aurant. Caryophyll.* ana ʒiij. *Fol. Salv. acut. Visci quercini, Balaustior.* ana ʒij. *Mag. Corall. Berberis. nost. Sem. Plantag. Priapi cervi* ana ʒiß. *Pellic. inter ventric. Gallin. præp. Sang. Dracon. Hypocist.* Misceantur, & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Cibum fastidientibus, sanguinem mingentibus, exspuentibus, nec non mulierculis urinæ incontinentia post partum correptis, miraculosè auxiliantur. Vid. corp. ph. p. 237. b.

Species Anti-Pestilentiales *Zvvelff.*

℞. *Succi Scordii recenter expressi, depurati*, & ad consistentiam mellis inspissati. ʒvj. *Decocti* ex partibus

bus æqual. *Rad. Angelicæ, Morsus Diaboli, Scorzoneræ, Imperatoriæ*, parati, atque ad extracti spissitudinem leniter exhalando abstracti ℥vj. His mixtis imprægnentur sequentes pulveres, nimirum *pulv. boli Armenæ* cum succo scordii parati ℥j. *ex typhis Cervi ritè parati, Rad. Contrajervæ, Zedoariæ* ana ℥ß. *Bezoar. Occidentalis, Croci Austriaci vel orient. Sem. citri excort. Rutæ hortens.* ana ʒiiß. *Cort. citri recenter siccator.* & ext. *Nuc. Mosch. Myrrhæ rubræ translucidæ* ana ℥ß. Et lenissimo calore, chartæ inclusa exiccentur, ut in pulverem subtilissimum denuò conteri queant, qui asservetur.

Præstant hæ species in febribus malignis, contagiosis, ipsaque peste, & à pestilentis luis contagione præservant. Dosis est ʒß. ad ʒj. Vid. corp. ph. p. 207. b.

Species Pleuriticæ *Minsichti.*

℞. *Sulfuris sublimati* ʒii. *Sem. Card. Mariæ, Bacc. Lauri excort. Visci quercini, Rad. Zedoariæ, Olibani*, ana ʒiß. *Ras. dentis Verris aprugni, Dent. Lucii acut. flor. Papav. errat.* ana ʒi. Misce & fiat omnium pulvis subtilissimus. Vid. corp. ph. p. 254. b.

Species Diapenidion *Nic. P. A. V.*

℞. *Sacch. penid.* ℥ii. *nucl. pinear. amygd. d. sem. pap. alb.* ana ʒiii. ℈i. *cinam. caryoph. succ. glyc. trag. zing. gum. Arab. amyli candidiss. sem. excort.* 4. *fr. maj.* ana ʒiß. *camph.* gr. vii. F. Species. Vid. corp. ph. p. 253. b.

Species Pleris archontici *Zvvelff.*

℞. *Cinam. caryophyll. lign. al. gal. spic. Ind. nuc. m. zing. spod. schœn. cyperi rosf. viol.* ana ʒi. gr. xv. *macis glyc. mast. styr. cal. majoran. menth. aq. ocymi card. pip. long. bacc. myrti cort. citri* ana ℈ij. gr. v. *marg. Been. utr. cor. rub. seric. tost.* ana ℈j. gr. iiß. *mosch.* gr. viiß. *camph.* gr. v. F. Sp.

Spe-

Species Diaprassii *Zvvelff.*

℞. *Prassii* ℥v ß. *pinear. amygd. dulc. pistac. carn. dactyl. caric. ping. pass. maj. trag.* an. ℥iiiß. *cinam. caryoph. nuc. m. macis lign. al. galang. spic. Ind. zingib. zed. glyc. rhapont. anacard. styr. cal. galb. tereb. mastich. myrrh. rad. ireos arist. rot. gent. cort. rad. capp. pip. nigr. sem. fœn. anis. apii aneth. petros. saxifr.* an. ℨij. *hermod. orig. peuced. schœn. cardamom. pip. alb. lauri ligust. vincetox.* an. ℨiß. gr. ij. *balsamitæ puleg. dict. cret. costi, pyrethri, thymbræ sem. basilic. pœon. amom. sil. Cret. orobi veri pip. long.* an. ℨj. gr. ij. *xylobals. cass. lign. cor. rub. Rasur. ebor. carpobals. Dauc. Cret.* an. ℨß. *oss. de corde c. ambr. moschi* an. gr. xij. M. F. Sp.

Species Rosata Novella Galeni *P. A. V.*

℞. *Sacch. rosati tabulati, rosar. Glycyrrh.* an. ℥j. ℈iiß. *Cinamomi* ℨij. gr. XXII. *Caryoph. Spic. Ind. Zingib. Galangæ, Nuc. Moschat. Zedoariæ, Styracis, Calamitæ, Cardam. Sem. Apii,* an. gr. xxviij.

Ad ventriculi & cordis imbecillitatem efficax est, his præsertim, qui diuturno morbo conflictantur, usu familiaris, vomitum & nauseas compescit. Vid. corp. ph. p. 263. b.

Species Diasenæ Montagnanæ.

℞. *Fol. sen. mund.* ℥ij. *crem. tart.* ℥ß. *sem. fœn. macis cinam. sal. gem.* an. ℨj. F. Species.

Species Diaspoliticum Galeni.

℞. *Cumin. acet. macer. & tost. pip. long. vel nig. fol. rut. sicc.* an. ℥j. *nitri* ℥ß. vel æq. cum reliq. pondus F. Sp. ab oppido Ægypti Diospoli dictæ. Vid. corp. ph. p. 292. b.

Species Diatrion Santalon *Nicolai Myrepsi* *P.A.R.*

℞. *Trium Santalorum*, an. ʒij. ℈ij. *Rhabarbari, Spodii ex Ebore, Succi Glycyrrhizæ*, *Semin. Portulacæ*, ana ʒij. *Amyli, Gummi Arabici, Tragacanthi, Sem. quatuor frigidorum majorum, Intybi*, an. ℈iv. *Violarum* ʒß. *Rosarum*, quantum reliqua omnia pendent, id est ʒiij. & ʒiij. Misc. Si *camphora* ℈j. jungatur, completæ dicuntur.

Febrium biliosarum ardoribus, & viscerum fervoribus, hepaticis, cardiacis, ictericis, Phthisicis, auxiliantur, & intemperiem omnem calidam emendant. Vid. corp. ph. p. 241. b.

Species Diasaturni *Minsichti.*

℞. Mag. *Saturni* ʒj. *Suc. Glycyrrhiz. purg. Lact.* ♀ *rii comp. Rad. Chinæ elect.* an. ʒiij. *Sal. Margarit. Orient.* Corall. *rub. Panis triticei*, an. ʒij. *Boli rub. orient. præp. Benz. sublim. Olib.* an. ʒj. *Croci Orient. Cassiæ ligneæ*, an. ʒß. Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus, cui adde *Sacchari candi albi* ʒiij. & pulverem bene mixtum ad usum reserva.

Phthisis, quæ aliàs humanâ manu curari non potest, curatur sæpè hâc medicinâ. Dosis manè & vesperi à ʒß. ad ʒj. Vid. corp. ph. p. 250. b.

Species Diasolis *Minsichti.*

℞. *Corn. Cervi* & *Alcis spagyricè calcinator. Terræ sigill.* an. ʒiß. *Lap. Bez. Or.* ʒj. *Diaphoret. mineral. Bez. Jov.* an. ℈ij. Mag. *Perl. or. Corallorum rub. Succini alb. præp.* an. ʒß. *Unicornu Solaris Animalis Oss. de Corde Cervi*, ana ℈j. *Galliæ Mosch. veræ*, gr. xj. *Olei Cinamomi, Citri*, an. ℈ß. Misc. & fiat omnium pulvis subtilissimus.

In omnibus Epidemicis,& pestilentialibus morbis, Erysipelate, Venenis haustis; nec non in asthmate vel periculosissimis pectoris angustiis arcanum est. Vid. corp.ph.p.210.b.

Species Stomachicæ *Zvvelff.*

℞. *Cremoris Tartari* ℥j. *Salis acetosellæ essentialis acidi*, quem fæculam appellant, ritè in ferreis seu vitreatis vasis parati ℥ß. *Nucum Mosch. Cinamomi acuti*, an. ʒv. *Cardamomi min. Caryophyllorum*, *Calami aromatici*, *Galangæ*, *Zedoariæ*, a. ʒii. *Piperis longi*, ana ʒj. Mixta & in pulverem redacta reponantur usui. *Vid. corp.ph. p.258.b.*

Species Stomachicæ *Minsichti.*

℞. *Acidi Tartari* ℥iii. *Galang. min. Zingib. alb. Piperis long.* ana ℥iß. *Cardamom. min. Nuc. Moschat. Caryophyll. Zed.* ana ℥i. *Rad. Glycyrrhiz. Ras. fol. Salviæ acut. Sem. Rutæ, Carvi, Olibani*, ana ℥ß. *Ol. Cin.* ℈i. *Menthæ crisp. Aurant. Anisi*, ana ℈ß. *Sacch. candi alb.* ℥viii.

Misce & fiat omnium pulvis subtilissimus. Vid. corp. ph.p.259.b.

Species Diasuccini *Minsichti.*

℞. *Succini albi præp.* ℥ß. *Mag. Corall. rub. ros. Nuc. Mosch. tost. Boli rub. Orient. Smaragd. præp.* ana ʒii. *Croci Martis* per reverberat. fact. *Sang. Draconis* ana ʒiß. *Styracis, calamitæ, Cornu Cervi ust. præp. Laud. opiat.* ana ʒi. *Antheræ Ros. Sem. Plant. flor. pap. err.* ana ʒß. *Caryoph. Croc. Orient. Cinam. Macis*, ana ℈i. Misce & fiat omnium pulvis subtilissimus.

Viscosos & Tartareos Sales, intestina erodentes, & alvi fluorem sollicitantes, compescunt, & obtundunt. *Vid. corp.ph.p.238.b.*

Species Dia-Sulphuris *Minsichti*.

℞. *Lact. & flor. Sulphuris comp* an. ℥iß. *Succ. Glycyrrhiz. purgat. Cardam. min. Terræ sigill.* an. ʒvj. *Sem. Urticæ Rom. Cydoniorum. Cinam. acut. Zingib. albi, Nuc. moschat. Croci orient. Piperis longi, Macis* an. ʒiij. *Tragacanth. alb. Rad. Ireos florent. fl. Papav. errat. Mastiches el. Cremoris Tartari* an. ℥iß. Misc. & fiat pulvis, cui adde: *Ol. Hysopi, fœniculi, Salviæ, Anisi, Chamomillæ Rom.* an. ℈j. & ad usum repone.

Tussi diuturnæ, difficultati Spiritus & Asthmati chronico succurrunt. *Vide corp. ph. p. 252. b.*

Species Diatabaci *Minsichti*.

℞. *Tabac. ind. ol. anis. præp. rad. elleb. alb. lil. conv. pyrethr.* ana ʒß. *gran. pœon. mar. fl. lavend. anth. majoran. orig.* ana ℈j. *pip. long. gum. peruv. ag. troch. gall. mosch.* ana ℈ß. F. Sp.

Species Diathamaron *Nicolai P. A. V.*

℞. *Anthophyll. Zing.* ana ʒv. gr. xxxvj. *cinam. caryoph. carn. dactyl.* ana ʒiv. gr. xxxvj. *galang. spic. ind. zed. cost. alb. arom. pyrethr. cor. rub. trag. rhapont. spicæ celt. anacard. oss. dactyl. carpobals. anis. bacc. jun. trium. pip.* an. ʒj. gr. jv. *marg.* ℈iv. *blattæ byz.* id est ung. odor. ℈ij. *fol. auri* 125. *argent.* 75. *oss. de cord. c.* ℈iiß. *ras. eb.* gr. xxvij. *ambr.* gr. xxvij. *mosch.* gr. iij. F. Sp. *Vide corp. ph. p. 252. b.*

Species Diatragacanth. frig. *P. A.*

℞. *Tragac.* ℥ij. *gum. arab.* ℥j. ʒij. *amyl.* ℥ß. *glyc. sem. 4. fr. maj.* ana ʒij. *pap. alb.* ʒiij. *sacch. penid.* ℥iij. *camph.* ℈ß. F. Sp. *Vid. corp. ph. p. 250. b.*

Species Diaturbith. c. rhab.

℞. *Turb. hermod. rhab.* ana ℥j. *scam. præp.* ℥ß. *sant. alb. rub. zing. flor. viol.* ana ʒiß. *mast. sem. anis. cinam. croc.* ana ʒß. F. Species.

Species Dia-Tartari *Minsichti.*

℞. *Tartari vitriolati, Mag. Scammonii* an. ℥ij. *Turbith. albi & gum. Hermodact. albor.* an. ℥ß. *Ol. Caryophyllorum, Cinamomi* ana ℈ß. Misc. & f. pulvis, quem ad usum serva.

In universo corpore Tartarum coagulatum decenter resolvunt resolutumque cum omnibus defluxionibus podagricis, securè & leniter, in quocunque etiam sint membro, per secessum educunt. *Vide corp. ph. p. 275. b.*

Species Dia-Therebinthinæ *Minsichti.*

℞. *Therebinth.* in aq. Citri bis lotæ ℥ij. *Mag. Scam.* ℥j. *Turbith. alb. & gum.* ʒvj. *Tartari vitriolati, Hermodact. alb.* an. ʒiij. *Spec. Lithontript.* ʒij. *Croci orient. Macis.* an. ℈j. *Sacchari violat. tabulat.* an. ℥iiij. Misc. & f. omnium pulvis; cui adde *ol. Anisi, Aurantior. Caryophyll. Cinam. fœnic.* an. ℈ß. Denuò misce & ad usum repone.

In Arthridite, Colica, Gonorrhœa, Dysuria, Stranguria, Renum & vesicæ calculo, aliisque meatuum urinalium vitiis &c. præstantissimum est catarticum, Dosis à ʒß. ad ʒiß. in jure caponis vel Gallin. vel carnis bub. vel cicerum. *Vide corp. ph. p. 276. b.*

Spec. Diatragacanthum calidum *Nicolai P. A. V.*

℞. *Tragacanthi* ℥ij. *Hyssopi* ℥ß. *Pinearum, Amygdalorum utrorumque, Sem. lini* an. ʒiij. *Fœnugræci, Cinam.* an. ʒij. *Glycyrrhizæ rasæ, Succi Glycyrrhizæ, Zingib.* an. ʒj.

Confert pectoris affectibus frigidis, ægrè tussientes, asthmaticos & suspiriosos relevat. *Vide corp. ph. p. 250. b.*

Species Diatrion Pipereon *Mesuæ P. A. V.*

℞. *Trium piperum* ana ʒv. *Zingib. Thymi, Anisi* ana ʒij. *Spic. ind. Amomi* an. ʒj. *Cassiæ lig. Rad. Assari Enulæ, Sem. Apii, Seseleos* ana ʒß. Ventriculi refrigerationibus,

bus,acido ructui,quartanariis,jecinorosis, & in flationibus,auxiliantur. *Vid.corp.ph.p. 262.b.*

Species Diavitrioli *Minsichti.*

℞. *Galangæ min.* ℥j. *Mag. vitrioli, Rad. Acori aquat.* ana ℥ß. *Piperis longi,Sem. Ameos,Zedoariæ* an.ʒij.*Cinam. acut. Calami aromat. Macis* an. ʒiß. *Cardam. min.Zingib.albi Caryophyll.*an.ʒj.*Croci orient.Lig. Aloes* an. ʒß. *Moschi laudatiss. Ambræ grys.* ana ℈ß. Misce & f. pulvis.

Est medicina salubris ad frigidam humorositatem ventriculi & putrefactionem in partibus ejus.*Vide corp. ph. p.264 b.*

Species Diaxyloaloes *Mesue P.A.R.*

℞. *Lign. aloes rosar.* ana ℥j. *caryoph.spic.ind. macis nuc. m. cubeb. cardam. utr. cinam. mast. cyperi rot. Schœn. zed. Been. utr. folii serici crud. tost. marg. cor.rub. carabe fol. citri cort. citri ocym. caryoph.balsamitæ menth. sicc. majoran. pip. long. zing.* ana ʒß. *gall. mosch.* ʒß. *ambr.* ʒiß. *mosch.* ℈j. F. Sp. *Vide corp.ph.p.264. b.*

Species Diazingiberis *Nic. P.A.V.*

℞. *Zingib. galang. caryoph. cinam. nuc. m. cardam. utr. pip. long. macis spic. ind. rhab. ros. rub.* ana gr. xv. *sem. anis. fœn. glyc. croc.* ana ʒß. *pistac.* ʒij. *pinear. mund.* ʒß. F. Species. *Vid. corp. ph. p.265. b.*

Spiritus Absinthii *Zwelfferi.*

℞. *Absinthii recentis* magnam quantitatem. Quod contusum aut concisum *perfunde paucâ aqua simplici calente,addito tantillo fermenti vel sacchari*, fiatque maceratio loco tepido,quousque Spiritus odore percipiatur,aut veluti nares feriat,tùm demùm destilletur in cucurbita vitrea vel vesica cuprea ; Prolecta aqua Spirituosa aliquoties rectificetur,quousque acquiratur Spiritus absinthii fortis & ardens. Jam.

℞. *Hujus Spiritus veri absinthii & fortis* e. g. ℔. j. *Olei absinthii destillati* q. s. sive quantum prædictus Spiritus dissolvere potest, scil. ʒij. plus minusve. *Extracti absinthii spissi* separatim spiritu vini parati ʒij. vel ʒiij. aut ℥ß. *Salis ejusdem* in aquæ propriæ etiam s. q. saltem resoluti ʒij. ʒiij. vel ℥ß.

Commixta digerantur aliquamdiu, donec probè unian-tur, filtretur postea Essentia usuique asservetur. *Vid. corp. ph. p. 379. b.*

Spiritus Vini Acovisticus *Minsichti.*

℞. *Ovorum formicarum, Millepedum vivorum* ana xxxi. *Amygd. amar.* ℥ß. *Bacc. Lauri excort. Juniperi, Sabinæ* an. ʒij. *Sem. Cymini, rad. Cyperi rot.* an. ʒj. *Lumbricor. ter. exsic. Nicotianæ, Absinthii* ana ʒß. *Succini albi præp. Castorei veri* ana ℈j. *Croci oriental.* ℈ß. Crassiusculè contusa infundantur in Sp. vini ℥xvj. digerantur per octiduum, sæpe in die mov. postea filtrentur, & Spiritus servetur.

Usus ejus ut guttæ aliquot auri instillentur manè stomacho jejuno & vesperi ante cœnam, & deinde bombace moschato auris obturetur. *Vid. corp. ph. p. 382. b.*

Spiritus Alexipharmacus *Compositus Zuvelfferi.*

℞. *Scordii nostratis, rutæ hortensis* ana recent. ℥ij. *Rad. Angelicæ Levistici, Cortic. recent. Arantiorum* ana ℥j. *Citri* ℥iß. *Myrrhæ rubræ* ℥j. *Camphoræ* ℥ß. *Macis, Nuc. Moschat. Cardomomi* ana ʒij. *Caryophyllorum* ʒiij. Crassiusculè incisa & contusa, infundantur in Spiritus Juniperi rectificati, Sambuci seu granor. Actes ana ℔iß. Factâ digestione sufficiente, destillentur, ad siccitatem specierum capitello ejusdemq; proboscidi immissis, spiritui jam dum destillato, nec non aliquamdiu immersis. *Rad. Anthoræ Contrajervæ*

Zedoa-

Zedoariæ ana ℥iij. *Croci austriaci* ʒj. Spiritui tandem essentificato pro indulcoratione, adde si lubet *Syr. nostri de Scordio, & de corticibus citri* an. ℥ij. Servetur usui in vitro bene clauso. *Vid. corp. ph. p.* 382. *b.*

Spiritus Aluminis *Schræderi.*

℞. *Alumin. puri* q. v. destilla per retortam in aere ac elicies initio p. ignem phlegma igne postea fortiori spiritus prodibit. albiss. ℞. Spir. alum. rectif. aliquoties cum Sp. vini & dulcis atque jucundus evadit. *Vide corp. ph. p.* 412. *b.*

Spiritus Anhaltinus *P. A. R.*

℞. *Pulv. Xyloal.* ℥j. *mast. cubeb. galang. caryoph.* ana ℥ij. *cinam. bacc. lauri sem. fœn.* ana ℈iv. *croci* ℈ij. *thur.* ℈viij. *tereb. ven.* ℥ij. inf. p. 8. d. in *sp. vin.* ℥xxvj. postea s. a. in B. dest. *Vid. corp. ph.* 383. *b.*

Spiritus Aperitivus *Penoti.*

℞. *Vitr. ungar. ad rub. calc.* ℔iv. *silic. è fluv. coll. & opt. calcin.* ℔j. *tart. ad alb. calc.* ℔j. m. & in pulv. tenuiss. tusa liquesc. in cella in liquor. quem dest. ex arena per alemb. cohobaque ter. destillat. liquor. singulis vicib. capiti mort. in pulv. redacto affundendo extremo per retortam igne aperto pelle sic initio lento igne primum phlegma exstillat, postea sp. acidus auctiori igne elicitur ex ☉ calcinato sal. com. extrahe & cum eo ablato phlegm. p. B. spiritum acidum digere tandem cum argillo in pastillos redige & ex retorta igne nudo gradatim spiritum alcalisatum provoca. *Vide corp. ph. p.* 445. *b.*

Spiritus Apoplecticus *D. G. M.*

℞. *Rad. valer: pœon. vincetox.* ana ℥j. *herb. meliss. majoran. rorism.* ana mi ß. *flor. til.* m. iij. *anth. lavend. spic. salv. prim. ver. pœon. beton.* ana m. ß. *cinam.* ℥iv. *zed.* ℥ij. *macis cubeb.* ana ʒj. *cardan.* ℥ß. *croc. or.* ʒij. *caryoph.*

ʒß. incisa & cont. crasso modo in f. in *sp. lil. conv.* ℔. ij. *aq. cinam*, ℔. j. *aq. apopl. ignobil.* ℔ß. *vin. gener. opt.* q. s. per mensem in vase bene obturato stent postea per M.B. impositis rostro alembici *ambræ* & *moschi* granis aliquot. gossypio involutis fiat igne lento destillatio. *Vide corp. ph. p.* 383. *b.*

Spiritus Baccarum *Iuniperi* P. A. R.

℞. *Bacc. junip.* probe contund. & cum aqua tepida in qua portio aliqua *fermenti* vel *sacchari* soluta fuerit diluantur hinc ad fermentandum reponantur qua peracta destillatio instituatur. *Vid. corp. ph. p.* 379. *b.*

Spiritus Bezoard. & Epil. *Brand.*

℞. *Spir. bacc. jun. rectif.* ℔ j. *cornu aut ung. alc. cervi* aa. ℔ß. *ol. succin.* ℥ß. *sal. vol. cc. succin.* ana ʒij. m. & si lubet dest. aliquantisper prius digesta per retortam igne leni.

Spiritus Cardamomisatus *Dolæi.*

℞. *Gran. Cardamomi* ʒij. *Cocciorellæ* ʒß. *Kermes* ʒiij. *Spir. confortativi simpl.* ℥iij. Stent in infusione per aliquot dies, postea filtra & ad usum asserva, Est in ventriculi affectibus egregium medicamentum.

Spiritus Castorei Pharm. *Londinens.*

℞. *Castorei recentis* ℥iiij. *Florum Lavendulæ recent.* ℥j. *Salviæ, Rorismarini* ana ℥ß. *Cinamomi* ʒvj. *Macis, Caryophyll.* an. ʒij. *Spir. vini rectif.* ℔vj. Digerantur in phiala ad tertiam partem tantum repleta; vesica bubula & subere optimè clausâ, per biduum in cineribus tepidulis, deinde destilletur Spiritus per Balneum Mariæ, vase diligentissimè obturando asservandus *Vide corp. ph. p.* 386. *b.*

Spiritus Vini Cephalicus *Minsichti.*

℞. *Sem. fœniculi* ℥iij. *Rad. Pœoniæ debite collect. Visci quercini, Anacardi*, an. ℥j. *Bacc. Juniperi* ʒvj. *Herb.*

Ma-

Majoranæ, Melissæ, Origani, Hyssopi, Salviæ an. M. j. *flor. Stœchad Arab. Lilior. convall. rorismarini, Primulæ veris, Lavendulæ* an. P. ij. Crassiusculè incisa & contusa infundantur in *Spir. vini simplic.* lib. VIII. & post debitam digestionem in Balneo Mariæ destillentur, & in liquore destillato denuò infunde: *Sem. Coriand. præp. Sileris mont. Pœoniæ, Carvi* an. ℥ß. *Spec. Diamosch. dulc. Diambræ* an. ʒiij. *Cardamomi min. Nuc. Moschat. Galang. min. Caryophyllor.* an. ʒij. *Calami aromat. Cubebarum, Macis* an. ʒj. *Succini alb. præp. Lig. Aloes. flor. Tunicæ, Rosar. rub,* an. ʒß. Stent in infusione per 8. dies postea B. M. destil. & Spiritus ad usum reservetur; qui ad placitum *sacchar. cand. albo* edulcorari, & vel *Ess. flor. Pœoniæ* vel *tunicæ*, vel *violarum* vel *rosarum rub.* vel *gran. chermes*, aut aliis quampluribus &c. & varie tingi potest.

Magni est usus ad omnes frigidos capitis affectus, intra & extra adhibitus. *Vide corp. ph. p. 384. b.*

Spiritus Cephalicus *Zvvelff.*

℞. *Flavedinis corticum pomorum. Citriorum recentium, Sem. Pœoniæ recent.* an. ℥iiij. *Baccar. Juniperi maturarum, Lauri decorticatarum,* an. ℥ij. *Cinamomi acutissimi* ʒiij. *Ligni Aloes opt. Dictamni albi, Caryophyllorum* an. ʒj. *Nucis Moschat. Macis, Galangæ minoris, Costi albi aromatici,* an. ʒß. *Santali citrini odoratiss. Cardamomi, Piperis albi,* an. ʒiij. *longi* ʒj. *Spiritus vini optimè rectificati* libras quatuor. Species omnes crassiusculè contusæ macerentur in dicto Spiritu vini per octiduum postea in MB. destillentur usque ad siccitatem Specierum, rostro alembici vel capitelli impositis nodulo inclusis, *Ambræ gryseæ* gr. xv. *Mosch.* ℈ß. *Croci Austriaci* ʒj. Spiritus fragrantissimus interim asservetur.

Et residuis speciebus ope Spiritus vini recentis s. q. af-

fusi fiat more communi extractum, iterata Spiritus vini affusione, filtratione, ejusdemque abstractione, in M. B. ad consistentiam debitam, quod superiori Spiritui destillato jungatur. Jam demùm

℞. *Menthæ crispæ, Lavendulæ florum, Pulegii, Nepeti, Salviæ Nobilis, fœniculi Melissæ*, ana recentium ℥iij Concisa infundantur in *vini Malvatici* libris jv. & peractâ unius Septimanæ digestione in M. B. ad siccitatem, immisso similiter rostro capitelli eodem sacculo, cui *Moschus*, *Ambra* & *Crocus* inclusa & jam semel in superiori destillatione extracta sunt: Aqua prolecta fragrans & spirituosa superiori essentiæ addatur, quæ simul aliquamdiu lenissimo calore circulentur; tandem filtrata Essentia, ceu nobilissima & efficacissima asservetur usui; quam si libuerit acuere Spiritus vitrioli Sulfureo volatili, vel Spiritu Veneris ex viridi ære, rem haud pœnitendam efficies. *Vid. corp. ph. p. 385. b.*

Spiritus Confortativus *simplex Dolæi.*

℞. *Spir.* 🜔 ℥iiij. *Vini* 🜄*sati* ℥xij. *gran, Kermes*, *Coccionell.* an. ʒij. NB. *digerantur & destillantur.*

Spiritus Carminativus *Sylvii.*

℞. *Rad. angel.* ʒj. *imperat. galang.* ana ʒiß. *Fol. rorism. majoran. rut. hort. basilic. summit. cent. min.* ana mß. *bacc. lauri* ʒiij *sem. angel. levist. anis.* ana ℥ß. *zingib. nuc. m. macis* ana ʒiß. *cinam caryoph. cort. aurant.* ana ʒj. concis. & & grosse contus. aff. *sp. vin. malv. vel hisp.* ℥. 40. diger. per bid. in M. B. hinc ad siccit. dest. quicquid ascendit magmati iterum affund. per bid. diger. mox tres partes quartæ destill. & spiritus egressus servetur. *Vide corp. ph. p. 386. b*

Spiritus Carminativus *D. R. th. H.*

℞. *Rad. angel. levist.* ana ℥ij. *cal. arom.* ℥ß. *fol. menth.*

m. iij. *fl. chamam. rom.* m.ix. *cent. min.* m. iij. *samb.* mij. *cort. aur.* ℥iiß. *zedoar.* ℥iß. *galang.* ℥ß. *sem. fœn. carui anis.* ana ℥j. *bacc. lauri* ℥ij. *cinam.* ℥iv. *castor.* ℥j. *vin. rhen.* ℔.iv. ſt. in inf. p. menſem poſtea per cohobat. ex alemb. in M. B. deſt. *Vide corp. ph. p.* 386. *b.*

Spiritus Aſthmaticus. *Michaelis.*

℞. *Virid. æris* ℥ij. *gum. ammon.* ℥j. *sulph.* ℥vj. deſt. per retortam dein ſepara ſpiritum ab ol. rectifica per alemb. cui impon. nodulus *croci.*

Spiritus Carminativus *Dolæi.*

℞. *Cort. aurant.* ℥iß. *rad. helen. acori oſtrutii galang. sem. anis. bacc. lauri* ana ℥ß. *caſt.* ℥j. cum *ſpir. bacc. jun. & vin. gen.* inf. & deſt.

Spiritus Ceparum Collect. *Leid.*

℞. *Cepar. cum frondes emittere incipiunt* q. ſ. contuſ. adde *ol. tart. p. d.* q. ſ. & affunde *ſpir. vin. rectif.* ad emin. 3. dig. ſt. in digeſt. donec ſpirit. flavedine tinctus exiſtit tunc deſtilla & ſpiritum prolectum ſerva. *Vid. corp. ph. p.* 381. *b.*

Spiritus Cephalicus *D. G. M. th. H.*

℞. *Flor. lil. conv. til.* ana ℔iij. *ſpicæ* ℔ij. *ſpicæ ind.* ℥vj. *rad. galang. min.* ℥iij. *c. vino opt.* q. ſ. F. l. a. infuſio & deſt. *Vide corp. ph. p.* 384. *b.*

Spiritus Cephalicus *VValdſchmid.*

℞. *Fol. & flor. lavend. roriſm. major ſalv.* ana m. j. *caſt.* ℥j. *camph.* ℥iß. *ſp. vin.* ℔ iß. *ſal. arm.* ℥ij. *tart.* ℥iß. *aq. lavend.* q. ſ. ut innatare poſſ. ſt. p. 3. d. in dig. dein deſt. ut prodeant ℥viij. in his ſolve *ol. ſtillat. ſem. rut.* gutt. xv. *ſuccin.* gutt. x. *maceris junip.* ana gutt. vj. m. F. Sp.

Spiritus Cinamomi *ex th. H.*

℞. *Cinam. el. coſt. arom. caſſ. lign.* ana q. v. inf. in ſ. q. *vin.* deſt. & rectif. *Vide corp. ph. p.* 387. *b.*

Spiritus Convulſivus *Geilfuſii.*

℞. *Fol. roriſm. major. orig. ſalv. beton. ſabin. rut. ſcord.*

cochl. naſt. aq. ſumm. pini reſinoſ. junip. ana m. j. *flor. ſpic. lil. conv. hyperici* ana m. iß. *caſt.* ʒvi. *lumb. terr.* ℥ij. *cubeb. cardam.* ana ʒiij. *nuc. m.* ʒiiß. *maſt.* ʒij. *ther.* ℥j. inciſ. & cont. in fund. in *vin. generoſ.* ℔. v. & *ſp. vin.* ℔. ij. dein deſt. & ſerva ac temp. uſus in eo diſſolve *camph.* q. ſ. *Vide corp. ph. p.* 387. *b.*

Spiritus Dentifricius *Fauſii.*

℞. *Nitri* ℔ ß. *vitr.* ℥iß. *bol. arm.* ℥j *alum.* ℥iv. deſt. cum arena duplo igne aperto ſed. lentiſſ. ne vas recip. disrump. hic nigris dentib. illinitur qui inde mox albeſc. ſed ſtatim aq. tepid. abl. ne dentes noxam capiant.

Spiritus ant-Epilepticus *Dolæi.*

℞. *Radic. pæon.* ℥j. *granor. pæon. flor Lilior. convall. tiliæ* ana ℥ß. *Viſi quercin. Coryli* an. ʒvj. *Raſur. Gran. human. C. alcis* an. ℥j. *affunde* ∽ *flor. tiliæ ad* ſupereminentiam 4. dig Deſtilla ad remanentiam ℔ iß.

Spiritus Euphraſiæ *Mindereri P, A. V.*

℞. *Spir. ceraſ. nig.* ℔. j. *aq. hirund. comp. maj.* ℥vj. *doron. ver. caſſ. lign. amomi rad. valer. chelid.* ana ʒij. *mari fol. rut.* ana ʒj. *fl. euphras. ſicc.* ℥iß. *vel rec.* ℥iij. inf. p. n. in liq. his vaſe bene clauſo mane p. B. M. deſt. leni igne. viſui confert. *Vide corp. ph. p.* 389. *b.*

Spiritus Hyſtericus *Zvvelfferi.*

℞. *Rad. Valerianæ, Zedoariæ* an. ℥iß. *albi recentis* ʒvj. *Ceparum* ℥iß. *Herb. Meliſſæ, Matricariæ, Menthæ, Pulegii, an. recent.* ℥ij. *Caſtorii, Myrrhæ rubræ* an. ℥j. *Galbani,* ʒvj. *Camphoræ,* ʒij. *Cinamomi opt. Macis* an. ℥j. *Caryophyllorum,* ʒiij. *Coriandri* ℥ß. Craſſiuſculè inciſa & contuſa infundantur in *Spirit. Juniperi* ℔ ij. *Ceraſorum nigr. Aquæ flor. tiliæ* an. ℔j. Factâ digeſtione diebus aliquot in Alembico vitreo deſtillentur ad ſiccitatem ſpecierum, capitello ejusque roſtro im-

immissis & spiritui tandem destillato immersis: Croci austriaci ℥j. Castorii ʒiij. *Ligni Aloes* ʒij. *Opii Thebaici correcti* ℥j. *Vide corp. ph. p. 389. b.*

Spiritus Hystericus *Dolæi.*

℞. *Mast. myrrh. olib. succin.* ana ℔ ß. *Sabinæ* ℥iv. *castor.* ℥ij. *sp. vin. rect.* ℔. jv. dig. & dest.

Spiritus Lithontripticus *D. B. th. H.*

℞. *Rad. 5. aper. acori veri liquirit. valer. enul. raph. dom. ononid. eryng.* ana ℥j. *herb. puleg. major.* ana mj. *cinam. cort. lauri* ana ʒß. *bacc. jun. lauri cicer. rub.* ana ʒij. *gran. alkek. sem. dauci hyosc.* ana ʒiß. *fol. beton.* m. ij. *cap. ven. polytrich. aut adianth. nigr. virg. aur.* aa. m. ß. inf. omnia in s. q. *vin. opt.* st. p. aliq. sept. in dig. dein. dest. *Vide corp. ph. p. 390. b.*

Spiritus Vini Lithontripticus *Minsichti.*

℞. *Rad. Enulæ Camp. Pimpinellæ, Petroselini* ana ℥j. *Lap. percar. pisc. Oc. cancri fluv. Sang. Hircini* an. ʒvj. *Sem. Dauci aquat. Saxifragiæ alb. fœniculi, Anisi, Milii Solis, Urtic. Rom. Genistæ, Bacc. Juniperi, Gran. Alkekeng.* an. ℥ß. *Spec. Lithontript. Diathamar. Trion. Piper.* an. ℥ij. Contusa & mixta infundantur in *Spir. vin. simpl.* lib. iiij. Stent, in digestione per 14. dies, postea in M. B. destillentur pro usu.

Calculos Renum & vesicæ non solum confringit, & comminuit, sed & lapides per urinam expellit. Dosis tùm præservationis, tum curationis ratione à cochl. j. ad cochl. ij. per se, vel cum aliis mixtis. *Vid. corp. ph. p. 389. b.*

Spiritus Matricalis.

℞. *Mastichis, Myrrhæ, Thuris, Succini,* an. p. æq. *Sp. vin. opt.* q. s. Destilla & serva. *Vid. corp. ph. p. 391. b.*

Spiritus Vini Nephriticus *Minsichti.*

℞. *Rad. Ononidis, Althææ* ana ℥iij. *Cucumeris* ℥ij. *Glycyr-*

cyrrhiz. rasæ, Asari, an. ℥iß. *Sem. Milii Solis* ℥iij. *Saxifrag. alb. Urticæ Rom. Petroselini, Raphani, Anisi, Rhabarbar. elect. Aristoloch. rot. Galangæ min. Cinamomi acut. Macis, Zingib. albi, Herb. Equiset.* ana ℥j. *Lap. Percar. pisc. Judaici, Spongiæ, Lyncis, Test. Limac. min. præp.* ana ʒvj. *Cassiæ Fistulæ*, gran. *Alkekengi*, *Bacc. Juniperi, Theriacæ venet. Sang. Hirci, Ocul. cancri, Tali Leporini* an. ℥ß. Pulverisata & mixta infundantur in *Spir. vini simp.* Mens. vj. vel s.q. Stent in digestione per xiiij. dies, postea in M.B. destillentur.

Frangit lapidem, & ad minuta secernit, quousque renes & vesicam ab omnibus superfluitatibus mundificet & clarum mingat *Vide corp. ph. p. 390. b.*

Spiritus Nephriticus. *VValdschmid.*

℞. *Rad. saxifrag. ononid.* ana ℥ß. *sang. hirc.* ℥iij. *nuc. m. cinam.* ana ℥ß. *caryoph.* ʒj. *croci* ʒiß, *tereb.* ℥viij. *sp. vin. malv.* ℔ iiß. st. p. d. 14. & F. Spiritus.

Spiritus Vini Odontalgicus *Minsichti.*

℞. *Ras. lig. Guajaci*, ℥iiij. *Rad. Pyrethri*, ana ℥ij. *Sem. Staphid. Agriæ, Hyosciami Cort, Granator Gallar. Turc.* an. ʒiv. *Caryophyllorum, Zingiberis albi, Piperis longi, Olibani* ana ℥ß. *Flor Papav. errat. Opii Thebaici, Camphoræ*, an. ʒij. *Herb. Tabac, indic. Salviæ acut. Persicariæ, Mentastri* ʒj. Contusa & mixta infundantur in *Spir. vin. simpl.* ℔vj. Stent per 14. dies in digestione, postea M. B. destillentur.

Teneatur in ore, deinde iterum expuatur, & reiteretur, si opus, præsentissimum est remedium ad omnes dentium dolores. *Vid. Corp. ph. p. 391. b.*

Spiritus Vini Otalgicus *Mins.*

℞. *Ovorum formicar.* No. 100. *Amygdal, amar.* ℥j. *Rad. Hellebori nigri, Raphani min. Cyclaminis, Cyperi rot.* an. ℥j. *Cort. mali punici.* ʒvj. *Bacc. lauri excort. Juniperi*

an

an. ℥ß. *Sem. fœniculi*, *Cymini*, *Anisi*, *Carvi*, an. ʒiij. *Pulv. colocynthid. Castorei veri* an. ʒiß. *Majoranæ*, *Absinthii*, *Sabinæ*, *Rutæ*, an. ʒj. Contusa & mixta infundantur in *Sp. Vin. opt. rectificat.* ℔iiij. & post debitam digestionem è B. M. ingeniosè tamen, ne vitrum rumpatur, destillentur. Deinde Spiritui abstracto adde *millepedum vivorum* q. s. & digerantur adhuc tamdiu, donec aliquo modo Spiritus tingatur, postea filtra & ad usum serva. *Vide Corp. ph. p.* 391. *b.*

Spiritus oleosus *Dolæi.*

℞ *Sp. vin. rectif. tartarisat.* ℥vj. *ol. macis succin.* ana ʒiij. m. st. p. temp. donec spiritum absorpser. olea tunc. adde *spir. sal. arm.* ℥iij. dest. ex phiala obl. ex arena. F. Spiritus.

Spiritus Paralyticus *Brandenb.*

℞ *Rad. angel. aron.* ana ℥ß. *irid, illyr. peuced.* ana ℥j. *pyrethr.* ℥ß. *herb. chamæp. orig. puleg. salv. ser pill.* ana mij. *fol. nicot. rec.* mj. *cochl. rec.* mv. *fl. anth. cham. cheiri hyper. lavend.* ana mß. *lil. conv. prim. ver. Stœch. Arab. summ. abiet. rec.* ana mj. *bacc. lauri* ℥ß. *caryoph.* ʒij. *castor. ras. lign. sassafr.* ana ℥j. *sem. eruc. sil. mont*, ana ʒvj. contus. inf. *sp. lumb. terr. ter. super. rec. lumb. cohob.* ℔. viij. junct. opt. claus. st. in dig. p. 8. d. tum in B. M. dest.

Spiritus Diapente. *P. A. V.*

℞ *Elix. prop.* P. ℥j. *spir. ther. camph.* ʒiß. *vitr. rectif.* ʒj. *tart. rectif.* ℈ij. *sal rectif.* ʒj. m. & dig. per 14. d. in aff. ventr. & cap. *Vide corp. ph. p.* 387. *b.*

Spiritus Podagricus *de Spina.*

℞ *Sacch. sat.* ʒij. *sp. vin. rectif.* ℥iv. solv. *camph.* ℈j. *croci* ℈ß. *opii theb.* ℈iiß. F. Spiritus.

Spiri-

Spiritus Vini Paralyticus *Minſ.*

℞. *Lumbricor. terreſt. exſicc. Bacc. Juniperi, Sem. Erucæ* an. ℥ij. *Rad. Angelicæ, Pyrethri, Aronis* ana ℥j. *Flor. Lavendulæ, Rorismarini Salviæ acut. Piperis long. Allii recent.* aa. ℥ß. *Maſtichis electæ, Myrrhæ rub. Succini Citrin. Euphorbii, Caſtorei* veri an. ʒiij. Contuſa & mixta infundantur in *Spir. Vin. optimè rectif.* ℔iiij. Digerantur per menſem; & poſtea filtrentur, & Spiritus cum Eſſentia extracta ad uſum reſervetur.

Cum hoc Spiritu tincto inungantur membra paralytica & arida. *Vide corp. ph. p. 392. b.*

Spiritus Vini Pectoralis *Minſichti.*

℞. *Paſſular. min. Sem. Aniſi* an. ℥iv. *Loch. Sani & exp. De pino* an. ℥ij. *Succ. Glycyrrhiz. ext.* ℥iß. *Conſer. Flor. Hyſſopi Violarum, Symphyti* ana ℥j. *Cinamomi acut.* ʒj. *Spec. Diatragacanth. frig. Diai ireos ſimpl. Diarrhod. Abb.* an. ℥ß. *Cardomommin. Croci orient. Macis* an. ʒiß. *Herb. Capill. Veneris, Marrubii* an. ʒj. *Flor. Malvæ arbor. rub. farfaræ, Salviæ* an. ʒß. Contuſa & mixta infundantur *in Sp. Vin. ſimpl.* ℔viij. Digerantur diebus octo poſtea in M. B. deſtillentur, & *Spir. abſtractus Saccharo cand. alb. edulcoretur.*

Ad catarrhos frigidos, pectorisque ægritudines, tuſſim, Aſthma antiquum & Anhelitum, medium expertiſſimum. Doſis cochl. j. ad cochl. ij. *Vid. corp. ph. p. 392. b.*

Spiritus Regius *D. F. H. th. H.*

℞. *Spirit. roſ. rectif*, ℥ivß. *ſal. rectif.* ℥iß. inf. in retort, vitr. & collo retortæ inde *ambræ gryſ.* ʒß. *moſchi* ℈ij. m. linteolo mundo involuta deſtill. igne leni per aren. reſolv. ambr. & moſch. in liq. & ſecum evehunt inſtar gelatinæ ſpiritui deſtillato adde *conf. alkerm.* q. ſ. cum linteolo in quo ambra & moſchus fuerunt. F. Spec. confortans. *Vid. corp. ph. p. 392. b.*

Spir.

Spir. *sive* Aqua Reginæ Hungaricæ. *Charas.*

Dimidiam cucurbitæ vitreæ vel fictilis partem *floribus rorismarini dum maximè vigent collectis repleto*; *his spiritum vini* ita, ut commodè macerentur flores affunde; Balneo Mariæ Alembicum impone eoque capitello una cum excipulo suo obtecto accuratè commissuras luto agglutina subtusque per tres dies digestionis ignem adhibeto, quibus præteritis lutum exime destillatumque liquorem in cucurbitam effunde; alembicum iterum accommodato, ignemque augeto satis validè, ut extillet liquor guttatim, ita ut gutta una mox aliam sequatur, eumque tertias partes ejus duas extraxeris vel circiter, ignem subtrahito, vasa refrigescere permittito, ex iisque lutum eximito, reperies in excipulo optimam Reginæ Hungariæ aquam, quam in probè obturata phiala servabis; Valet in Apoplexia, Lethargo paralysi & Hysterica passione: exhibetur, à ʒj. ad ʒij. Usurpatur etiam exterius in combustionibus, doloribus, tumoribusque à frigidis humoribus oriundis, in contusionibus, Paralysi, & ubicunque spiritus excitandi veniunt. Matronæ ejus ℥ß. *aquæ liliorum vel florum fabarum* ℥vj. permiscentes, aquæ mixtura faciem lavant illius abstergenda causâ. *Vid. corp. ph. p.* 381. *b.*

Spiritus Scelotyrbicus seu Scorbut. *Brand.*

℞. *Herb. rec. cochl. trifol. palustr. beccab.* ana miij. *nast. aq. nummul.* ana m. ij. *persicar. rut.* à m. iß. *rad. raph. marin. rec. ari rec.* ana ℥iß. *sem. anis. mund.* ℥ß. *cochl.* ʒij. *cort. citri exter. rec.* ʒvj. *concis. & conquass. aff. spir. bacc. sambuc. per ferment. parat.* q. s. ad emin. 4 digit. diger. per 4. d. vase bene obturato tandem leni calore arenæ aut M. B. sp. evoca.

Spiritus acidus salis Armoniaci.

℞. *Salis* ✱ *fixi febrifugi* quantum voles id pulverisa & accu-

curatè permiſce *boli pulveriſati* triplum, inde hanc mixturam retortæ ita tamen ut vacua remaneat pars tertia, hanc impone fornaci reverberii clauſæ; ipſiq; amplum adaptato excipulum, luto accuratè agglutina commiſſuras, & procede modo de ſpiritu ſalis deſcripto, invenies in recipiente Spiritum acidum, diureticum eximium; ſpecificum creditur ad febres malignas remedium, ex julepis juſculisve ad gratam usque aciditatem propinatum. *Vide corp. ph. p. 413. b.*

Spiritus Salis Armoniaci Acidus *Zvvelfferi.*

℞. *Salis Armoniaci puri* ℔.j. *Frumenti* vel *tritici* ℔ij. vel iij. In pulverem redacta ambo, immittantur bene commixta Alembico vitreo (loricato, uti loquuntur Chymici vel luto obducto) ſuo capitello amplo, proboſcidem largam etiam habente munito, qui colletur in furno ſuper ignem apertum ſ. a. præpoſitoque recipiente amplo, deſtilletur per gradus ignis, phlegma & 🜍, ultimò extremâ ferè ignis violentia urgendô, ſic prior pars ſalis Armoniaci reſidui & nondum in 🜍 m reſoluti ad capitellum ſublimatur, inque excipulum particula ejusdem una cum 🜍 tu etiam tranſit. Refrigeratis omnibus eximatur 🜍, & in Alemb. vitreo, phleg. priùs leniter abſtracto, quousque acidæ guttulæ tranſeunt, totaliter rectificetur, relictum in Alembico ſal nigricans, cum aqua ſimplici ſolvendum, filtrandum, & ad ſiccitatem Salis albiſſimi in vitreo vaſe abſtrahendum eſt, hujus ſalis ℥j. vel altera libræ uni ſpiritus ejusdem acidi rectificati uniri poterit, & ſic legitimè ac debitè acuatus Spiritus, in operationibus præſtantior, & nobilior exiſtet. Reliquum verò Sal, & quod ad capitellum ſublimatum eſt, ab impuritatibus & nigredine per ſolutionem & filtrationem, ut artis eſt, liberatum, porrò recenti frumento vel tritico permiſtum, denuò in

ſpiri-

ſpiritum deſtillari poteſt, uti priùs: atque hæc quoad genuinam ejus præparationem.

Quoad virtutes, magnarum hic ſpiritus virium eſt, in obſtructionibus lienis, hepatis, Menſenterii, &c. in febribus cum continuis, tùm intermittentibus, Colicâ paſſione, Nephritive & ad alios plures humani corporis affectus, qui ab obſtructione aliqua ortum ducunt. *Vide corp. ph. p. 413. b.*

Spiritus ſtomachicus *Minſichti.*

℞. *Cinam. el.* ℥iv. *galang. min. ſem. aniſ.* ana ℥ij. *caryoph. nuc. m.* ana ℥j. *menth. criſp. roriſ.* ana ℥ß *cal. arom. zing. alb. roſ. rub.* ana ʒij. craſſe cont. & m. inf. in *ſp. vin.* ℔. viij. & poſt debitam dig. m. B. deſt. poſtea ſp. evocatus vel *ſacch. cand. alb. vel myra. cydon. edulc. Vide Corp. ph. p. 393. b.*

Spiritus volatilis Salis Armoniaci *Lemeri.*

℞. *Salis Armoniaci*, libram unam, *calcis vivæ* libras iij. ſeorſim ea pulveriſato, iisque in mortario mixtis *aquæ communis* uncias ſex affunde: agita ac confunde adhuc materiam, eamque citò inde retortæ, cujus dimidia pars vacua ſit oportet; retortam impone fornaci reverberii ipſi amplo excipulo adaptato, ac commiſſuris accuratè luto agglutinatis, deſtillationem inchoabis igne lento per 2. vel 3. horas adhibito paulatim augendo donec nihil amplius egrediatur, recipiens remove, ſpiritumque in eo contentum promtè in phialam effunde, caput avertendo vitandi vaporis ſubtiliſſimi inde perpetuò exhalantis gratiâ, accuratè cerâ obturanda eſt lagena ad ſervandum hunc ſpiritum.

Excellentiſſimus eſt hic ſpiritus ad omnes morbos ab obſtructionib⁹ humorumq; corruptione pendentes, ut ſunt febres malignæ, Epilepſia, Paralyſis, peſtis, variolæ, humores per diaphoreſim vel per urinas expellit.

Dosis est à guttis sex ad xx. ex cyatho aquæ Melissæ ve cardui benedicti.

Spiritus salis Amoniaci. *P. A. R.*

℞. *Sal. Armon.* ℔j. Cum sufficiente quantitate *lixivii fortis tepidi* v.g. ℔. jv. in arena, lento igne, fiat ex cucurbita destillatio, in Spiritum, qui cum sale volatili. alembico & recipienti adhærente mixtus, servetur.

In obstructionibus aperiendis, affectibus soporosis, uterinis, multisque aliis salutarem præstat opem. *Vid. corp. ph. p. 406. b.*

Spiritus Salis Amoniaci Salsus *Zvvelfferi.*

℞. *Sal. Armen. puri* ℔j. *Sal. Tartari* tantundem. Mixta confestim immittantur retortæ proboscidem largam habenti & præposito recipiente destillentur per ∴. nam leniter, igne ultimo paulisper aucto, & transibit Spiritus una cum sale volatili, odore, sapore & substantia ad instar Spir. & Sal. ⊡æ volatilis. Refrigeratis omnibus *Sal. & Spirit.* ab invicem separandi, aut addito aliquo liquore sal volatile solvendum, & liquore tenus ad instar Spir. asservandum est, vel totum quod destillando transit per phialam oblongam in sal volatile sublimetur, & in forma sicca custodiatur.

Præstans remedium utrumque est, sive sal siccum, sive spiritum liquidum adeptus sis, à putredine præservat, fermenta acida omnia extinguit, hystericis passionibus, Epilepticis, Apoplecticis & suffocationi matricis medetur, quandoque solo odore penetrabili, ac summa volatilitate præstans existit. Et cum putredinem sumoperè abarceat, pestis verò venenum sit putredinale, quis spiritum hunc vel etiam ipsum sal volatile in hoc diro morbo, nulli hominum generi parcenti, ab usu quotidiano proscribere audeat, uti & Spiritum urinæ, qui sponte suâ sublimatur, naresque ferit. *Vide corp. ph. p. 406. b.*

Spiri-

Spiritus Salis Arm. Vol. prout eum *tradit Schrœderus*.

℞. ✱. p. i. *ciner*. p. iv. M. atque destilla ex arena per alembic. sic prodit sp. ✱ quem rectifica è cucurbita altiori. Non solùm cum cineribus, sed & cum *lapide hæmatite, limat. ferri, minio, cineribus clavellatis, Sal.* ♀i, &c. misceri potest, aqua impraegnatum, destillatione statim mixturam insequente; Primò Spiritum ✱ salsum ⊡osum volatilem & ex cap. mort. sal fixum in omnibus obstructionibus non satis deprædicandum inprimis in quartana acquiris. *Vide corp. ph. p.* 406. *b.*

Spiritus salis Ammoniaci Anisatus *P. A. R.*

℞. *Sem. Anisi* ℥iij. *Cinerum clavellatorum in aqua fontana* solutorum ana ℔. j. Misce & post aliquam digestionem, additis *Salis Ammoniaci itidem, in aqua fontana soluti* ℥vj. Lento igne in arena ∽tum destillando prolice.

Usus ejus in pectoris affectibus demulcendis & flatibus discutiendis apud nos celebratur. *Vid. corp. ph. p.* 408. *b.*

Spiritus salis Ammoniaci succinatus *P. A. R.*

℞. *Succini flavi* subtilissimè contusi ℥j. *Spiritus Salis Ammoniaci* ℥vj. Post aliquot dierum digestionem leni igne abstrahatur spiritus.

In capitis, & uteri morbis, quibus succincta medicamenta conveniunt, egregiè prodest. *Vide corp. ph. p.* 408. *b*

Spiritus Salis Communis *P. A. R.*

℞. *Salis communis depurati* & in tenuissimum pulverem reducti, ℔ij. *Terræ figulinæ* ℔vj. Misceantur exactè, & cum aqua globuli exinde formentur (quamvis etiam sola mixtura sufficere possit) qui exiccasi retortæ luto obductæ indantur, tertiam ejus

Syrupus Byzantinus comp. *P. A. V.*

℞. *Suc. endiv. apii* ana ℔ij. *lupul. bugl.* ana ℔j. in his coq. *ros. r.* ℥ij. *glyc.* ℥ß. *spic. ind.* ℥ij. *sem. anis. fœn. apii* an. ʒiij. colat. adde *acet.* ℔ij. *sacch. albiss.* ℔iij. coq. & F. S. *Vide corp. ph. p.* 504. *b.*

Syrupus Cardiacus *Ph. Norimberg.*

℞. *Vin. gener.* ℔j. *aq. ros.* ℥iiß. *cinam.* ʒj. *caryoph.* ʒß. *zingib.* ℈j. dest. p. m. B. ℥iij. resid. express. colatumq; coq. cum *sacch.* ℥vj. addendo *mosch.* gr. jv. *ambr.* gr. ij. *Vid. corp. ph. p.* 480. *b.*

Syrupus Cardiacus *D. V. S. th. H.*

℞. *Succi borrag. bugl.* ana ℔ß. *pom. dulc.* ℔j *meliss.* ℥ß. *gran. cherm.* ℥iij. inf. in his succ. & expr. dein adde *croc. or.* ʒß. *sacch. albiss.* ℔ij. F. S. cui admisce *Spec. diamarg. fr.* ℥iß. *diamosch. d.* ℈ix. *Vid. corp. ph. p.* 481. *b*

Syrupus Cardiacus *F. F. ex Schræd.*

℞. *Vin. alb. gener.* ℔ij. *aq. ros.* ℥iiß. *cinam.* ʒß. *zing. caryoph.* ana ℈ij. ligent in petia & add. *sacch.* ℥ivß. coq. ad consist. Syr. adde *ambr. grys.* gr. iij. *mosch.* in sind. gr. j. F. Syr. *Vid. corp. ph. p.* 481. *b*

Syrupus carminativus le Mort.

℞. *Lign. Saſſafr.* ℥iß *macis. nuc.* m. ana ʒij. *Sem. anis. fœn. carui* ana ʒiß. *herb. menth.* mij. *cort. aurant.* ℥ij. *Sem. leviſt.* ʒiß. cont. groſſ. mod. & inf. in ſ. q. *aq. fœn. menth.* ana leviter coq. in m. B. poſt macerat. 24. h. f. colat. quæ *Sacch. clari f.* & ad conſiſt. tabul. coct. ℔iv. permiſc. absque coctione Syrupo confecto adde *ol. cort. aur. menth. carui fœn. anis. caryoph.* ana gut. ij. in Sacch. prius excepta & pulveriſata F.S.

Syrupus de Caſſia lignea *Minſichti.*

℞. *Miv. cydon.* ℔j. coq. per ſe in leni calore ad Spiſſitud. mellis poſtea immiſce *Tinct. de caſſ. lign.* n. q. ſ. ut mediocr. Syr. conſiſt. acquirat addendo *clæoſ. caſſ. lign.* ℥j. m. *Vide corp. ph. p. 479. b.*

Syrupus Cauſodicus *P. A. R.*

℞. *Mell. clari f.* ℥xvj. *Succ. ſemperv. maj.* ℥iv. *cancr. fluv. phlegm. vitr.* ana ℥iiß. *acet. roſ.* ℥iij. coq. ſ. a. & F. Syr. in cauſo vel febre. ard. uſurp. *Vide corp. ph p. 493.*

Syrupus cephalicus *Minſichti.*

℞. *Succ. depur. cardb. mille fol.* ana ℔j. *aq. lavend. beton.* ana ℔ß. *rad. caryophyllatæ pæon.* ana ℥j. *caſſ. lign. nuc. m. cubeb.* ana ℥iß. *herb. major. verben. roriſm. orig.* ana ℥iij. *fl. lil. conv. til. prim. ver. anthoſ. roſ. rub.* ana. ʒij. *Sem. fœn. lavend. Salv. pœn.* ana ʒiß. *lign. al. viſc. q. croc. or.* ana ʒj. coq. ad 3. p. conſ. col. clarif. addito *Sacch.* q. ſ. *ſpec. diam. d. diambr.* ana ℥j. *Vide corp. ph. p. 473. b.*

Syrupus chalybeatus *Timæi.*

℞. *Chalyp. præp.* ℥iij. aff. *acet. acerr.* ad enim 4. digit. tranſv. ſt. in dig. donec extrah. tinct. cui adde *Sacch.* q. ſ. coq. igne lento & F. Syr. vel oxyſaccharum.

Syrupus de Betonica *Zuvelfferi.*

℞. *Succi Betonicæ recentis,* ℔iv. quibus immerge *herbæ Betonicæ minutin. inciſæ recentis* ℔j. Poſtea ℔j. ſucci odorati,

odorati, vel ℥xv. per destillationem ex M. B. evoca, relictam infundo cucurbitæ Betonicam, unà cum succo fortiter exprime; expressum album, ovi clarifica, & cum *Sacchari albi* ℔ij. ad omnimodum tabulati consistentiam percoque cui demum succum perquam odoriferum destillatum adde, solaque dissolutione confice Syrupum. *Vid. corp. ph. p. 469. b.*

Syrupus de capillis *Veneris compositus P. A. V.*

℞. *Capillorum Veneris* ℥v. *Glycyrrhizæ* ℥ij. *Aspleni* seu *Ceterach* manipulum unum. Macerentur in ℔ vj. aquæ horis viginti quatuor, deinde coquantur ad medietatis consumtionem; Colaturæ addendo *Sacchari clarificati, Penidiorum, Aquæ Capillorum Veneris* ana ℥viij. Fiat Syrupus secundum artem. *Vid. corp. ph. p. 509. b.*

Syrupus de Centaurio min. *Antefebrilis Zvvelfferi.*

℞. *Succi Centaurii min. recenter expressi & depurati* ℔iij. cui immergantur *Summit seu Florum Centaurii min.* recentium minutim incisorum ℥x. Digerantur duabus vel tribus diebus, in loco bene calente, exprimantur dein flores, succusque expressus debitè iterum clarificetur; cui addantur *Sacchari albi Can.* ℔ij. Coquantur ad consistentiam Syrupi, servetur.

Est præstans ad febres tertianas & quartanas abigendas, roborat ventriculum & viscerum obstructiones reserat. dosis ℥ß. ad ℥j. in vehiculo convenienti. *Vid. corp. ph. p. 498. b.*

Syrupus Cerasorum acidorum *Zvvelff.*

℞. *Cerasorum acidorum* sufficientem quantitatem. Conquassentur in mortario lapideo *nucleis omnibus confractis*: his *addantur plures nuclei Cerasorum* antea

 asser-

asservati , ac etiam conquassati, *pro majori odoris impressione*, qui nucleis saltem debetur, non succo, & postquam aliquamdiu macerârint, exprimatur succus, qui probè depuretur. *Hujus succi odore nucleorum beneimpragnati & depurati* accipe ℔ vj. *Sacchari albissimi* ℔ iv. Coquantur in vase terreo ad consistentiam ferè Rob, Syrupo nimirum ordinario, multò crassiorem, cui demum adde pro majori odoris atque grati saporis Cerasorum impressione, sequentis essentiæ vel aquæ destillatæ sufficientem quantit. pro justa syrupi consistentia sine ulteriori etiam coctione adipiscenda, utpotè:

℞. *Nucleorum Cerasorum Persicorum* ana ℥ij. *Cinamomi opt. acuti* ℥iß. *Caryophyllorum*. ℥ß. His minutim conquassatis affunde *Aquæ Cerasorum* sine additione stil. ℔ iß. Et post unius diei digestionem denuò in alembico vitreo per arenam abstrahatur ad siccitatem; Aqua hæc prolecta Syrupo superiori impondere competenti admisceatur: fietque sic Syrupus gratissimus sapore, odore ac virtutibus condialibus & confortantibus, qui in febribus tertianis ardentibus, continuis, ac intermittentibus, item in Hungaricis, ubi caput præcipuè laborat, summo est emolumento, ex quo Julapia confici, & infirmis salubriter exhiberi possunt. *Vide corp. ph. p.* 494. *b*.

Syrupus de chamæm. *Ph. Norimb.*

℞. *Rad. liquirit alth. malv.* ana ℥v. *Saxifr. petros.* ana ℥ß. *chamæm odoratiss.* ℥iß. *fl. malv. alth.* ana ℥ß. *bacc. junip. aspar.* ana ℥iß. coq. in l. q. *aq. font.* col. adde *Sacch.* ℔ iij. *spirit. chamæm.* ℥ß. F. Syr. *vide corp. ph. p.* 529. *b*.

Syrupus Diacitri rosatus *Minsichti*,

℞. *Succ. citri & limon.* per pannum aut filtrum sine ulla vi aut expr. destill. & cum pulv. ros. rub. prius rubini instar.

instar. tinct. ana ℔ j. *rob. herb. ribium.* ana ℥viij. *syr. de agresta oxysacch. rub. idæi fragor.* ana ℥iv. *aq. cinam. bugloss. in* qua *Spec. diarrh. alb. infus.* fuer. ℥ij. *nitri. prep.* ℥iß. m. coq. s.a. in Syr. *Vide corp. ph. p. 495. b.*

Syrupus corallorum rubror. *Mins.*

℞. *Tinct. ros. rub. cum aq. è Succ. cich. cum tota pl. dest.* ℥x. *Sal. cor. rub.* ℥ß. m. solut & filtratis adde *Sacch. albiss.* ℔j. *Succ. herb. expr. ribium* ana ℥iv. m & F. Syr. *Vide cor. ph p. 486. b.*

Syrupus corallorum *Composit.*

℞. *Cor. rub. Subtil. lævigat.* ℥iv, *Succ. lim. depur.* ℥xij. *acet. quercin.* ℥vj. *dig. in B. p. 8. d.* quotidie vas bis vel ter agitand. dein. filtr. p. ch. solut col. ℥x. adde *Succ. herb. depur.* ʒv. *tinct. ros.* ℥iv. *Sacch. alb.* ℔ ß. med. coct. bl. f. Syr. inter coq. in f. nodulus continens *Sant. citr.* ʒij. *lign. al.* ʒj. *ambr. grys.* gr. xv. *moschi.* gr. iv. *Vide corp ph. p. 486. b.*

Syrupus corallorum refrigerans *Zvv.*

℞. *Succ. granat. acid. rec. expr. & depur.* ℔j. *cort. lim. rec.* ℥iß. *gran. Kerm. integr.* ʒij. facta macerat. die una vel altera f. colat. & filtr. vel clarificatio in quo diss. *magist. n. solubil. cor. rub. cum sp. nostr. ven. parat.* ℥ij. additisque porro *Sacch. alb. canar.* ℥xx. F. l. a. Syr. *Vide corp. ph. p. 486. b.*

Syrupus cordialis *Minsichti.*

℞. *Cinam acut.* ℥ij. *rad. bugl.* ℥j. *Flor. ros. rubr. borrag. meliss. viol.* ana ℥ß. *cardam. min. nuc. m. lign. al.* ana ʒij. *croc. or. macis.* ana ʒj. contus. macer. in *vin. odorif.* ℔ iij. dein in vase dupl. coq. ad ℔ consumt. colat. ℔ ij. adde *sacch.* ℔ iß. coq. & circa finem adde *aq. cord. n. utr.* ana ℥iv. F. l. a. Syr. *Vide corp. ph. p. 480. b.*

Syrupus de Cichorio simplex *Zvvelfferi.*

℞. *Succi Cichorii sylvestris recenter expressi* & depurati ℔ iv. In quo succo ebulliant, & quidem ad consumptionem tertiæ partis, *Rad. Cichorii sylvestris recent.* &

& mundat. ℥xij. vel xv. Colaturâ pòst iterum clarificatâ additis *Sacchari albi* ℔ iiß. coquantur ad consistentiam Syrupi, qui servetur.

Ad hepatis & ventriculi intemperiem calidam contemperandam, eaque viscera confortanda perutilis syrupus. Febricitantibus auxiliatur, ac bilis acrimoniam compescit, porrectus in jusculis alterantibus, ab ℥j. ad ℥iß. *Vide corp.ph.p* 495. *b.*

Syrupus Cinnamomi, *paratu facilior; Zvvelfferi.*

℞. *Cinnamomi longi acutissimi* ℥vj. Quod cum conscissum minutim & cucurbitæ vitreæ immissum fuerit, superaffunde: *aqua Cinnamomi cum vino antea destillata* ℔ ij. Factâ digestione brevi, fiat aquæ affusæ destillatio & abstractio, cui abstractæ aquæ denuò immerge *Cinnamomi acuti* ℥iij. Macerentur in vitro arctè clauso per triduum, factâ post colaturâ filtrentur essentiæ, additisque *Sacch. Can. alb.* ℔ iiiß. conficiatur solâ sacchari dissolutione syrupus, nativis Cinnamomi virtutibus ad ubertatem imbutus: itaq; ad cordis & totius corporis vires fulciendas & restaurandas præstans est, Ventriculum langvidum à frigore reficit, spiritusque vitales reficit, vino si permiscetur, illud gratissimum reddit; in dosi error facilè committi nequit. *Vid.corp.ph. p.* 477. *b.*

Syrupus Coralliorum Quercetani *P. A. R.*

℞. *Corallia rubicundissima & elegantissima* ℔ß. *Succi Berberum perfectæ maturitatis depurati*, ut materiam quatuor digitos supereemineat, digerantur in calore Balnei vaporosi, vel alio moderato pet triduum, vel quousque Corallia bullulas emittunt, dein quod dissolutum est, per inclinationem separetur, & *recentem Coralliis relictis succum depuratum rursus adfundendo*, tantisper id reiteretur, usque dum tota

soluta

ſoluta videantur. Pro hujus ſucci Corallina eſſentia impprægnati, ℔ ij. ſumatur Sacchari Cantii albi ℔ j. lentâ in M. B. evaporatione redigantur in formam Syrupi.

Hic Syrupus facit ad omnes affectus ab hepatis vitio ſcaturientes confert omnibus fluxionibus hepaticis, dyſentericis & lientericis *Vide corp. p. 489. b.*

Syrupus Coralliorum *Zwelff.*

℞. *Coralliorum rubicundiſſimorum* ana ℔ ß. Diſſolvantur otaliter in ſ. q. *aceti deſtillati*, ſolutio filtretur, & ad ſiccitatem per M. B. abſtrahatur, atque inſipidum prodibit phlegma, remanente in fundo cucurbtæ ſolutione ſicca, ſive ſale coralliorum albicante, majoris ponderis, quàm antea erant ipſa coralla, ob ſalem acidum aceti, qui arrepto corpore (corlliis ſcilicet) ipſi indiſſolubili nexu ſe aſſociavit; Et fruſtra laborant, qui ſolutiones illas, ſive ſales per re iteratas aquarum ſtillatitiarum affuſiones & abſtractiones edulcorare tentant; quam nullo modo amittunt, niſi deſtruxeris totam, traditâ ſolutione igne violento. Hujus *Salis ſive ſolutionis ſiccæ Corallorum* nunc pro libitu Medici ℥ij. vel ℥iij. accipi, & cum *ſucci Berberum recentis clari* ℥viij. diſſolvi, additaque Sacchari albiſſimi librâ unâ ſolâ digeſtione & diſſolutione in Syrupum juſtæ conſiſtentiæ ori & oculis gratum redigi poſſunt. *Vid. corp. ph. p. 486. b.*

Syrupus Cordalis Gemmatus *Zwelfferi calefaciens.*

℞. *Cort. recent. Citri, vel Limon. extim.* ℥iij. *Arantiorum ext.* ℥ij. *flor. recent. Roſarum damaſcen.* ℥iv. *Tunicæ.* ℥ij. Quibus minutim conciſis, & cucurbitæ vitreæ immiſſis ſuper affundantur *Vini veteris albi vel Malvatici*, libræ quatuor. Factaque brevi digeſtione, abſtrahantur deſtillando per arenam, vel baln. m. vaporo-

porosum, libræ duæ, aquæ verò huic prolectæ fragranti porrò immerge *Cort. Arant recent. & extim.* ℥j. *Citri recent. extim.* ℥iß. *flor. recent. Tunica, rubr.* ℥j. & si in promptu sunt, aut haberi possunt: *flor. recent. Arantiorum* ℥ sex. *Sem. seu Gran. Kermes* legit. & integrorum ℥ij. Macerentur una alterave die, tum fiat Colatura, nunc *accipe hujus aquæ odoriferæ rubræ & essentificatæ* libras duas, ac in ea dissolve; *Magist. n. solubilium*, utpote *Coralliorum rubr.* ℥j. *Perlarum oriental.* ℥ß. *Matris Perlarum* ℥j. His solutis superadde *Sacchari Canar. albiss.* libras tres, ac sola ejus dissolutione, sine ulla ebullitione Syrupus conficiatur, Cor, Vitales spiritus, ac animales insigniter roborans & creans. *Vide corp. ph. p. 486. b.*

Syrupus Corticum Aurantiorum *Zvvelfferi.*

℞. *Cort. Aurantior. recentium & extim.* concisorumque ℔j. Quibus cucurbitæ vitreæ immissis super infundatur *Aquæ simplicis* vel, (quod melius esset,) *Vini generosi*, aut etiam *aquæ florum arantiorum* ℔ iß. Et post unius alteriusve diei digestionem, fiat abstractio in M. B. juncturis optimè clausis, ferè usque ad siccitatem corticum, aquâ spirituosâ odorferâ prolectâ interim asservatâ; Cortices in cucurbita residui cum libris duabus vel tribus aquæ simplicis; ad remanentiam libræ unius coquantur, decoctum colatum: etsi opus, clarificatum *cum Sacchari* libris duabus. Denuò coquatur ad consistentiam tabulæ, cui, extracto corticum, impregnare, superioris spirituosæ prolectæ aquæ s. q. addatur, ac unica ebulitione, vel solâ dissolutione paretur justæ consistentiæ Syrupus. *Vid. corp ph. p. 529. b.*

Syrupus de Corticibus Citri *P. A. R.*

℞. *Corticum citri recentium & extimorum* uncias sex,

Gra-

Granorum tinctorum seu *Chermes* ℥ij. *Vini albi Neccarici fortissimi* libram unam Macerentur loco calido, vase bene tecto, per viginti quatuor horas; postea vinum decantetur & filtretur, atque cum *Sacchari clarificati ultra consistentiam tabellarum cocti*, sufficiente quantitate permisceatur, addendo Moschi Or. grana sex in particula vini hujus Citr. soluti & filtrati. Fiat Syrupus.

Cor & ventriculum roborat, corruptos stomachi humores obtundit, anhelitus graveolentiam abigit, pestilentibus venenatisque morbis resistit, cordis palpitationi mœstitiamque discutit. *Vid. corp. ph. p.* 530 *b.*

Syrupus Corticum Citri. *Zwelff.*

℞. *Cortic. citri recent. extim.* ℥vj. Quibus contusis & cucurbitæ vitreæ immissis super affunde *Vini albi generosi*, sive quod melius, *Vini Malvatici* libram unam semis. Et factâ brevi digestione abstrahantur destillando sive in Balneo, sive in arena ℥x. circiter, rostro capitelli immissis, & in petia ligatis: *Granor. Kermes legit* in ℥ß. *Moschi orientalis* granis aliquot, *Ambræ* etiam, si lubet, granis quinque. Liquori egresso summè odorifero & fragranti injiciantur eorundem *Corticum Citri recent. extim.* ℥iij. Ac post brevem digestionem, ab iisdem colaturâ liquor separetur, quo interim pretioso & fragrante liquore asservato, accipe residuosa destillatione & extractione cortices, cousque s. q. aquæ simplicis affusâ parumper coque, decoctum cola clarificia, & cum *Sacchari albissimi* libra una ad consistentiam tabulati denuò percoque, cui tandem adde superioris asservati fragrantis & pretiosi liquoris ℥vij. vel octo circiter. Ac solâ sacchari dissolutione confice Syrupum præstantem. *Vide Corp. ph. p.* 530. *b.*

Syrupus Diacodii seu de siliquis.

℞. *cap. pap. alb.* sine sem. No. xx. *siliq. dulc. sine*

gran. ℥iij. *rad. alth. glyc.* ana ℥ij. coq. in ſ. q. *aq.* col. expr. adde *Sacch. cand. rub.* ℔ iß. coq. in Syr.

Syrupus Duarum Radicum *P. A R.*

℞. *Rad. petroſ. fœn.* ana ℥iv. *aq.* ℔ iv. coq. ad conſ. med. col. expr. adde *Sacch. alb.* ℔ ij. clarif. & F. Syr. *Vide corp. ph. p. 505. b.*

Syrupus Dyſentericus *Zvvelfferi.*

℞. *Rad. biſt. torm.* ana ℥j. *cich. Sylv.* ℥iß. *pimp. Scorz. Sanicul. irid. fl. liquir.* ana ℥j. *galang.* ʒvj. *herb. rec. conſol. Saracen. millef. ſanguiſorbæ pyrolæ hed. terr.* ana ℥ij. *fl. roſ. rub.* ℥iß. *balauſt. pap. err.* ana. ℥j *fr. acat.* ℥iß. *cap. pap. alb. c. Sem.* novi *bacc. myrti.* ℥j. *ſant. rub.* ʒvj. *cort. aurant. citri* ana ℥j. *nuc. m. expr. ab ol. relict.* ʒvj. cont. coq. in ſ. q. *aq.* repetit. vicib. affuſæ quousq; tota virtus ſit extr. colat. alb. ov. clari f. evaporent ad reman. ℔ ij. adde *Succ. cydon.* ℔ iß. *ſacch. can. alb.* ℔ iij. *Vide corp. ph. p. 488. b.*

Syrupus Epilepticus *Quercetani.*

℞. *Rad. pœon. viſc. q.* ana ℥ß. *cinam.* ℥ij. *flor. calend. lil. conv. tiliæ lavend.* ana P. j. *roſ. rub.* P. ij. fiat extr. cum *ſp. jun. vel ſp. vin.* ad emin. 4. dig. decantetur tinct. ℥x. adde *ſacch. cand.* ℥iv. m. & accendantur flagrenturque continuo agitando donec ſyr. ſit ſatis coctus. *Vide corp. ph. p. 474. b.*

Syrupus Eupatorii *Zvvelfferi.*

℞. *Rad. apii fœn. endiv.* ana ℥ij. *glyc. herb. ſchœn.. cuſcut. abſ. roſ.* ana ʒvj. *cap. ven. cardb. eryng. fl. bugl. ſem. aniſ. fœn. eupat. rhab. maſt.* ana ℥iij. *ſpic. ind. aſar. ſpic. rom.* ana ʒij. *aq. font.* ℔viij. coq. ad 3. p. conſ. expr. adde *ſucc. apii* ℔ij. *endiv.* ℔j. *ſacch.* ℔ iv.. F. Syr.

Syrupus de Eryſimo Lobelii *P. A. R.*

℞. *Eryſimi totius recentis* manipulos ſex, *Radicum Helenii, Tuſſilaginis* ana ℥ij. *Herb. Borraginis, Cichorii,*

Capil-

Capillorum Veneris ana manipulum unum sem. *Florum Cordialium*, *Anthos*, *stœchadis* ana manipulum sem. *Seminis Anisi* ʒvj. *Passularum mundatorum* ℥ij. Incisa & contusa coquantur in *Aqua hordei, hydromelitis* an. libris quatuor, *Succi Irionis* ℥vj. ad remanentiam librarum trium in expresso liquore dissolvantur *Sacchari albi* lib. ij. F. l. a. Syrupus. Vires ejus sunt pectorales, & magnoperè in primis in raucedine commendantur. *Vide corp. ph. p. 509. b.*

Syrupus de Farfara sive de Liquiritia Ph. *Vltrajectin.*

℞. *Radicum Liquiritiæ* ℥iiij. *Herb. Farfaræ* m. vj. *Capillor. vener.* ℥j. *Hyssopi* ʒß. *Macerentur* horis viginti quatuor in s. q. aquæ fontanæ, deinde coquantur ad consumtionem partis dimidiæ, colaturæ adde *Mellis optimi, Sacchari albi* an. ℔iß. Percoquantur s. a. in Syrupum.

Syrupus Flor. Aurant. *P. A. R.*

℞. *Florum Aurantiorum recenti* ℔j. Infundantur in △*æ fontanæ calentis* ℔ij. horis 24. tum rejectis prioribus floribus, cum totidem novis infusio reiieretur, idque trinâ vice, tandem colatura depurata cum Sacchari albiss. clarificati & ultra tabellarum consistentiam cocti suff. quant. redigitur in syrupum.

Qui cor ac Cerebrum recreat, præterea sudores movet, & vi alexipharmaca gaudet. *Vid. corp. ph. p. 475. b.*

Syrupus Flor. Aurantiorum *Zwelff.*

℞. *Florum Aurantiorum recentium* ℔iß. Humectentur integri non contusi una cum altera uncia *vini albi, vel aquæ Rosarum aut cort. Aurantiorum*, & in M. B. destillentur, Aquæ primo egredientes asserventur ℥vij. vel ℥viij. reliqua vel secunda etiam seorsim ser-

vetur

vetur. Floribus in fundo remanentibus de novo affundantur ℔ ij. aquæ ſimplicis ferventis, & remanentiam libræ unius, leniter coquantur, decoctum expreſſum & clarificatum cum *Sacchari albi* ℔ j. Denuò coquatur ad conſiſtentiam Tabulati, cui adde aquæ fragrantioris prius à floribus deſtillatæ ℥ vij. circiter.

Fiatque in M. B. ſolâ diſſolutione ſacchari ſyrupus, Aqua ſuperflua deſtillata trahatur in uſum, unà cum Syrupo. *Vide corp. ph. p. 475. b.*

Syrupus Gemmatus Cordialis refrigerans *Zwelfferi.*

℞. *Succi Granatorum acidorũ recenter expreſſi, Succi pomorum redolent.* recenter quoque expreſſi, *Succi Citri ſeu Limonior.* jam etiam expreſſi ana ℥ viij. In his ſuccis digeruntur *Cort. Citri ſeu Limon. recent. ext.* ℥ ij. *Arant. recent. & extim.* ℥ j. *Flor. Tunicæ recent. rubr.* ℥ iß. *Bugloſſi recent.* ℥ ß. *Granor. Kermes legitim.* integr. non contuſor. ʒ ij. Et facta digeſtione die unâ vel altera in calore leni, vitro opt. clauſo, coletur, in colatis & bene clarificatis ſuccis diſſolve: *Magiſt. n. ſolubil. Coralliorum* ʒ j. *Perlarum Oriental.* ʒ ß. *Matris Perlar.* ʒ j. His ſolutis ſuperadde *Sacchari Can. albi* ℔ iij. Ac ſolâ Sacchari diſſollutione ſine coctione fiat ſyrupus cordialis efficaciſſimus, qui in febribus ardentibus, malignis, Peſtilentialibus, imò in peſte ipſa ſummè ſalutaris eſt, cordisque palpitationi reſiſtit; exhibendus per ſe, ob gratiam ſui ſaporis, ſive in vehiculis appropriatis ab ʒ ß. ad ʒ j. *Vide corp. ph. p. 479. b.*

Syrupus de Glycyrrhiza *Pectoralis Zwelfferi.*

℞. *Rad. Liquiritiæ raſæ* ℥ ij. *Tuſſilaginis recentium Enulæ campanæ, Ireos florent.* ana ℥ iß. *Herb. recent. Hyſſopi, Hederæ terreſtris, Millefolii, Scabioſæ, Veronicæ, Pulmon. maculoſæ,* ana ℥ ij. *Flor. Papav. errat. recent.* ℥ iß.

Da-

Dactylorum num. xv. *Jujubarum* num. xxv. Quæ cuncta incisa & contusa coquantur in s. q. *aquæ simplicis* repetitis vicibus affusæ, ad omnium virtutum prolectionem, colaturæ junctim clarificatæ & ad ℔ ij. circiter coquendo abstractæ, additisque *Sacchari. albiss. Can.* ℔ iij. vel loco hujus si lubet, *Mellis opt. purissimi* ℔ iv. (quia majorem vim abstergendi mel obtinet, adeoque in exulcerationibus pectoris sive vomica pulmonum, sive phthisis ipsa sit, mel pro saccharo eligendum foret) coquantur porrò ad debitam Syrupi ad consistentiam, cui Essent, vel Spiritus Anisi ℥ j. vel ij. admiscenda.

Præstat in affectibus pectoris, sive ex catarrho sive ex ulceratione aliqua ortum duxerint, adeoque in phthisi ipsa, Vomica pulmonum, Tussi, sputo etiam cruento cum emolumento adhibetur. *Vid. corp. ph. p.* 510. *b.*

Syrupus de Clycyrrhiza *Mesuæ P. A. R.*

℞. *Glycirrhizæ* ℥ ij. *Capillorum Veneris* ℥ j. *Hyssopi* ℥ ß. *Aquæ* ℔ iv. Species prædictæ in aqua prius fervefacta horis viginti quatuor macerentur, deinde decoquantur ad dimidias: colaturæ addendo: *Mellis despumati* ℥ viij. *Sacchari albi* ℥ xvj. *Aquæ Rosarum* ℥ vj. Fiat syrupus secundum artem.

Thoracem & pulmones expurgat, diuturnæ itemve siccæ tussi, ac Pleuritidi opem fert, aperit, tergit, asperam arteriam & partes Spiritales lenit, easque ad materiam expectorandam confirmat. *Vide corp. ph. p.* 510. *b.*

Syrupus de Hedera terrestri *Zvvelfferi.*

℞. *Aquæ hederæ terrestris* sine additione ex Baln. n. vaporoso still. ℔ ij. Huic immerge *Herb. recent. hederæ. terrestr.* conscissæ minutim ℥ viij. vel x. Paracta digestione duarum dierum circiter fiat colatura cum expressione, expressum probe clarificetur, interimq;

asservetur

asservetur. Conduceret tamen, si hæ essentiæ aut aquæ essentificatæ similes Syrupis destinandæ, in alembico vitreo clarificarentur, apposito capitello, quo id, quod summè spirituosum est, & levi ignis pulsu præprimis exhalat, excipiatur. Licet verò paucis pro clarificatione cum album ovorum opus sit ebullitionib⁹, nihilominùs, ne quicquam virtutes inaniter ad auras pellatur, huic labori non erit parcendum. Tum verò:

℞. *Succi hederæ terrestris recenter expressi & depurati* ℔. ij. *Sacchari albiss. Canar.* ℔ iij. Coquantur ad consistentiam quasi tabulati, addendo tandem Essentiæ superius asservatæ, q. s. pro syrupi consistentia adipiscenda debita, solâ veluti sacchari dissolutione, aut unica saltem ebullitione.

Commendatur ad affectus pectoris, cruenta & saniósa sputa, Phthisin, & Apostemata purulenta, menses & urinas movet, sive per se sumptus, sive in jusculis grátis & appropriatis, ab ℥j. ad ℥iß. *Vide corp. ph. p. 512. b.*

Syrupus de Hedera terrestri *Norimberg.*

℞. *Hed. terr. hyss. veron. pulm. meliss.* ana ℥ß. *vin. opt.* ℔. iiß. inf. p. al. h. adde *sacch. alb.* ℔j. f. l. a. Syr. *Vid. corp. ph. p. 511. b.*

Syrupus Anti-Hecticus *Riverii.*

℞. *Test. lacustr. aut fluv.* in frusta diss. ℔ij. *cancr. fluv. vir. confract.* ℔iß. *sem. 4. fr. maj.* ℥iv. *limac. per med. sect.* mij. *succi veron. mar. melon.* ana ℔j. *vin. alb.* ℔. vj. *succi nicot.* ℔iij. *uv. cor. passul.* ana q. s. dig. p. 2. d. dein. dest. ex ciner. adde *sacch.* ℔. jv. F. S. usus temp. adde *lact. sulph. perl.* ana gutt. vij. *Vid. corp. ph. p. 511. b*

Syrupus Hydragogus *Zuvelfferi.*

℞. *Succi ad Iridis nostr. cœrul. depurati* ℔. iv. *Rad. Sambuc.* vel decocti earum fortis ℔iß. Quibus mixtis im-

immerge ſequentia inciſa & contuſa, nimirum: *Rad. recent. Ebuli* ℥iv. *Enulæ* ℥ij. *Cal. arom.* ℥iß. *Cort. med. Samb. rec.* ℥ij. *Medul. Samb.* ℥j. *Bacc. Juniperi* ℥iß. *Alkekengi, Sem. Bardanæ maj. Naſturtii, Urticæ* ana ʒj. Factâ digeſtione brevi coquantur ad remanentiam ℔iß. coletur & exprimantur ſpecies, colaturæ clarificatæ adde Sacchari albiſſimi ℔iij. Et denuò coquendo ad juſtam conſiſtentiam ſyrupus efficiatur. Qui præſtans eſt in hydropica diſpoſitione & cachexia, educit feroſam humiditatem per urinam, quandoque per alvum, ſumptus ab ℥j. ad ℥ij.

Syrupus de Hyſſopo *Meſuæ P. A. R.*

℞. *Hyſſopi, rad. Apii, Fœniculi, Petroſelini, Glycyrrhizæ* ana ʒx. *Hordei mundi* ℥ß. *Tragacanthi, ſem. Malvæ, Cydoniorum* ana ʒiij. *Capillorum Veneris* ana ʒvj. *Jujubarum Sebeſten* ana No. xxx. *Uvarum paſſarum majorum*, ab arillis liberatarum ℥iß. *Caricarum dactylorum pinguium* ana No. x. *Aquæ* ℔ viij. Coquantur ad liberarum quinque conſumptionē. Expreſſum cum *Sacchari albi* ℔ij. in Syrupum ex arte percoquatur. Utimur eo in morbis Thoracis, invaleſcentibus & frigida craſſa, & lenta materia natis, ubi attenuatione detersione, ac expurgatione majore opus eſt. *Vide Corp. ph. p. 512. b.*

Syrupus de Hyſſopo *Zvvelfferi.*

℞. *Succi Hyſſopi depurati* ℔ij. Cui immergantur; *radic. recent. Apii, Fœniculi, Petroſelini.* ana ℥ij. *Glycyrrhizæ* ana ℥ß. *Herb. recent. Hyſſopi* ʒiv. *Capillor. Veneris* ʒj. Factaque brevi digeſtione abſtrahatur deſtillando in Balneo ℔iß. circiter; liquori expreſſo denuò *Hyſſopi recentis* ℥vj. immergantur; ac digeſtione brevi peractâ liquor per colaturam & expreſſionem ſeparetur, interimque aſſervetur. Hinc reſiduum à deſtillatione & ultima expreſſione affusâ ſ. q. aquæ ſimpl.

ſimpl. coquatur: Decoctum pòſt expreſſum, & album ovorum ſtudiosè clarificatum, cum *Sacchari alb.* ℔ij. ad conſiſtentiam tabulati penitus evaporet, cui demùm junge liquorem ſuperius aſſervatum, pondere competente, ℔j. vel ℥iv. circiter; ac ſolâ diſſollutione ſacchari confice Syrupum: *Vide corp. ph. p. 512. b.*

Syrupus de jujubis *Ph. Nor.*

℞. *Jujubarum* no. 6. *Violarum Sem. Malvæ*, an. ℥v. *Capillor. Veneris, Hordei mundi, Liquiritiæ* an. ℥j. *Tragacanthæ* ℥iij. *Aq. font.* ℔iv. *Sacchari* ℔ij. Semine Malvæ & Tragacantha in petia ligatis coquantur ſ. a. in Syrupum. *Vide corp. ph p. 513. b.*

Syrupus Maſtichinus Stomachalis *Zvvelff.*

℞. *Aquæ Maſtichinæ ſtomachicæ noſtr.* in claſſe xv. deſcriptæ libram unam; cui adde *Sacchari albi. Can.* unicas viginti.

Ac ſolâ ejuſdem diſſolutione, leniſſimo in calore, fiat Syrupus gratiſſimus, Ventriculo & Cerebro roborando in affectibus eorum frigidis efficax. Doſis eſt ℥ß. ad ℥iß. *V. de corp. ph p. 531. b.*

Syrupus de Mentha Stomachalis *Zvvelff.*

℞. *Menthæ recentis odorif.* libras quatuor vel quinque. *Cinamomi acuti* ℥iß. *Nuc. Moſchatar.* ʒvj. *Macis* ʒij. Deſtillentur ſine ulla alia additione, aut liquoris cujuſdam affuſione in Baln. n. vaporoſo, ad omnem humiditatis prolectionem; ſiccitatemque ſpecierum, liquori egreſſo denuò immerge ſequentia ſaltem inciſa; utpote *Cinamomi acuti* ℥j. *Nuc. Moſchat.* ℥ß. *Galangæ, Calami Aromatici* an. ʒiij. *Maſtichis electæ* ʒij. Triduana maceratione circiter peractâ, fiat colatura, Eſſentia colata purificetur vel per filtrum, aut clarificatione in alembico inſtituta qua eſſentia interim aſſervata accipe *Sacchari albi* libras iij. Solvatur

vatur cum *succi Menthæ recenter expressi & depurati* libra una semis, coquantur ad consistentiam ferè tabulati, *cui junge Aquam superiorem essentificatam fragrantem* in quantitate competenti respectu sacchari. Ac solâ dissolutione veluti sacchari conficiatur justæ consistentiæ Syrupus, qui præstans est in roborando stomacho, Nauseam vomitusque spontaneos compescit, aliisque morbis ventriculi, à causa frigida natis medetur, porrectus in vehiculis convenientibus, utpote vino Cydoniorum vel Granatorum, ab ℥j. ad ℥ß. *Vide corp. ph. p. 532. b.*

Syrupus Masticinus *Fischeri.*

℞. *Mast. alb. el.* ℥iij. *aq. menth.* ℥viij. *ros.* ℥vj. *vin. alb.* ℥ij. coq. cum *sacch. alb.* ℔. j. F. Syr.

Syrupus de Mentha major. *P. A. V.*

℞. *Succ. cydon.* acido-dulc. *granator.* acido-dulc. ana ℔ iß. in his macera p. 24. h. *menth. sicc.* ℔ iß. *ros. rub.* ℥ij. coq. lento igne ad dimid. & post col. adde *sacch.* ℔ij. in fine aromatisetur *gall. mosch. vera* ℥iij. F. Syr. *Vide corp. ph. p. 532. b.*

Syrupus Myrtillorum *Phar. Nor.*

℞. *Baccarum Myrtillorum recent.* ℥iiß. *Santali albi, rubri, Sem. Sumach. Flor. Balaustiorum Rosarum rubr. Berberum* an. ʒxv. *Mespilorum* ℥vj. ʒij. Coquantur in aquæ fontanæ ℔ viij. ad consumptionem medietatis, & colaturæ addantur. *Succi Granatorum acetosorum, Cydoniorum* an. ℥vj. *Sacchari* ℔iij. Fiat s. a. Syrupus. *Vide corp. ph. p. 489. b.*

Syrupus myrtinus comp. *P. A. R.*

℞. *Bacc. myrti* ʒxx. *rof. rub. santal. alb. rub. sumach. balaust. berber.* ana ʒxv. *mespilor.* ʒ. 50. *succ. pom. agrestium cydon.* ana ℔ß. coq. cum *aq.* ℔viij. ad med. col. & cum *sacch.* ℔ iij. F. s. a. Syr. *Vid. corp. ph. p. 489. b.*

Syrupus Nephriticus *Minsichti.*

℞. *Aq. antinephr. nostr. lithontript.* ana ℥x. *sal. lap. pers. lap. cancr.* ana ℥ß. m. & solut. adde *fl. malv. arb. rub. rec. exsicc.* q. s. diger. p. aliq. d. dum perfecte tingantur postea cum *sacch. alb.* ℔. ij. coq. Syrupus. *Vid. corp. ph. p. 522. b.*

Syrupus Nephriticus aut contra calculum *Zwelff.*

℞. *Rad. recent. Apii* ℥j. *Petrosel* ℥iij. *Ononidis, Pimpinellæ,* an. ℥iß. *Calami aromat. liquirit,* an. ℥j. *Rad. asparagi recent.* ℥iv. *Herb. recent. Nasturtii hortens. Petroselini, Rutæ muraria,* an ℥iij. *Bacc. Juniperi* ℥iß. *Alkekengi* ℥j *Sem. Nasturtii, Urticæ,* an. ℥ß. *Saxifragia, Dauci, Thlaspios, carvi* an. ʒvj. Incisa & contusa coquantur in s.q. aquæ simplicis (*vel in aqua Betulæ*, si haberi possit scil. quæ temporis veris ex arbore Betulæ sauciata sponte effluxit,) ad remanentiam librarum duarum, colatura cum expressione facta probè clarificetur, cui adde *Succi Raphani hortensis* radulâ comminuti, *recenter. expr. & depurati* libram unam, *Sacchari Canarii albi* libras iij. Et ad consistentiam debitam Syrupi denuò coquantur. Vires habet eximias in cienda urina, exturbando calculo & sabulo, cum Renum, tum vesicæ, Renes, meatus urinarios, tùm etiam vesicam mundificat, calculi propagines, ipsas arenulas exturbando, velut in herba seminium præcidit supposito, quod ejus usus continuato vigeat, exhibendo pro dosi ℥j. ad ℥iß. in decocto Cicerum & Petroselini.

Syrupus de Nymphæa *Zwelff.*

℞. *Destilletur ex floribus Nymphaæ albis aqua sine ulla additione*, ex baln. nostro vaporoso; huj⁹ aquæ destillatæ libris duabus semis immerge *florum recentium Nymphaæ* libram semis, Facta digestione per biduum,

tum, aqua à floribus, colatura separetur, ac probè clarificetur, qua interim asservata, fiat è *Florum Nymphaea recent.* libra una & aquæ communis ferventis libris quatuor, *infusio*, ac unius diei circiter maceratio, quâ peractâ, colatura etiam & florum expressio. Huic porrò aquæ fervefactæ prius denuò immergatur *Florum Nymphaea recent.* libra semis vel una, peractaque digestione denuò brevi, aqua iterum à floribus; per expressionem separetur, ac alb. ovorum optime clarificetur, cui adde *Sacchari albi Can.* libras quatuor, coquantur ad omnem ferè aquositatis exhalationem, & ad tabulati ferè consistentiam, cui tandem jungantur *superioris aqua destillata, & impragnata* libræ duæ sem. & unica saltem ebullitione conficiatur syrupus debitæ consistentiæ. Qui insignes obtinet virtutes refrigerandi & humectandi, Viscerum æstus mitigat, sitim temperat, ac febrium ardores compescit, somnum conciliat, atque omnes dolores lenit. Dosis est ℥ß. ad ℥j. *Vide corp. ph. p. 523. b.*

Syrupus Ophthalmicus *Timæi.*

℞. *Succ. euphrag. rec.* ℥iv. *ros. pall.* ℥ij. *chelid. rut. verben.* ana ℥j. *fœn.* ℥ij. depur. & cum *sacch.* f. s. a. Syr.

Syrupus de Papavere comp. *P. A. V.*

℞. *Capit. pap. alb. & nig. cum semin.* ana ℥vj. ʒij. *capill. ven.* ʒxv. *glyc.* ʒv. *jujub.* No. xxx. *sem. lact.* ʒv. *malv. cydon.* ana ʒvj. coq. in ℔viij. aq. ad med. colat. ℔ iij. adde *Sacch. alb. penid.* ana ℔j. F. Syr. *Vid. corp. ph. p. 514. b.*

Syrupus de Papavere simplex *Zwelff.*

℞. *Capitum papav. albi & nigri* an. recent. una cum seminibus ℥viij. Conscissa capita, semina autem parum conquassata *coquantur in s. q. aq. simplicis* ad remanentiam trium circiter librarum, decoctum colatum, & debitè alb. ovor. clarificatum, additis *Sacchari*

albiss. libris duabus. Coquantur ad competentem Syrupi consistentiam; Somnum hic conciliat, præsertim infantibus, caloris febrilis incendium mitigat, humectat, & refrigerat, defluxiones à capite tenues & acres ad pectus & asperam arteriam ruentes sistit, à drachmis duabus, vel unica semis infantibus & pueris, adultioribus verò ad unciam datus. *Vide corp. ph. p.* 514. *b.*

Syrupus Pectoralis *Minsichti.*

℞. *Rad. glyc. ras. tussil.* ana ℥ij. *enul camp. irid. fl. angel.* ana ℥i. *herb. pulmon. utr. cap. ven. Salv. marrub. Scab.* ana ℥ß. *flor. cham. viol. farferæ jaceæ* ana ʒii incid. cont. & inf. in *aq. cardb. fœn.* ana ℔iij. *malv. min. veron. rad. alth.* ana ℔j coq. ad 3. p. consi. colat. ℔vj. inf. *pass. min.* ℥iv. *Sem. card. mariæ myrtillor. anis. urt. rom. cydon* ana ℥ß. *dactyl. jujub. Sebesten. fic. ping.* ana no. xxi. iterum coq. ad 4. p. cons. fortit expr. & col. colat ℔iv. adde *Sacch. alb.* ℔ij. denuo coq. & inter coq. aromatiz. cum *croc. or. card. min. macis. cinam.* ana ʒij. ligentur in panno raro & una ebull. s. a. f. Syr cui adde aq. cinam ℥iij. *Vide corp. ph. p.* 514. *b.*

Syrupus de Pilosella seu Hispidula *Renodæi P. A. R.*

℞. *Summitatum floridarum* & recentium, *Pilosellæ* libram unam. Infundantur per horas duodecim, in libris quinque aquæ calentis, deinde lento igne bulliant, ac hinc colaturæ libris quatuor, addendo Sacchari libras tres.

Coquantur ex arte in Syrupum. Ad plurimos pulmonis affectus depellendos maxime idoneus, ejus enim vulnera sanat, & ulcera retardat.

Exhibetur potissimum iis, quibus à capite aut aliis partibus in thoracem fit defluxio, & quibus pulmones pituitoso humore multò infarciuntur. Siquidem humoris

moris irruentis impetum cohibet, influxum coquit, partem affectam roborat, ac expectorationem promovet. *Vide corp. ph. p. 517. b.*

Syrupus Antiphthisicus & vulnerarius *Zwelfferi.*

℞. *Aquæ oculorum populi arboris*, aquæ summitat. Abietis seu Laricis arboris, (vulgò Fehrerne Gipffel/) ana tempore veris sine additione ullius rei ex Balneo n. vapor. destillat libras duas. In his mixtis aquis macerentur sequentia saltem incisa; utpotè *Rad. recent. Enulæ camp, Saniculæ* ana ℥iß. *Tormentillæ.* ℥j. *Cichorii sylv.* ℥ij. *Pimpinellæ* ℥j. *Symphyti maj.* ʒvj. *Herb. recent. veronicæ* ℥iij. *Hederæ terrest. Millefolii. Consolidæ. Sarac. Flor. recent. Papav. errat. rosarum rub.* ana ℥j. Maceratione sufficienti peracta in vase bene clauso & moderato calore, fiat colatura cum forti expressione, expressum *alb. ovorum* in alembico vitreo, suo capitello munito, probè *clarificetur*, interimque asservetur. Jam verò;

℞. *Species ab infusione relictas*, quibus porrò adde *rad. recent. Enulæ camp.* ℥iß. *Saniculæ, Cichorii sylv.* ana ℥ij. *Pimpinellæ, Symphyti maj. Tormentillæ* ana ℥j. *Herb. recent. Veronicæ, Hederæ terrest. Millefolii, Pulmonar. maculosæ, Consol. Saracen, Flor. recent. papav. errat. Rosarum rub.* an. ℥iij Incisa coquantur in s.q. aq. simpl. repetitis vicibus, quousque omnis virtus extracta sit, colaturæ omnes junctim clarificatæ, additis *sacchari can. albi* libris sex ad consistentiam quasi tabulati denuò coquantur, addendo tandem Aquam superius asservatam & essentificatam in tanta quantitate, ut una vel altera ebullitione syrupi consistentia emergat.

Qui in omnibus exulcerationibus internis, Phthisi, Vomica pulmonum, Empyematibus, Vulneribus profun-

 dis

præſertim pectoris ſalutariter exhibetur, ſive per ſe, ſive in vehiculis appropriatis, utpotè aquis vulnerariis; ſero lactis caprini, imò in lacte caprino ipſo ab unc. j. ad ℥ß. *Vide corp. ph. p. 516. b*

Syrupus de Pœonia *Zvvelff.*

Deſtillentur ex recentibus floribus Pœoniæ per Baln. n. vaporoſum ſine ulla alia additione aquæ libræ duæ. Huic aquæ deſtillatæ *immergantur dictorum florum pœoniæ recentium* ℥vj. vel ℥viij. *Rad. Pœoniæ recent. conſciſſ. teſſelatim.* ℥iß. Digerantur in calore per diem unum atque alterum in vaſo clauſo, fiat poſt colatura & lenis expreſſio, eſſentiâ interim clarificatâ & aſſervata, *fiat ex florum eorundem recent.* libra una ſemis, *Radicum etiam Pœoniæ mar. recent. ſicc.* ℥iß. cum ſuffic. quantit. Aquæ ſimplicis ferventis, *Infuſio* per biduum, & demum colatura & expreſſio, colatura alb. ovorum probè clarificata additis *Sacchari Canari albi* libris tribus. Coquatur ad omnem ferè humiditatis exhalationem, & conſiſtentiam quaſi tabulati, addendo ultimò Aquæ ſuperioris deſtillatæ ex recentibus floribus eſſentificatæ ſuff. quant. (libras circiter duas.) Fiatque una, aut paucis ebullitionibus ſyrupus Antepilepticus, qui comitialibus morbis, ac Uterinis affectibus opitulatur, ab ℥ß. ad unciam unam. *Vide corp. ph. p. 472. b.*

Syrupus è pomis ſimplex *Meſuæ.*

℞. *Succi pomorum, dulcium Acidorum* ana defæcatorum ℔v. *Cum Sacchari* ℔iij. fiat, ex arte, ſyrupus. qui Cor imbecillum roborat, ſyncopi, Cordis palpitationi ac omnibus cordis affectibus ab atra bile natis ſuccurrit: ventriculum firmat, ſitim ſedat, febribusque bilioſis auxiliatur, cor, & facultates ejus omnes ſopitas excitat, ac lætitiam inducit.

E dul-

dulcibus eligenda sunt sapidissima, ex acidis, quæ vinosa dicuntur, nostris Weinling aut Beyäpffel: quæ integra, hoc est, cum corticibus sunt exprimenda.

Syrupus de Pomis Cordialis *Zvvelff*.

℞. *Gran. Kermes legitim.* ℥ij. *Cort. Arant. recent. & extimorum, Citri recent. & extim.* ana ℥j. *Flor. Tunicæ recent. rub.* ℥iß. Quæ cuncta immergantur in *succi pomorum redolent.* recenter expressi & depurati ℔ & peractâ digestione biduana, fiat colaturâ speciebus verò residuis adhuc affunde, *Succi pomorum acido dulc. & redolent.* recenter expr. libram semis; reiterataque digestione aliquali, fiat denuò colatura, quæ ambæ colaturæ depurandæ, & clarificandæ, addendo, tandem Sacchari Can. albi ℔ij. Fiat unâ vel alterâ saltem ebullitione, terreo in vase, syrupus debitæ consistentiæ.

Is in roborando corde, viribusq; deperditis restaurandis est eximius refrigerat, humectat, & malignitati resistit, adeoque in febribus ardentibus malignis, cum fructu exhiberi potest, ab ℥ß ad ℥j.

Syrupus Pectoralis *Altenburgensis*.

℞. *Rad. Symph. farfaræ alth.* ana ℥vj. *enulæ* ℥ß *lign. sanct.* ℥vj. *scill. præp. sant rub.* an. ℥ij. *sem. cumin. urt.* ana ℥iij. *anis. cardam.* an. ℥j. *flor. ros. r.* mij. *fol. beton. plant. pimp. pilosell. polygon. marrub.* an. mj. *salv. pulmonar.* ana mß. *jujub.* nov. contus. coq. in dipl. cum *aq. scab. ros.* an. q. s. colat. cum *sacch.* F. Syrup. *Vid. corp. ph. p.* 515. *b.*

Syrupus de Pede cati, *Schrœd*.

℞. *Dactyl. mund. jujub. Sebesten. fic. rec. pass. major. enuel.* ana ℥iv. *ung. caball. c. toto pulm. macul. c. fl.* ana mij. *pedis cati ceterach.* ana m. j. *glyc. ras.* ℥j. coq. & cum *sacch.* ℔ij. F. Syrupus. *Vide corp. ph. p.* 516. *b.*

Syrupus Perlarum Orient. *Minsichti.*

℞. *Aq. rof. fragr. borrag. bugl.* ana ℥vj. *Sal. perl. or.* ʒß. m. & ſolut. adde *amygd.* d. q. ſ. F. emulſio cui poſtea adde *Sacch. alb.* ℔j coq. & F. Syr. *vide corp. ph. p.* 474. b.

Syrupus anti Phthiſicus *Zvvelfferi.*

℞. *Aq. oculor. populi arb. quæ ſummit. abietis ſeu laric. arb.* ana tempore veris ſine additione ullius rei ex B. n. vapor. deſt. ℔ ij. in his mixtis aquis macerentur *rad. enulæ Sanic.* ana ℥iß. *torm.* ℥j. *cich. ſylv.* ℥ij. *pimp.* ℥j. *Symph. maj.* ʒvj. *herb. veron.* ℥iij *hed. terr. mille fol. conſol. ſaracen. flor. rec. pap. err. roſ. rub.* ana ℥ij, macerat. ſuffic. peracta in vaſe bene clauſo & moderato calore f. colat cum forti expr. clarif. cum alb. ov. in alemb. vitreo ſuo capitello munito jam v. recipe Spec. ab infuſ. relict. quib. porro adde *rad. enul. camp.* ℥iß. *Sanic. cich, Sylv.* ana. ℥ij. *pimp. ſymph. maj. torm.* ana. ℥i. *herb. rec. veron.. hed. terr. mille fol. pulm. macul. conſol. ſarac. fl. rec. pap. err. roſ. rub.* ana ℥iij inciſa coq. in ſ. q. *aq. ſimp.* repetitis vicib. colaturæ omnes junctæ & clarif. adde *Sacch. canar. alb*, ℔vj. coq. addendo aquam ſuperius aſſerv. & F. l. a. Syr. *vide corp. ph p.* 516. *b.*

Syrupus de Portulaca *Marggravii.*

℞. *Succ. portul.* ℔j. *bellid. frag. lact. plant. ſemper viv. med. viol. depur.* ana. ℥ij. *ſem. cydon.* ʒij. coq. ex *aq.* & *Sacch. alb.* ℔ij. F. Syrupus.

Syrupus de Praſſio *P. A. V.*

℞. *Praſſii ſeu marrubii albi* non admodum ſicci ℥ij *glyc.* ℥i. *cap. ven. hyſſ.* ana ʒvj. *calam. anis. rad. apii fœn.* ana ʒv *irid. ſem. malv. fœnugr.* ana ʒiij. *lini cydon.* ana ʒij. *paſſ. maj. mund.* ℥v. *caric. ping. no.* xvj. coq. ex aq. ℔. x. ad dimid. addendo. *Sacch. alb. mell. deſp.* ana ℔ij. F. Syr. *Vide corp. ph. p.* 517. *b.*

Syru-

Syrupus de Pyrethro *Minsichti.*

℞. *Agar. alb & leviss.* ℥iß. *rad pyrethri* ℥i. *pæon. maris acori pimp.* ana ℥ß. *Sem. fœn. pœon. bacc. jun.* ana ℥iij. *herb. matricar. agrim. hyss. prim. ver. majoran. mentastri nepetha* ana ℥ij. *fl. lil. conv. verbasci bugl. anthos.* ana ℥iß. *cinam. acut. nuc. mosch. cubeb.* ana ℥j. incis. & cont in f. in. *aq. salv. & rorism.* ana ℔iij. St. in inf. p. n. coq. ad 3. p. cons. colat. claræ ℔jv. *Sacch. alb.* ℔ij. m. & coq. ut f. Syr. *vide corp. ph. p.475. b.*

Syrupus de quinque radicibus *Mesuæ. P. A. R.*

℞. *Rad. Apii, fœniculi, Petroselini, Asparagi, Rusci* ana ℥ij. *Aquæ font.* ℔vj. Coquantur ad tertiæ partis consumptionem: Expressum coquatur denuò, secundum artem, cum Sacchari ℔iij; Addendo ad finem *Aceti albi* ℥viij. Humorum lentorem incidit, & præparat, obstructaque potenter aperit. *Vide corp. ph. p.505. b.*

Syrupus Rosatus simplex *Zuvelff.*

℞. *Aquæ Rosarum* sine ulla additione ex Baln. n. vaporoso still. lib. duas; Cui *aquæ fragr.* immergantur *Rosarum rub. recentium* ℥viij. superinspergendo *Spiritus* ⊕*li.* ʒß. Fiat per biduum circiter digestio in vitro bene clauso, quâ peractâ digestione, fiat colatura & rosarum expressio; expressa & colata aqua per filtrum probè clarificetur, interimque asservetur. Tùm accipe *Rosarum rub. recentium* ℥viij. Eaque leniter coquantur, in s. q. aquæ simplicis ad remanentiam circiter librarum duarum, factâ pòst colaturâ cum forti expressione rosarum, clarificetur decoctum album. ovorum, cui adde *Sacchari albi Can.* ℔iiiß. Denuò coquantur ad totam ferè decocti exhalationẽ & consistentiam quasi tabulati, cui tandem aquæ superius asservatæ odoriferæ essentificatæ & subacidæ lib. duæ circiter addantur. Ac una saltem ebullitione factâ (sed cuncta in vase terreo vitreato peragendo)

Syrupus efficietur gratus & efficax, in hepate & ventriculo roborando; Refrigerat, insuper humectat, caloremque febrilem extinguit; quo cum etiam ex tempore Tinctura Rosarum, aquis approprialis, vel etiam simplicibus aut decoctis commixtus, confici potest: Hoc autem denuò observetur, ut in terreis, vitreisque vasis, ejus præparatio instituatur. *Vid. corp. ph. p. 505. b.*

Syrupus Sambuci comp. *Londin.*

℞. *Bacc. samb. matur. a stip. liber.* ℔ ij. *pass. min. mund.* ℔ j. *fl. borr. bugl. viol. ros. r.* an. ℥ j *vin. claret.* ℔ ij, coq. in c lib. dein f. colat. clara cui adde *sacch. opt.* q. s. F. Syrupus.

Syrupus Scelotyrbicus *P. A. R. Foresti.*

℞. *Succ. nast. aq. beccab* an. ℔ ß. *fumar. lupuli* an. ℥ iij lento igne destillando abstrahantur ejus ℥ ivß, resid. cum *sacch.* ℥ viij. clarific. & ultra tabulati consist. coct. cum aq. dest. permisc. ac debit. syr. consist. *V. corp. ph p. 525. b*

Syrupus de Scolopendrio *Fernelii P. A. V.*

℞. *Polyp. q. rad. bugl. cort. rad. capp. tamar.* an. ℥ ij *scolopendr. seu ceterach.* m iij. *lupul. cap. ven. cuscut. mellissophylli* an. m j. coq. in aq. ℔. ix. ad reman. v. col. adde *sacch. alb.* ℔ iv. F. l. a. Syr. *Vid. corp. ph. p. 506. b.*

Syrupus Pectoralis *Timæi.*

℞. *Cap. pap. alb. cum sem.* nov. *liquir. ras. siliq. dulc.* an. ℥ ß. *jujub. fic.* ana No. viij. *tuss.* m j. *sem. cydon.* ʒ j. incis. coq. ex s. q. *aq. tuss.* pro ℔ j. *sacch. penid. cand.* ana ℥ iß. coq. & F. Syr.

Syrupus Scorbuticus *Minsichti.*

℞. *Succ. chamarub. Norvveg.* ℔ iij, *nast. aq. beccab. cochl.* ana ℔ ß. *acetos. sacch.* ℔ iß. F. Syr.

Syrupus Scorbuticus *Dolæi.*

℞. *Succ. cochl. nast. beccab. nast.* ana ℔ iß. *sacch.* ℔ iiß. *succ. citri* ℔ j. *carn. citri.* ℥ iß. coq. & F. Syr.

Syru-

Syrupus de Scordio comp. *P. A. V.*

℞. *Flor. nymph. rosar. borrag. citri fol. sonchi borrag. acetosæ pimpinel.* P. v. *sem. acetos. citri* ana ʒv. decoque in *aq. hord.* ℔iij. ad 3. p. cons. dein adde ℔ij. *scord. succi depur.* ℔iij. *sacch.* ℔iv. coq. s.a. in fine adde *camph. mosch.* ana ℈ß. F. S. *Vide corp. ph. p. 468. b.*

Syrupus de Scordio comp. *Zuvelff.*

℞. *Herb. rec. scord. nostr.* ℔. vj. *rut. hort.* ℔iij. *cort. aurant. citri rec.* ℥iv. mixta & incisa dest. per se ex baln. vapor. ad siccitat. aquæ hujus ℔iiß. immerg. *herb. rec. scord.* ℥iv. *rut. hort.* ℥ij. *sem. citri conquass.* ℥ß. & facta dig. spatio unius alteriusve diei f. colatura cũ express. qua interim asservata essentia prius clarificata accipe species ab extractione relictas quas coque cum s. q. *aq. simp.* ad reman. ℔j. colat. expr. & clarif. adde *succ. scord. recenter expressi* & probe depurati ℔ij. *sacch. alb.* ℥iv. coq. ad exhalat. humidit. & tabulati fere consist. addendo demum aq. superius asservatæ & impregnatæ ℔iiß. *Vide Corp. ph. p. 468. b.*

Syrupus Scelotyrbicus *digestivus Ph. Nor.*

℞. *Passular. Corinth. succo acetos. inebriatar.* ℥iß. *Rad. Polypodii quercini* ℥ß. *Bistortæ* ʒiij. *Asari Liquiritiæ, Oxylapathi,* ana ʒij. *Cort. radicum Capparum, Tamarisci, Sem. Anisi, fœniculi* ana ʒiß. *Urticæ* ℈iiij. *Agni casti* ℥j. *Herb. Cuscutæ, Acetosæ Capillorum Ven. Lichenis Petrei, Ceterach, Linguæ Cervinæ* aa. m. ß. *Thymi, Epithymi* ana p. ij. *Flor. Borraginis, Buglossæ, Violarum* ana p. j. *Cinamomi* ʒiß. Premissâ destillatione fiat decoctio in aquæ purissimæ s. q. ad remanentiam ℔j. In colatura clarificata dissolve Sacchari albiss. ℔j. Iterum coque ad spissam consistentiam & affusa destillati s. q. f. Syrupus. *Vide corp. ph. p. 525. b.*

Syru-

Syrupus Antiſcorbuticus *Zvvelff.*

℞. *Herb. recent, Beccabung. Cochleariæ, Naſturtii hort Naſturtii aquat.* ana ſ. q. Ex his mixtis herbis conſciſis deſtilletur ſine alia additione ex baln. n. vaporoſo aqua præſtans. *Hujus aquæ deſtillatæ* ℔ij. *immergantur ſequentia* minutim inciſa, nimirum: *Herb. recent. Cochleariæ, Naſturtii aquat, Naſturtii hort.* ana ℥iv. Peractâ aliquali digeſtione, in vitro benè clauſo fiat colatura cum expreſſione leni, quâ interim aſſervatâ aquâ, accipe porrò *Succorum recenter expreſſorum & depurat.* utpotè *Cochleariæ, Naſturtii hortens. Naſturtii aquat.* ana ℔j. & additis *ſacchari albi Can.* ℔iiiß. Coquantur ad omnem ferè humiditatis & ſuccorum exhalationem & tabulati quaſi conſiſtentiam, cui tandem jungantur aquæ ſuperius deſtillatæ & impræ gnatæ ℔ij. circiter, ac una vel altera ebullitione in terreo vaſe, fiat ſyrupus præſtans in ſcorbuto.

Lienis & Meſenterii obſtructiones aperit, ac eroſionibus oris & Gingivarum, ſanguinem continuò fundentibus, admixto modico cremoris Tartari, mirificè prodeſt; In aquis appropriatis ab ℥ß. ad ℥j. porrigendus, *Vide corp. ph. p. 525. b.*

Syrupus Spleneticus *Zvvelfferi.*

℞. *Oculorum cancrorum* in pulverem ſaltem redactorum ℥iij. *Cremoris Tartari* ſubtiliter triti ℥ij. His mixtis ſuperaffundantur in alembico vitreo *Vini albi Rhenani* ℔ij. *Spiritus Salis veri* ℥ij. Bulliant parum in alembico vitreo, ſuo capitello munito, juncturisque bene clauſis, ut id, quod bulliendo tranſit, excipi, & reſiduo, cùm refrixerit, reaffundi poſſit, fiat pòſt omnibus refrigeratis colatura, quâ interim aſſervatâ porrò accipe *Rad. recent. Apii Cichorii ſylv.*

fœni-

fœniculi, Pimpinellæ, Petroselini, ana ℥ij. *Calami aromat. Galangæ* ana ʒvj. *Herb. recent. Scolopendrii, Chærefolii, Cochleariæ, Nasturtii hort. Asplenii Matrisylvæ* ana ℥ij. *Sem. Urticæ, Nasturtii*, ana ℥j. *Apii.* ℥ß. *Bacc. Juniperi* ʒvj. Incisa & conquassata coquantur, in s. q. *aquæ simplicis* ad remanentiā circiter ℔iij. colaturæ expressæ & probè priùs clarificatæ adde, *Sacchari canarii* albi ℔iiiß. ac porrò ad humiditatis superfluæ exhalationem, seu tabulati ferè consistentiam coquantur, addendo tandem: *Vini superius parati & asservati* suffic. quantitatem (℔ij. circiter.) Et una vel altera ebullitione, in terreo vase vitreato fiat syrupus.

Ad obstructiones Mesenterii reserandas, ac menstrua mulierum pellenda efficaciter concurrit. Dosis ℥j. ad ℥iß. *Vide. corp. ph. p. 506. b.*

Syrupus è stercore Pavonis W. *ex Schræd.*

Ab hoc liquore aureo, per M. B. separa de Menstruo, id, quod rarius est, ut remaneat liquor crassus: *cui instillabis Spir. Vin. Spiritu sicco* [☐]*na animatum*; & præcipitabitur corpus auri, instar calcis albæ. Quando nihil amplius cadit, fundumque petit; sine calorem residere, ut per inclinationem liquorem decantare possis; ab hocque Spiritum vini destillatione leni separa, & novum spiritum animatum liquori instilla, ut & residuum corpus auri præcipitetur. Tunc separata calce præcipitatâ, inde liquorem cucurbitæ vitreæ, & calore cinerum seu arenæ, lenissimo destilla, donec striæ spiritus vini ad latera cucurbitæ appareant rubicundæ; Nam signum est, unum altero, seu spiritum sulphure, secundum naturam esse satiatum. Sicque Tinctura sive Essentia auri in fundo cucurbitæ rubicundiss. apparebit,

rebit, magnarum virium, quæ addito pauxillo Spiritus vini, & vitro seu cucurbita saltem eluenda, ne quicquam de illo pereat, aut lateribus cucurbitæ, in effusione inutiliter agglutinatum, in residuo hærens maneat. Servetur tanquam pretiosissimum medicamentum, in morbis omnibus desperatis, sub dosi trium vel quatuor guttularum, in uno vel altero cochleari vini, vel alio appropriato vehiculo exhibendum. *Vide. corp. ph. p. 216. b.*

Tinctura auri alia *Zvvelff.*

℞. *Auri puriss. per Antimon. purgati* ℥ij. Solvatur in *Spiritus Salis opt.* rectificati suff. q. quoad totaliter solutum sit. Solutioni huic infunde guttatim *Spiritus Microcosmi seu Salis Microcosmi veri*, id est, *Urinæ*, debitè parati, quousque strepitus audiatur, isque totaliter cesset. Solutio hæc una cum præcipitato Auro im̃ittatur alembico vitreo, & per M. B. destillando abstrahatur tota humiditas; quæ insipida erit: quo facto collocetur cucurbita cum residuo Sale & auro in arenam, deturque ignis per gradus, donec sublimetur tota illa salina substantia, aurum secum elevans ad capitellum. Peracta sublimatione, *asservetur Sal iste sublimatus*, cui potior pars auri soluti essentialiter inhæret in vitro probè clauso. *Aurum verò à sublimatione prima relictum*, ac remanens, *novo denuò solvatur Spiritu Salis* ac pari modo *cum Sale, vel Spiritu sicco urinæ præcipitetur*, & evocatâ destillationis medio, humiditate aqueâ, in M. B. residuum ignè arenæ sublimetur, & quidem ultimò forti, ut cucurbita inferiùs candeat. Atque hæc solutio auri à sublimationibus residui, eademq; præcipitatio, humiditatisq; abstractio, & salis sublimatio, (evehentis secum aurum) tot iteranda est vicibus, usque dum integrum ferè aurum volatilisatum & spirituale factum fuerit. Hinc *sublimatus Sal omnis* affusâ suff. quant. *aquæ*

simplicis solvatur, ut aurum denuò àb adjuncto sale liberetur pulvisculus verò solaris, fundum petens, probè edulcoretur. Ex hoc tandem edulcorato pulvisculo, auri, *beneficio Spiritus vini ad summum rectificati, sale tamen, vel Spiritu, Microcosmi animati, extrahatur Tinctura iterato*, quousque nihil amplius de Tinctura conspiciatur. Tincti Spiritus omnes & junctim in M. B. ad oleitatem abstrahantur, ut liquor rubicundus remaneat pretiosus; qui asservandus, ac morbis deploratis opponendus. *Vide corp. ph. p. 561. b.*

Tinctura Aloetica *Timæi*,

℞. *Aloes* ℥j. *myrrh.* ʒiij. *croc.* ʒj aff. *sp. vin.* ad eminent. 4. dig. p. 3. d. diger. in M. B. filtr. & F Tinctura.

Tinctura Anodyna *Brandenb.*

℞. *Extr. opii. simpl. aq. parati* ℥j. *aq. apopl. roris. vitr.* ana ℥jv. M. & digere donec opium omne sit solutũ tum liquorem probe tinctum per ch. bibul. colo.

Tinctura Aperitiva *D. F. H. th. H.*

℞. *Spir sal. striati.* ℔j. *aquila nostr. albiss.* ℥iij. M. tinge cum *gran. cherm.* s.q. & filtra. *Vide corp. ph. p. 619. b.*

Tinctura Aperitiva *Mœbii*,

℞. *Spir. sal, quater rectif. super cap. mort. propr.* hunc bis vel ter cohoba postea tingatur cum *torna solis*. Diuret & stom. est.

Tinctura Apoplectica *Michaelis*,

℞. *Spir. ceras. nigr. lil. conv. prim. ver.* ana ʒj. *essent. fl. anth. salv. lil. conv.* ana ʒß. F. Tinctura.

Tinctura Balsamica *VValdschmid.*

℞. *Spirit. lumbr. vin tartarisat.* ana ℥j. *sap. ven.* ʒij. *camph.* ℈ß. *aq. hyster.* ʒvj. F. Tinctura.

Tinctura Bezoardica *D. F. H. th. H.*

℞. *Essent. theriacal.* ℥x. *spir. sal. tart. vol.* ℥jv. *vitr. volat.*

℥ij. *camph.* ℥j. ft. in dig. una vel altera ſeptimana & vel per ſe uſui aſſerventur vel ting. *lign. ſantal. rub.* *Vide. corp. ph. p. 621. b.*

Tinctura *Benzoi.*

℞. *Benzoini* ℥iij. *Storacis* ℥ß. Groſsè pulveriſa, ac matracio vel lagenæ inde, ita ut pars dimidia vacua remaneat, Spiritus vini ℔j. affunde, vas accuratè obtura, & fimo calido circumdato; ſic in digeſtione per dies 15. ſtet, quibus præteritis liquorem filtrabis, eumque in phiala probè obturata ſervabis. Quidam, ut ei gratum odorem concilia nt, *Balſami Peruviani* guttas 5. vel. 6. addunt: faciem abſtergit; ejusque maculas delet, ejus ʒj. circiter ℥iiij. aquæ permiſcetur, cui lacteum colorem conciliat; Aquâ lacteâ, quæ lac virginale dicitur, lavantur facies & manus. *Vide corp ph p.* 619. *b.*

Tinctura Bezoardica volatilis.

℞. *Radic. Angelic. Enulæ. Gentian. Imperator Tormentill. Lontrajerv. Zedoar.* an. ℥j. *Herb. card. ben. Scordii rutæ Flor. Tunicæ Calendulæ*, ana m. ij. *Semin. Angelic, leviſtii* ana ℥ß. *Cortic. Citri.* ℥j. *Croci integri* ʒij. *myrrhæ elect.* ℥j. *Caſtorei, Opii.* an. ℥iij. Inciſis & contuſis affunde *Spir. Baccar. Juniperi* ℔vj. & cum diu invicem ſteterint, ac liquor probè fuerit impregnatus, eum cum ſpeciebus alembico immitte ac ſpiritum abſtrahe; ex reſiduo paretur extractum, cui ſuccato ſuperaffunde Spiritum prolectum ut probe impregnetur eſſentia extracti; Tum ſume Spiritus impregnati ℔iiij. [symbol] *is* [symbol] *i volatilis & Spir.* CC. an. ℔ß. ac *Eſſentiæ camphoræ* ʒj. Stent invicem ut omnia probè uniantur, ac ſerventur pro Tinctura Bezoardica volatili, magnarum virium, cujus doſis eſt à gutt. xx. Lx plus minus pro ægroti diſpoſitione & ætate. *Vide corp. ph. p.* 619. *b.*

Tin-

Tinctura cassiæ ligneæ *Minsichti.*

℞. *Aq. cinam. cum vino malvat. vel alio generoso dest.* ℔j. *cass. lign.* ℥vi. ft. tamdiu in digest. postea filtra. *Vide corp. ph. p.* 521. *b.*

Tinctura Catharctica *Clossai.*

℞. *Scamm.* ℥i, *turb. agar. hermod. rhab.* ana ℥iij. pulv. in d. lagenæ vitreæ addendo Sp. vin. per 40. d. circulati ut acrimoniam deponat ℔ß. vel ejus loco *aq. cinam still.* ℔i. in f. p. 8 d. in ciner. & agit. bis vel ter sing. dieb. ej° cochli cum ℥ß. *Syr. ros. pall. viol. vel limon acefacti* cum *Sp. vitr.* benigne corp. purg. *Vide corp. ph. p.* 622. *b.*

Tinctura cephalica *Fischeri.*

℞. *Sp. lign. Sassafr. rasar.* an. ℥i. *mixt. Simp.* ℥iß. *Elix. p. P.* ℥ß. *extr. beton. meliss.* ana ℥iß. *Syr. beton. miv. cyd.* ana ℥iß. *aq. Salv. rosar* ana ℥i. M. ft. in dig. per mensem postea filtr. in cephalalgia usurp. dosis ℥ß. adi.

Tinctura chalybis *Fischeri.*

℞. *Chalyb. hisp. limat.* ℥i *sp. Sal.* ℥ß. in d. vitro super ciner. fervid. tunc fit instar pulticullæ quam m. cum *vin. malv.* ℥iv. filtr. & F. T. in aff. hypoch. usurp. dosis ℥ß. cum liq conv.

Tinctura cochleariæ *Fischeri*

℞. *Essent. cochl. abs.* ana ℥ß. *Sp. sal. rectif. tart.* ana ℥i. *sp. samb. abs.* an. ℥iß. *Syr. cochl.* ℥ij. *aq. cochl. cich.* an. ℥iij. m. ft. in dig. per mens. postea filtr. in scorb. dosis ℈i. ad ℥ß.

Tinctura coralliorum *Minsichti.*

℞. *Spir. mell.* verum philos. dest. funde super *fragm. corall. rubric.* per se prius spagyr calc. ad extrah. tinct. donec. corpus alb remanserit extractiones omnes mixtas post debitam ablutionem in & coagulationem in. B. m. lente abstrahe & residuam essentiam rei solutæ & non menstrui solventis denuo *Sp. vin rectif.* extrahe usque dum Tinctur. rub. sang. instar acceperis quam in forma olei alcoole saltem ad medietatem evacuato. *Vide corp. ph.* 610. *b.*

Tinctu-

Tinctura Cinnamomi.

℞. *Cinnamomi contusi* quantum vis, matracio inde huicque *Spiritum vini* ad unius digiti eminentiam affunde; accuratè matracium obtura, idque in digestione per 4. aut 5. dies stet, invenies Spiritum vini Cinnamómi tinctura orbatum ac rubrum factum, eum à Cinnamomo separa, filtratamque hanc tincturam in probè obturata phiala serva egregium præbet cardiacum, ventriculum roborat, omnesque partes vitales recreat.

Uti poteris eâ, tanquam Cinnamomi aqua, sed dosi paulo minori. *Vide corp. ph. p. 622. b.*

Tinctura Coralliorum, *P. A. R.*

℞. *Spiritum mellis* funde *super fragmenta Coralliorum* rubicundissima pulverisata, digeranto extrahe toties Tincturam donec corpus album, & quasi mortuum remanenserit. Omnes extractiones mixtas lento igne coagula, residuumque denuo *rectificatissimo Vini Spiritu extrahe* & filtra.

Mundificat sanguinem, obstructiones viscerum reserat, atque in leucophlegmatia, cordis palpitatione, Syncope, Melancholia, hydrope, podagra, calculo, utero purgando, & vasis urinariis depurando proficuum medicamentum esse creditur. *Vide corp. ph. p. 609. b.*

Tinct. Coralliorum *Lemery.*

℞. *Ceram albam* igne lento in figulino vel vitreo vase *liquefacito*, in eamque conjicitò *corallium rubicundissimum ramosumque*, ita ut digito uno superemineat corallio cera, maneatque infusione super igne per dies duos, quibus præteritis, videbis corallium album evasisse, ceram verò rubro colore tinctam: Corallium remove, eoque calefacto, & absterso Corallio albo, *novum Corallium rubrum in ceram eandem conjicito*, in qua, ut prius mace-

maceretur, hæc removeatur, magis adhuc rubra, quàm priùs erit cera: hanc refrigerari permitte & in frusta minuta secato; in S. V. macerato addigitorum 3. supereminentiam, ibique reliquatur donec Spir. Vini imprægnatus fuerit Tincturâ quâ imprægnata fuerat cera alba, liquorem cola, ut ab eo separetur cera; lava hanc ceram, quâ ut prius uti poteris; Tincturam tuam 2, vel 3. aquæ permisce, ut si quæ soluta fuerit cera, & ab ea separetur. Filtra & evapora liquorem, in vitrea cucurbita igne arenæ, ad 4. partis remanentiam, supererit liquor rubicundus, quem in probè obturata phiala servabis, corroborat & per diaphoresin vel per urinas pravos expellit humores; datur à guttis 8. ad 20. in liquore aliquo convenienti. *Vide corp. p. 610. b.*

Tinctura Diaphoretica *Minsichti.*

℞. *Spir. vin. ex confect. bez. sol. n. residui flor. samb. rectif.* ana ℥jv. *tart. aliq. rectif.* ℥iij. *vitr. opt.* ℥j. *conf. alkerm.* ℥vj. dig. per aliq. d. sæpius movendo. *Vide corp. ph. p. 622. b.*

Tinctura Diaphoretica *Paracelsi.*

℞. *Zedoar. angel. calam. galang. macis zing. cinam. gran. para. d. pip. nig. caryoph. sassafr. salsap. ulmar.* ana ℥j. *aloes mast. myrrh. thur. camph.* ana ℥ß. *mosch* ℈j. inf. in *sp. vin. & aq. rosar. mosch.* ana q. s. ut 4. dig. supermin. p. 4. dies adde ad maturandam putrefactionem *sp. sulph. p. c.* ℥ß. *sal. jun.* ℥ij. st. in loc. cal. p. 14. d. *Vide corp. ph. p. 622. b.*

Tinctura Emetica *Bontekoe.*

℞. *Vitri antimon.* ℥ß. *cinam.* ℥j. *vin. alb.* ℥xx. m. diger. & F. Tinctura vomit. dosis ab ℥ßjß.

Tinctura Epileptica *Dolæi.*

℞. *Sal. vol. succin. cran. hum.* ana ℈j. *castor.* ℥ij. inf. in s. q. *sp. vin.* dig. & F. Tinctura dosis gutt. 20.

Tinctura Epileptica *Waldschmid.*

℞. *Tinctura Lunæ* ʒß *succin.* ʒij. M. F. Tinct. dosis gutt xv. in Epilepsia usurp.

Tinctura Epileptica *Michaelis.*

℞. *Spir ceras. nigr. fl. til. lil. conv.* ana ʒj. *essent. fl. paon. tunic.* ana ʒß. F. Tinct. dosis gutt. 25. in Epilepsia.

Tinctura Fragorum *P. A. R.*

℞. *Fragor. rec. in mort. marm. conquass. aq. cich.* an ℔ij. *endiv. fragor* ana ℔j *sp. vitr.* ʒj. diger. in loc. cal. p. n. filtr. & cum s. q. *syr. fragor. edulc.* *Vide corp. p. 623. b.*

Tinctura in Gonorrhæa *Timæi.*

℞. *Rad. torm. fragar. bist.* ana ℥ß. *fl ros. r.* Mj. *balaust.* Pj. *cort. gran.* ʒiij. *succ. acat.* ℥ß. *sem. berb.* ʒij. *cass. lign.* ʒiij. inf. in *vin. rub. stipt.* ℔jv. adde *sp. vitriol.* gutt. xxj. extrahe Tinct. adde *syr. cor. Q.* ℥vj.

Tinctura ant. Helmintica *Bontekoe.*

℞. *Sem. sant.* ℔j. *flor. tanaceti* ℥jv. *croc* ℥ß. *vin. hisp.* ℔vj. F. T. contra vermes dosis cochlij.

Tinctura Hydropica de *Spina.*

℞. *Rob. ebul.* ℥v. *samb.* ℥jv. *cinam.. rhab.* ana ʒj. *vin. opt* ℔jv. dig. per 10. d. dein. filtr.

Tinctura anti Febrilis *Bontekoe.*

℞. *Cort. chinach.* ℥ij. *rad. gent. herb. abs. cardb. cent. min.* ana ℥jv. *bacc. lauri. aloes.* ana ℥ß. *vin. hisp.* ℥Lx. F. T. dosis ℥jv. adv.

Tinctura anti Febrilis *Dolæi,*

℞. *Cort. chinach.* ʒiij. *sal. tart.* ʒj. *sp. vin.* q. s. extrah. l. a. Tinct.

Tinctura ad Fætorem oris de *Spina.*

℞. *Amygd. amar.* ℥iß. *camph.* ℥ß *mast.* ʒiij *olib.* ʒj. *pip.* gr. viij. contus inf. in *aq. font.* & parum *aq. ros.* diger. p. 24 h. col. & filtr. F. Tinct. dosis cochl. j.

Tinctura Hyperici *Minsichti.*

℞. *Succ herb. & flor. hyper. expr. & depur.* ℔ij. *anagallid.*

cum

cum flor. purp. expr. & depur. ℔i. *Sang. asin. ex venis post aures extr.* ℔ß. *flor. bulg. ros. rub. anth.* ana ℥vi. *confect. alkerm cass. lign.* ana ℥ß. *croc.* ʒi inf. p. n. ex M. B. dest. ad secundum cohobium hujus aq ℔ij. *essent fl. hyper. cum Sp. vin.* extr. ℥ß. ſt in loc. tep. p. n. mane aliquoties filtr. donec T. rub. accipias quæ *Sacch. cand. alb.* edulc. *Vide corp. ph. p. 624. b.*

Tinctura Jalappæ *P. A. R.*

℞. *Rad. jalapp.* ℥iij. *cort. citri rec.* ℥i. *cinam* ℥ß. *Sem. anisi* ℈ß. *sp. vin rectif.* ℥ij. f. infuſ. p. 3. d. in loc. cal. postea f. expr. fort. & filtr. *Vide corp. ph. p. 624. b.*

Tinctura Iſchuria *Michaels.*

℞. *Flor. cyani calcatr.* ana Mß. *aq. flor. cyani calcatr* ana ℥iij. *Sp. vitr. philos.* q. ſ. ſt. in infuſ. & F. Tinctura ſyr. frag. edulc.

Tinctura Juniperi *Minſichti*

℞. *Bacc. junip. rec. et contus.* ℔i. *Sem. anis* ℥iv. *rad. angel.* ℥i. *lign. nephrit.* ℥ß. *macis.* ʒij. m. inf. in *vin. malv.* ℔viij. ſt. in inf. p. 14. d. quotidie aliquoties movendo poſta in M. B. deſt. & cum hoc deſt. liq. ex bacc. junip. Tinct. extrahe *Vid. corp. ph. p. 624. b.*

Tinctura Illuminans *D. Dolæi.*

℞. *Rad. Fœniculi, Valerian.* an. ℥ß. *chelidon. maj. Been rubri* an. ℥iij. *Herb. nepet. euphraſ. meliſſ. verben.* an. Mß. *Flor. anthos Tunicæ* an p. ij. *Sem. Seſel. Fœniculi* an. ʒiij. *ammeos. ver.* ℥iß. *Macis.* ℥j. Ex his pulveriſatis *cum ſucco Aurant. dulcium* fiat paſta, cui per noctem adde *Spir. *ci* parum, poſtea affunde *Spir. Vini* ad eminentiam 4. digitorum, relinque per aliquot dies in infuſo dein adde *ſalis rutæ, euphr.* an. ℥iß, filtrentur & adde *Olei Cinamomi.* ℈j. *fœniculi* ʒß. mixta digerantur, & erit medicina in omnihus oculorum effectibus optima, & quaſi panacea à gutt. 20. ad 60. uſurpanda

Tinctura

Tinctura Laccæ *Minsichti.*

℞. *Gum. laccæ subtil. pulv.* ℥ß. *alum. usti.* ʒij. m. aff. *aq. lap. medic. cum aq. salv. & ros.* fact. ℔iij. st. in dig. & F. T. *Vid. corp. ph. p.* 624. *b.*

Tinctura Ligni guajaci *Minsichti.*

℞. *Rasur. lign. guaj.* ℥iv. *mast. el.* ℥j. *lign. al.* ʒj. *flor. tunic.* ʒß. m. aff. *sp. vin.* q. s. ad extr. T. *Vide corp. ph. p.* 623. *b.*

Tinctura Ligni Saffafras *Minsichti.*

℞. *Aq. Fontanæ bene coct. & adhuc summè calidæ* ℔ viij. *Lig. Saffafras* in taleolas tenues incis. ℥ij. Stent in infusione per noctem in olla nova, vitreata, & bene cooperta, donec per se refrigescant; Manè per chartam filtrentur, & colatura clara *cum Tinct. Cassiæ ligneæ* parùm aromatizetur, & ad usum pro potu quotidiano servetur.

Catharrhosis & Arthriticis Nectar est; ob ingentem enim siccitatem & calorem est remidium excellens ad omnis generis defluxiones. *Vide corp. ph. p.* 627. *b.*

Tinctura Lunæ *Lemery.*

Solve in matracio arenæ paulisper calidæ imposito duas *argenti* uncias, *cum Spiritus Nitri* ℥vj. Effunde solutionem in cucurbitam, vel aliud vas vitreum, in quod affusa fuerit pinta una aquæ salsæ, bene filtratæ, mox argentum præcipitabitur sub pulveris albi forma. Hunc omni modo residere permitte, hinc supernatantem aquam per inclinationem effunde.

Elue pulverem multoties aqua fontana, ut ab ea auferantur acrimonia salium, papyro super extensa exsiccetur, & in matracio ponatur, *superaffunde Salis volatilis urinæ* unciam unam *& Spiritus vini rectificati super Sale Tartari*, ut infrà describemus uncias viginti quatuor. Obtura hoc matracium alio matracio, ita scilicet,

ut ostium superioris ingrediatur collum ejus in quo contenta est materia & hoc est quod dicitur Vas occursus. Vesica madefacta vice luti, agglutinentur exactè commissuræ, & digeratur materia in fimo equino, vel ana logo calore per spatium quindecim dierum, per quorum curriculum Spiritus vini colore cœlesti inficietur, lutum à matraciis exime, & per chartam emporeticam materiam filtra, filtratam in phiala probe obturata serva.

Utilis est ad Paralysin, Apoplexiam, Epilepsiam aliosque Cerebri affectus, hac etiam utimur in febribus malignis, & in omnibus morbis diaphoresi opus habentibus, datur à guttis sex ad XVI. ex liquore convenienti. *Vide. corp ph.p.577.b.*

Tinctura Lunæ *Minf.*

℞, *Lunæ. puræ* q.v. & *in aq. forti resolve*, postea in frigido loco repono, protinus apparebunt crystalli, effunde tunc phlegma & exime crystallos; inde vitreæ seu lapideæ tabulæ, sine in hypogéo resolvere postea in aridum usque evaporare: Tunc habebis pulverem, *quem misce cum sale armoniaco* & secundum artem sublima, mox evehit secum sal armoniacum animam Lunæ veram. Hanc sublimatam materiam inde conchæ vitreæ & aq. pluviali destillata optimè edulcora, tunc corrosiva & superflua acredo aq. fortis cum sale armoniaco expellitur. Pulverem sicca deinde, & inde vitro, & *spiritum Microcosmi optimè rectificatum suffunde*, & 24. horas in loco calido repone, tunc in momento extrahet hic spiritus animam Lunæ pulchram, pellucidam, cœruleam in sapphyri colore; Menstruum verò tinctum aufer, & recens affunde, donec Sulphur omne extractum sit. Postea sine illud spontanea evaporatione evanescere vel in cineribus per alembicum abstrahe, & altera

vice

vice S. V. Philoſophicum affunde, qui fundamentalitet extrahet animam, illamque conſtantiſſimè retinebit. Si autem pro tua lubentia in forma pulveris expetis, tunc menſtruum prius per alembicum abſtrahe, & anima remanebit in fundo, quam ad uſum retineto. Argentum hoc potabile ſive anima Lunæ vera, curat Epilepſiam & omnem Lunaticorum morborum ſentinam, tàm in genere, quàm in ſpecie. *Vide corp. ph. p. 579. b.*

Tinctura in Mania *de Spina.*

℞. *Rad. polyp. q.* ℥i. *hell. nig.* ʒiß. *fol. ſen.* ℥iß. *ſem carui anis* ana ℥ij. *herb. fumar. Scab. borr. bugl. meliſſ.* ana mi *Sebeſt en. jujub.* ana no vii *prun. damaſc.* nox diger. in ℔vi. *Seri lact.* p. 14. d. col. & aromat. *Sacch. & cinam.* F. Tinctura in mania doſis ℥iv. mane & veſp.

Tinctura in Mania *Michaelis.*

℞. *Eſſent. anagal. hyper.* ana ℥iij. *tinct. lap. lazuli* ʒij. m F. Tinctura doſis gutt. 20.

Tinctura martis helleborata *vvedelii*

℞. *Limat. mart. tart. depurat.* an. ℥i. *rad. hell. nigr. flor. vir. groſſe pulv.* ℥ß. *aff. aq. font.* q. ſ. ſt. p. d. aliq. in vitro bene tecto coq. in vaſe ferreo & Spatul. agit. donec liq. ferrug. color. acquirat, ab igne remota ſt. ad. ſpontaneam fœcum ſubſidentiam liq. clarus decant & filtratus leni igne inſpiſſ. donec ſaturate fuſcus vel nigr. color in guttulis obſerv. ab igne remota & refrigerata M. cum ſextuplo *Sp. vin. vel. cochl.* ubi aliqua præcipitatio obſervabitur ut eo durabilior ſit Tinctura doſis gutt. xxx ad C. in mania.

Tinctura mettallica *le Mort.*

℞. *Sacch. Sat. vitr. mart.* an. ℥i. *merc. d.* ʒij. adde *Sp. vin.* ad emin aliq. dig. diger p. 2. dies donec F. T. contra vermes doſis à gii ad xx.

Tinctura metallorum *Brandenb.*

℞. *Regul. antim mart.* ℥ij. *Jovis Angl. veneris depur.*

ana ℥j. liquefiant in crucib. forti igne satis valido ut liquefacta probe M. tum inf. in conum fusor. ac in pulv. subt. redig. huj. pulv. recipe ℥ij. *nitri. depur.* ℥xxjv. M. & paulatim in crucib. injic. & fl. inst. aquæ donec tota massa in scorias sit red. è cæruleo viridesc. tunc in conum effusa quamprimum induruerit in mort. ferreo calef. in pulv. redig. & vitro commodo dum adhuc calet pulvis inditæ *sp vin.* rectif. ℔ij. aut iij. aff. ac diger. donec F.T. Rubicundæ.

Tinctura Martis *D. Dolæ*

℞. Solutionis Coralliorum cum 🜅 ⊕ factæ ℥ij. Liquoris ♂is ʒj. M. fiat Tinctura summè rubicunda.

Tinctura Martis *Solaris.*

℞. *Minera ♂ Hassiacæ nostræ* q. v. *irroretur* grosso modo pulverisata *cum rore majali* & expone aëri, tum intra biduum apparebunt flavi & albi crystalli *qui elixivientur cum rore majali*, & s. a. extrahantur.

Vel ℞. *Mineram ♂ solarem.* q. v. huic affunde *Sp.* ⊕ *dulcem* & extrahe, postea Vinum aliquod generosum affunde & fiet Tinctura insignis usus & effectus. *Vide corp. ph. p. 582. b.*

Tinctura Nephritica *Amelungi.*

℞. *Nitri puriss. tart. alb. puriss. mineræ antimonii silic. pp.* ana ℔j. *sal. armon.* ℥ij. *ror. maj.* q. s. st. per menses tres ut probe ferm. & exsiccetur materia tum massam hanc destilla per retortam tubulatam per vices eam injiciendo sic prodit liquor tinctus odorem sp. sal. arm. referens. *Vide corp. ph. p. 625. b.*

Tinctura Nephritica *Fischeri.*

℞. *Succi allii raphan.* ana ℥j. *myrrh.* ℥ß. *croc.* ʒij. *sp. vin.* ℥vj. *sal.* ℥ß. st. in loc. cal. p. mensem expr. & filtr. & F. Tr. dosis ℈j.

Tinctura Martis adstringens *Zwelff.*

℞. *Limaturæ chalybis puræ* quant. pl. Quæ vitro largo im-

immissa *humectetur cum* ♒*u* n ♀*eris*, iterumque exsiccetur, idque bis terve repetatur, donec limatura in crocum veluti conversa sit, cui in pulverem redactæ superaffunde eundem ♒um n. ♀eris. Ad supereminentiam quatuor circiter digitorum transversorum qui prævia digestione rubicundissimo imbuetur colore, tinctus ♒us effundendus, aliisque superaffundendus est, donec nulla rubedo in extractione amplius appareat; tincturæ omnes collectæ & filtratæ per ∴m in alembico vitreo abstrahantur ad crassitiem competentem, quæ porrò cum Sp. Vin. extrahenda, filtranda, & ad oleitatem vel liquorem rubicundissimum per diem, vel abstractionem reducenda est.

Hæc Tinctura non aperientem sed adstringentem facultatem pollet; igitur in fluxu hepatico, Diarrhæa immodicâ, Dysenteriâ, Menstruo ac hæmorrhoidali fluxu nimio, hæmorrhagia immoderatâ magno erit usui. *Vide corp. ph. p. 582. b.*

Tinctura ♂is cum Tartaro *Lemery*,

Pulverisa & misce *rubiginis ferri* ℥xij. *cum egregii Tartari albi* ℥xxij. *Ebulliat* hæc mixtura in magna chytra, vel in lebete ferreo, *cum aquæ pluviæ* ℔xij. vel quindecim per duodecim horas, spatulâ ferreâ subinde agitando, & cura ut nova △ bulliens lebeti affundatur prout prior absumatur, hinc totum requiescere permitte & comperies supernatare liquorem nigrum, quem filtra, & evapora in fictili, vel olla ex glarea igne arenæ, ad syrupi consistentiam, vel donec formata fuerit in superiore ejus parte pellicula. Egregium est aperiens; inveteratas obstructiones solvit, exhibetur in cachexia, hydrope, mensium suppressione, cæterisque morbis ab obstructionibus oriundis, à ʒj. ad ℥ß. in jusculo aliove liquore convenienti. *Vide corp. ph. p. 583. b.*

Tinctura Martis *Minſichti.*

℞. *Salis Armon.* p. ij, *Limat. Chalybis* p. j. Miſce & per retortam, ſecundum gradus deſtilla, primum lento, deinde fortiori △e, ſic ♂is eſſentia remanet, in fundo, hanc exime, & optimè edulcora, ut ab omnis ⊖is Armoniaci acredine ſit libera; poſtea *materiam hanc* edulcoratam *cucurbitulæ immitte, & cum Spir. Vin. extrahe* tinct. cumque deſiit tinctio, ⟜tum tinctum exime, & per alembicum abſtrahe, usque ad medietatem; reliquum manens cum Eſſentia extracta per chartam filtra, idque ipſum utpotè veram ♂is Tincturam ad uſum aſſerva.

Hæc Tinctura Martis ſingulare experimentum eſt in omnibus obſtructionibus hepatis & lienis, Item in Melancholia hypochondriaca, Quartana, Cochexia, Hydrope, Morbo Virgineo, Scorbuto, menſibus ſuperfluis, & retentis &c. Doſis à gtt. vj. ad ℈ß. in vino vel Syrupis, vel decoctis, vel aliis liquoribus convenientibus. *Vide corp. ph. p.* 583. *b.*

Tinctura Myrrhæ *Lemery.*

Myrrhæ pulcherrimæ pulveriſatæ quantum vis matracio inde, *huicque Sp. Vini ad digitorum* 4. *eminentiam affunde*, agitato probè máteriam eamque in digeſtionem ſupra arenam calidam per 2. vel 3. dies, vel quousque Myrrhæ Tincturâ oneratus ſit ſpiritus vini, colloca, liquorem tunc per inclinationem effunde, eumque in probè obturata, phiala ſervato, eo utendum ad partum facilitandum, menſtrua cienda, datur à guttis vj. ad xv. ex appropriato liquore; extra uſurpatur vel ſola, vel Aloes Tincturæ permixta, ubi diſcutiendi tumores frigidi, vel gypſei tumores diſſolvendi ſunt (injectione) ut & in Gangrænæ. *Vide corp. ph. p.* 624. *b.*

Tinctura Nitri *Glauberi.*

℞. *Spiritus Nitri optimi volatilis* ℔ j. *Lanæ per lixivium purificatæ & exiccatæ* tantum, quantum repetitis injectionibus calore levi solvitur, peracta solutione vitro capaci immissis affunde guttatim *oleum Tartari per deliq. sive Sal.* ♀ *solutum*, & tamdiu continuato, donec non amplius effervescunt, & liquor rubicundus existit. Tum filtra liquorem, immitte eum cucurbitæ vitreæ & leni calore cinerum evapora, donec sal flavum restat. *Huic* exempto & siccato *affunde Spir. vini rectificatum*, & extrahe tincturam reiteratis affusionibus novi Spiritus, tandem Spiritum tinctum paulisper exhalato, ut remaneat tinctura probè saturata, quam serva.

Vires sunt diaphoreticæ & diureticæ insignes, hinc in Nephritide & colica præbet medicamentum magni momenti. Dosis est à gutt. x. ad ʒj. *Vide corp. ph. p. 625. b.*

Tinctura Odontalgica *Minsichti.*

℞. *Ras. lig. Gvajaci* ℥ij. *Sassafras. Sars. Parill.* ana ℥j. *Rad. Pyrethri, Aluminis crud. Nitri præp.* an. ℥ß. *Sem. Staphid. Agriæ, Hyosciami* ana ʒij. *Opii Spagyricè præp. Caryophyllor.* an. ʒiß. *Serpilli, Origani, Croci Or.* an. ʒj. Misce & f. pulvis, quem inde vitro & superfunde *Spir. Vin. simpl. & aceti vini ani* ℔iß. & fiat T.

De hac Tinctura tantillum calidè in ore contineatur, loco illo ubi sunt dolentes dentes; postea iterum exspuatur, & reiteretur, si opus est: Efficacissimè omnes dentium dolores, etiam acutissimos affluxus inhibendo, sedat atque placat. *Vide corp. ph. p. 625. b.*

Tinctura odontalgica *Rulandi.*

℞. *Rad. pyrethri sem. pap. alb.* ana q. pl. contus. aff. *aceti vulg.* st. in dig. p. 4. h. dein. acetum decanta & terendo in vase stanneo & tantum opii in eo dissolve ut suff. flav.

Tinctura odontalgica de *Spina*.

℞. *Lign. sanct.* ℥jv. *sassafr.* ℥j *rad. pyrethri.* ℥iß. *tabaci.* ℥iij. *opii* ʒj. *sp. vin.* ad emin. 2. digit. diger. in loc. cal. & F. Tinct.

Tinctura odontalgica *Timæi*.

℞. *Rasur. lign. sanct.* ℥j. *buxi.* ℥ß. *fol. orig. serpill. salv.* ana ʒij. *cort. in ter. pini samb.* ana ʒiij. *rad. pyrethri.* ʒij. *sant. rub.* ʒiiß. *caryoph.* ℥ß. *balaust.* ʒj. *alumin.* ℈ij. *opii theb.* ʒiij. *sp. vin. ex laud. op. resid.* q. s. ad emin. 4. digit. diger. in M. B. per trid filtr. in colat. diss. *essent. croci* ʒß. *camph.* ℈j. F. Tinctura.

Tinctura Papaveris erratici *Minsichti*.

℞. *Conserv. fl. pap. err.* ℥j *fl. pap. err. sp. vitr. irror.* ʒj. M. & cum aq. ex succo prædictor. fl. dest. ℥xxx. extrah. Tinctura rub. cui adde *syr. è succ. fl. pap. err. parum vitriol.* ℥viij. M. *Vide corp. ph. p.* 626. *b.*

Tinctura Paralytica de *Spina*.

℞. *Rad. angel. pyrethri aron.* ana ℥j. *succ. citri. euphorb. castor. myrrh. mast.* ana ʒiij. *pip. long. rad. allii rec. flor. anth. salv. lavend. cinam.* ana ℥ß. *bacc. junip. sem. erue. lumbr. terr. sicc.* ana ℥ij. *sp. vin. rectif.* ℔iij. dig. p. mensem & filtra.

Tinctura anti *Phthisica*.

℞. *Sal. Saturni vitr. mart. artif.* ana ʒij. *sp. vin. acet. dest.* ana ℥ß. m. & dig. per aliq. dies *Vid. corp. ph. p.* 626. *b.*

Tinctura anti Phthisica *Timæi*.

℞. *Conf. ros. rub.* ℔ß. *symph.* ℥jv. *herb. pilosell. hed. terr. veron. pulm. sanicul. pimp.* ana ℥ß. *fl. hyperici rhaead. salv. viol.* ana ʒij. *aq. ror. maj. ex sp. sulph. subacid.* q. s. st. in dig. in M. B. donec extrah. Tinctura.

Tinctura Proprietatis *Minsichti*.

℞. *Sp. vin. anis* ℥xvj. *elix. p.* ℥j. *conf. alkerm.* ℥ß. *flor. tunic. rub.* ʒj. st. in digest. & sp. tinct. filtr. edulc. *Sacch. cand. alb.*. *Vide corp. ph. p.* 626. *b.*

Tin-

Tinctura ad Pustulas faciei de *Spina.*

℞. *Aq. rosar.* ℥iv. *lil. alc* ℥ij. *sal. gem.* ʒj. *sulph.* ʒß. *camph.* ℈ß. M. dig. in sole & F. Tr.

Tinctura Rosarum.

℞. *Flor. ros. rub. exsicc.* ℥ß. *aq. font.* ℔j. *sp. vitr. boni* ʒß. st. in M. B. tepido p. h. 4. dein in col. rub. diss. *sacch. alb.* ℥iij. filtr. *Vide corp. ph.* 626. *b.*

Tinctura Saturni *Schræd.*

℞. *Cryst. saturni cum aceto dest. fact* extrahe cum *ol. junip.* ac rub. oleum abstrahe si placet & serva vel dig. cum sp. vin, iterumque abstrahe. *Vide corp. ph. p.* 590. *b*

Tinctura Satyrii de *Spina.*

℞. *Rad. Satyrii q. pl.* cont. & inf. *sp. vin. malv.* dig. p. 6. sept. in alemb. donec liq. rub. sit colat ℔ ß. abject. fœcib. adde *sal. marg.* ℥iß. *ol. nuc. m. anis. cinam a-na* ʒß. m. F. Tr. venerem stimulat dosis gutt. xx.

Tinctura Scotomatica *Dolæi.*

℞. *Fl. pæon. lil. conv.* ana ℥ß. *anth. salv. beton. tiliæ* ana ʒij. *sp. cran. hum. sale suo impregn.* ℥xij. diger & F. Tr. in vertigine usurp.

Tinctura Sennæ *VValdschmid.*

℞. *Fol. senn. mund.* ʒj. *aq. calida* ℥ij. *sal. tart.* gr. vj. st. p. n. mane filtr. F. Tr. purgans.

Tinctura Smaragdi *Hartmanni.*

℞. *Lapid. smaragdi tere* in mort. ferr. & super porphyr. in pollin. ex hoc per *urinam pueror.* dest extrahe Tinct. dein abstract. menstr. remanebit pulvis gryseus ex quo rursus cum *sp. vin.* extrahe Tr. viridem. *Vide corp. ph.* 617. *b.* in Dysent. & fl. alv.

Tinctura stiptica *Minsichti.*

℞. *Vitell. ov.* ad. durit. coct. no. xxj. *cons. radic. consol. maj. fl. pap. err.* an. ℥iv. *ras. coll. pisc. nuc. m. gum. arab.*

ana ℥ij. *cap. pap. cum sem. fl. urt. mort. rub. succ. acat.* ana ℥j. m. & inf. p. 24. h. in *vin. rub. stipt.* ℔vj. adde *aq. hypn. n.* ℥x. m. & in m. B. dest. recipe liq. stillat. ℔jv. *sang. drac, sp. vitr. irror.* q. s. m. donec ting, dein filtra & *syr. è succ. fl. pap. err. edulc.* *Vide corp. ph. p. 627. b.*

Tinctura Stiptica *VVillisii,*

℞. *Aq. hord. cum rad. rub. tinct. coct.* ℔jß. aff. tepide *fl. ros. rub.* Mj. adde *sp. vitr.* ℈j. in f, cal. p. 3. h. F. Tr. in hæmoptysi.

Tinctura Stomachalis *VVedelii.*

℞. *Rad. Zed.* ℥j. *carlin. galang.* ana ℥ß. *cort. aurant. sem. anis. carui fl. cham. rom.* ana ʒij. *caryoph. arom. bacc. lauri acori veri,* an. ʒiß. *macis* ʒi. *cum sp. cort. citri sp. nitri acidulato.* F. Tr. gutt. 20.

Tinctura stomachalis *de Spina.*

℞. *Cal. arom. galang. zedoar. bacc. jun.* ana ʒiij. inf. in *sp. vin. malv.* ad emin. 3. dig. F. Tr.

Tinctura Succini *Helmontii.*

℞. *Succini* ℥j. *flor. sal. armon.* ℥ß. exacte conter & M. adde *sp. vin.* ad emin. 4. dig. ft. in dig. donec evadat, Tr. in colica & obstr. mens. usurp. dosis ℈ß. ad gxxx.

Tinctura Rhabarbari *VVilsii,*

℞. *Rad. rhab.* ℥ij. *sal. tart.* gr. xv. *aq. cich.* ℥vj. ft. p. n. in loc. cal. col. F. Tr. purgans.

Tinctura Rhabarbari *Brandenb.*

℞. *Pulv. rhab.* ℥j. *sal. tart.* ʒiij. *aq. cich. cinam. bugloss.* ana ℥vj. inf. ft. in loc. tep. p. *h.* 24. postea col. & F. Tr. purg.

Tiuctura Regia *le Mort.*

℞. *Moschi.* ℈ß. *Zibeth.* gr. v. *bals. peruv.* gutt. xij. *ol. caryoph.* gutt. jv. *cinam. lign. rhod.* an. gr. ij. *sal. tart.* ʒß. *sp. vin. rectif.* ℥ij. *dig. p.* 3. *d.* bis in die agit. separa per inclin. & F. Tr. cardiaca est.

Tin-

Tinctura Splenetica *de Spina.*

℞. *Rad. polyp. q.* ℔iß. *enul.* ℥iß. *herb. fumariæ cochl. abſ. chamædr.* an. Miij. *cort. tamar. aurant citri ſpec. diapleres archont.* ana ʒvj. *lign. al.* ʒij. dig. in ſ. q. *ſp. vin.* col. cum forti expr. tum inf. iterum priores herbæ & hoc 4. repet. ultimo clarif. & adde *ſp. cochl.* ℥vj. *filic.* ℥jv. *tinct. tart.* ʒx. F. Tr. ſplenetica.

Tinctura Pleuritica *Timæi.*

℞. *Fl. pap. err.* Mij. *bellid. viol.* an. Mß. *aq. tarax. ſcab. cardb.* ana ℔j. *hed. terr.* ℔ß. *ſp. ſulph.* q. ſ. ſt. in loc. cal. p. hor. 7. filtra addendo *ſyr. pap. err.* ℥iij. F. Tr.

Tinctura Sulphuris *Minſichti.*

℞. *Flor. ſulph.* extrahe cum *ſp. tereb.* ſpiritum paulatim evaporare ſine donec reliqua exſiccentur exime tum mater. exſiccat redig. in pulv. & cum *ſp. vin. rectif.* Tr. extrahe & deſinente tinctione ſp. tinctum cum deliquaveris M. affundendo quantum illius eſt de aqua n. pectorali & aliq. dieb. loc. cal. ut diger. repone poſtea ſp. vini in M. B. lento igne abſtrahe & ſic. Tr. ſulph. remanet in aq. pect. hanc aufer per inclinat. & ad mediet. ſeu oleoſitatem ſaltem evaporare ſine reliquum p. ch. empor. filtra. *Vide corp. ph. p. 606. b.*

Tinctura Silicum *Lemery.*

Permiſce accuratè *ſilicum calcinatorum* ac in impalpabilem puvlerem reductorum ℥iv. *Cinerum clavellatorum* ℥xxjv. Inde hanc mixturam amplo crucibulo, quod obteges & collocabis in fornace anemia ignis undique ſed paulatim admoveatur, ut leniter calefiat; hinc ad extremum usque augeatur, in quo ſtatu per 5. horas continuato, ita ut ſemper in fuſione exiſtat materia; introduc ſpatulam, qua remotâ, videbis an materia incipiat fieri inſtar vitri pellucida, ſi talis ſit, effunde hanc in mortarium ferreum calefactum,

factum, & concrescat mox in massam duram quæ dum calet in pulverem reducenda, ejusque pars dimidia matracio probè sicco & calefacto indenda, affunde huic Spiritum vini valdè alkoolisatum, ad 4. digitorum supereminentiam, obtura probè matracium, alio matracio, cujus collum ingredietur collum matracii, quod materiam continet: lutentur accuratè commissuræ, vesicâ madidâ, & arenæ impone, adhibe ignem satis validum, quo fremere possit Spiritus vini per duos dies, rubrum adipiscetur colorem, à matracis vesicam remove, iisque ab invicem separatis Tincturam in lagenam effunde: residentiæ alium vini spiritum affunde, & ut prius digere; separa liquorem, qui adhuc aliquam adeptus erit rubedinem priorique eo permixto, mixturam omnem effundito in cucurbitam vitream, quam proprio obteges capitello, eique adaptato recipiente, lutoque agglutinatis commissuris balneo vaporoso destilla duas tertias spiritus vini partes, qui, ut prius in usum trahi potest; ab igne vas tuum remove, & serva in phiala probè obturata, quod in cucurbitæ fundo remanserit.

Hæc Tinctura optimum dicitur ad obstructiones reserandas remedium, usus maximi est in Scorbuto & affectibus hypochondriacis; datur à gutt. x. ad xxx. in liquore convenienti. *Vide corp. ph. p.* 618. *b.*

Tinctura Sulphuris Tartarisata *Zwelff.*

Paretur inprimis *hepar Sulfuris* ex una parte *Sulphuris crudi aut florum ejusdem*, ana, seu duabus partibus (si lubet) Salis *Tartari puri*, leniter simul aliquando in patella terrea cavendoq; ne flammam sulfur concipiat. Ex hoc hepate, vel massâ in pulverem redacta extrahatur, *beneficio Spiritus vini rectificati, repetiis vicibus affusi*, Sulfuris rubedo & Essentia; quæ

peracta

peracta extractione à copia Sp. Vini per abstractionē in M.B. liberanda, ac usui medico asservanda est. Præstat in morbis contagiosis, ac peste ipsa, à qua præservat, obstructiones viscerum naturalium reserat & morbis pectoris medetur. *Vide corp. ph. p. 606. b.*

Tinctura Sulphuris *Minsichti.*

Flores Sulphuris extrahe cum spiritu Terebinth. more usitato, quo facto, spiritum paulatim evaporare sine, donec reliqua exsiccentur; exime tunc materiam illam exsiccatam, redige in pulverem *& hinc cum Sp. Vin. rectificato Tincturam extrahe*, & desinente tinctione Sp. tinctum, cum deliquaveris, misce affundendo, quantum illius est, *de aqua nostra pectorali*, & aliquot diebus loco calente, ut digerantur, repone; postea Spiritum vini in M. B. lento igne abstrahe, & sic Tinctura sulphuris remanet in aqua pectorali; Hanc aufer per inclinationem & ad medietatem, seu oleitatem saltem evaporare sine, reliquum per chartam emporeticam filtra, & ad usum communem serva.

Hæc Tinctura non solum pectus ab omni humore crasso, organa respirationis obturante, tussim & anhelitus difficultatem, caussante, liberat; Sed pulmonum etiam & vicinarum partium apostemata in thorace purgat, earundemque curationem promovet. *Vide corp. ph. p.* 606. *b.*

Tinctura Salis ♀i *Le mery.*

Salis Tartari libram unam, in optimo crucibulo magnoque igne adhibito funde, eoque in fusione constituto, crucibulum laterculo obtegito, & carbonicus cingito, undique igne excitato circumflando ut excitetur calor major quā ubi funditur aurum: hunc ignis gradum per horas sex continua, vel quousque Sal Tartari colore rubro punctis alterius coloris variato tinctum sit; quod introducendo in cruci-

bulum

bulum ſpatulæ extremitatem dignoſces, eo enim remoto paucam, & impactam materiam videbis, volſellis tunc crucibulum arripito, ac in mortarium parumper calidum materiam in eo contentam, affunditio: ea brevi concreſcet, citò ea pulveriſanda venit ac matracio parumper prius calefacto indenda, *ſpiritum vini Tartariſatum ad digitorum aliq. eminentiam affunde*, matracium illud matracia alio obtura, ut fiat vas occurſus, veſica madida accuratè commiſſuras lutato, arenæ matracium imponendum, gradatimque adhibito igne id calefaciendum, ita, ut per 7. vel 8. horas ebulliat vini Spiritus, quo tempore rubro inficietur colore: poſtea vaſe refrigeſcere permittito, lutumque exime: Tincturam hanc fragrantiſſimam per inclinationem effunde, atque in phiala probè obturata ſerva.

Novum vini Spiritum Sali Tartari reſiduo affundere poteris, & uti prius procedere, Tincturam reliquam is eliciet.

Salis Tartari Tinctura excellentiſſimum præbet aperiens, ſanguinem mundificat, malignitatique humorum reſiſtit, utilis etiam in ſcorbuto exhibetur à guttis 20. ad 30. ex conveniente liquore. *Vide corp. ph. p.* 627. *b.*

Tinctura Quartanaria *Dolai.*

℞. *Extr. ther. cardb. cent, min. gent.* ana ℥j. *cort. chinach.* ℥ß. *ſp. ſal. arm.* q. ſ. F. Tr. in Quartana febre uſurp.

Tinctura Talci *Schræderi.*

℞. *Talci* calcin. extrah. c. *ſp. ſal. comm.* virid. decant. abſtr. ac cohoba aliquoties ſic aſcendit tandem & Tr. tanſitq; alemb ſub col. rub. *Vide corp. ph. p.* 618. *b.*

Tinctura Tartari *Minſichti.*

℞. *Sal. tart.* frequenti ſolut. & coagulat. ſumme depurati q. v. aff. *ſp. vin. opt.* ad emin. 4. digit. dig. p. aliq. d. quotidie movendo poſtea tinct. ſp. auter. per inclinat.

nat & rec. affunde tamdiu donec non amplius tingatur ultimo tinct. sp. mixtum filtra & serva. *Vide corp. ph. p. 628. b.*

Tinctura Tartari *Hoffmanni.*

℞. *Sal. tart.* ℔ß. *regul. ant.* ℥ij. *cryst. nitri* ℥iij. fluant in crucib. super carbones per horam postea materia injic. *sp. vin.* & tinctura extrahatur in loco tepido p. 9. d. & n. postmodum de *sp. sal. tart. vol.* ℥j. *Vide corp. ph. p. 629. b.*

Tinctura veneris *Basilii Schr.*

℞. *Virid. æris q. v.* solve in bona quant. *acet.* dest. filtra hinc abstrahe ad siccitat. dein cum *succo ex racemis. immat. express.* extrahe s. a. Tr. col. smaragdini. *Vide corp. ph. p. 588. b.*

Tinctura vermium majalium *Maets.*

℞. *Verm. maj.* q. pl. aff. *sp. nitri.* q. s. ad totalem verm. diss. filtra & cum *ol. tart. p. d.* præcipita & F. Tr. in Gonorrhæa usurp.

Tinctura vitæ *Minsichti.*

℞. *Sp. vin.* ℔vj. *aq. ros.* ℔jv. *cort. aur. citr. ros. r. exsicc. menth. crispæ meliss. sant. alb. cinam.* ana ℥viij. *lign. ad macis.* an. ℥ij. *sem. angel. coriand. anis. fæn.* an. ʒiß *spic. n. galang. min. croc. card. min. caryoph.* ana ʒß. *ambr. mosch.* an. ℈ß. st. in dig. p. 8. d. dein per alemb. dest. recipe *sp. evocati* ℔vij *cass. lign.* ℥ij. *conf. alk.* ℥ß. *croc. or.* ℈j. dig. donec. perfecte ting. postea *sacch. cand. alb. edulc. Vide corp. ph. p. 629. b.*

Tinctura Vitrioli *Quercetani.*

℞. *Vitr. viridiusc.* q. satis magnam educ. phlegma ac spirit. per cineres cum educto liquore & cap. mort extrahe s. a. tinct. viridiusc. quam caute decantatam destilla ad mellis consist. atque aeri frig. ut in cryst. concresc. expone, recipe cryst. proxime præ-

cedent

cedent ℔jv. circula cum *spir. vin. rectif.* vase H. C. dein dest. per alemb. ex arena hinc cohoba insuper affundendo *spiritum vitrioli* destillaque per retortam gradatim dieb. 4. ut extillet post spiritum & oleum rub. sp. vin. abstrahe in M. B sp. vitr. in cinere & restat ol. seu tinct. rubic. *Vide corp. ph. p.* 607. *b.*

Tinctura vitriol. Epil. *Fischeri.*

℞. *Camph. spodii ras. cran. hum. unicornu vel cc. sant. omn.* ana ℨij. *corall. visc. q. gran. paeon. rad. paeon.* an. ℥j. pulv. & M. ind. vitro stricto orif. superfunde *sp. vitr. rectif.* st. in dig. cal. hyp. p. 3. vel 4. sept. dein sp. tinctus à pulv. effund. in aliud vitrum & bene cl.

Tinctura in vomitu cruento *Timaei.*

℞. *Flor. ros in carnat.* ℨvj. *rad. torm.* ℨiij. incis. aff. *aq. fervent.* ℔iß. *sp. vitr.* gutt. xxj. M. st. in loc. cal. p. hor. 5. filtr. addendo *Syr. myrt. portul.* ana ℥j. *cor. Q.* ℥iij. *Tinct. corall.* ℨij. F. Tr.

Tinctura Úterina *Minsichti.*

℞. *Bacc. chamaactes samb.* ana ℥jv. *radic. bryon.* ℥j. *herb. majorā.* ℨj. M. & aff. *aq. hyst.* q. s. adde gutt. aliq. *sp. vit.* & f. dig. in M. B. per aliq. d. *Vide corp. ph. p.* 630. *b.*

Tinctura Uterina *Dolaei.*

℞. *Castorei* ℨij. *sal. vol. succini armon. artemis* an. ℨß. *sp. vin.* ℥viij. dig. & F. Tr.

Tinctura Uterina.

℞. *Myrrh.* ℥ß. *croc.* ℨij. *cast.* ℈jv. *camph.* ℨiß. *ol. Sabin. dest.* gutt. xx. opt. tritis affunde *sp. vin. sale vol. impregn.* ℥vj. st. in dig. *Vide corp. ph. p.* 630. *b.*

Tinctura Vitrioli ♂tis *Ph. Nor.*

℞. *Vitrioli ♂tis* q. l. Calcinetur in tigillo ad rubedinem tunc *extrahe cum Spiritu vini composito ex Spiritu* ⊖*is* p. j. & *Sp. Vin.* part. iij. Per retortam destillatis q. s. tandem Spiritum probè tinctum filtra & in M. B. ad justam consistentiam abstrahe. *Vide corp. ph. p.* 609. *b.*

Tra-

Tragea carminativa *Timæi.*

℞. *Sacch. rof. tabul.* ℥iv. *caff. lign.* ʒij. *lign al.* ʒi. *ol. carvi anif. fan. cort. aurant.* ana gutt. vij. *cinam.* gutt. vj. *caryoph* gutt. iij. F. Tragea.

Tragea cephalica *Zvvelfferi.*

℞. *Pulv. cardam. min. cinam. acut.* ana ℥i. *nuc. mofch.* ℥iß. *macis* ʒvi. *caryoph.* ℥ß. *cubeb. anif. fan. carvi, coriandr.* ana ℥ß. *rad. doron.* ʒvi. *refin. ftoracis* ʒiii. *ladani* ʒiß. *facch. cand. alb.* ℔j. F. Tragea. Vid. corp. ph. p. 221. b.

Tragea confortans de *Spina.*

℞. *Tinct. corall.* gutt. xxx. *fp. ligni fanct.* gutt. xx. *balf. vit.* gutt. xv. *ol. majoran. caryoph. cinam.* ana gutt. viii. *mofchi ambr. gryf.* ana ℈ß. *mag. perl. corall.* ana ℈i. *facch. opt.* ℥x. M. F. Tragea.

Tragea in Fluore albo *Regii.*

℞. *Spec. arom. rof. diamarg. cal. cort. citri ficc.* ana ʒß. *rafur. ebor. cc. rad. galang. cyperi ciner. fpong. comb. & in aq. rof. lot.* ʒiiß. *facch.* ℥i. F. Tragea.

Tragea in Fluore albo de *Spina.*

℞. *Spec. diamarg. frig.* ℈ii. *diarrh. Abb.* ℈i. *cor. rub. pp. marg. pp.* ana ℈ß. *off. de corde c. lap. hæm. cc. uft.* ana ℈i. *man. Chr. perl.* ʒvi. *facch. alb.* ℥iß. F. Tragea.

Tragea Groffa communis *Zvvelff.*

℞. *Cinam. acutiff.* ℥iß. *Nuc. Mofchat.* ʒvi. *Caryophyll. Cardam. Calami aromat.* ℥ß. Fiat omnium pulvis; & addita *Sacchari albi Can. pulv.* ℔j. Efficiatur maffa tenax cum f. q. Mucilaginis Tragacanthi, ex qua formentur globuli parvi, qui leviter priùs exficcati obducantur faccharo, quibus tandem jungantur *Confect. Anifi, Fœniculi, Carvi, Coriandri,* ana legit. & fine farina parat. ana ℥iij. Fiat Tragea groffa, ventriculo & capiti proficua. Vid. corp. ph. p. 266. b.

Tragea grossa alia *stomachalis Zvvelff.*

℞. *Pul. Cinam. acutiss.* ℥iß. *Cardam. min. Nuc. Moschat.* a. ℥j. *Calami aromat. Caryophyll. Macis, Galangæ,* a. ʒv. *Piperis longi, Zinzib.* an. ʒij. *Sem. Erucæ* ʒvi. *Gran. Mastichis* ℥ß. *Resinæ Storacis Calam.* ʒvi. Misc. exactè & addita *Pul. Sacchari Can. albi* ℔iß. Fiat cum suff. q. Mucilag. Tragacanthi Pasta tenax, ex qua formentur globuli parvi, qui porrò prius leniter siccati saccharo supradicto modo subducantur, & efficietur confectio præstans, ventriculo refrigerato & debilitato proficua. *Vid. corp. ph. p. 266. b.*

Tragea Hepatica *Hoffmanni.*

℞. *Cryst. tart.* ℥ß. *cor. rub. pp. Succin. alb. pp.* ana ℥ß. *cryst. sp. vitr.* gr. xxiv. *macis* gr. v. *ambræ* ℈ii. gr. iv. F. Tragea.

Tragea Hydropica *VVilisii.*

℞. *Palv. rad. ari cort. Winteran.* ana ʒiij. *rad. galang. min. cubeb.* ana ʒiß. *chalyb. c. sulph. pp.* ℥ß. *sacch. anth.* ʒvi. F. Tragea.

Tragea Hysterica *Quercetani.*

℞. *Cass. lign. cal. arom. sem. agn. cast. pastin. rut. paon. anis. fan. cardam. macis, cinam. caryoph.* ana ʒj. *fecul. bryon.* ʒiß. *sacch. anthosat. ad pondus omnium.* F. Tragea. *Vid. corp. ph. p. 244. b.*

Tragea in Incontinentia urinæ de *Spina.*

℞. *Coriand.* ʒi. *carab.* ʒß. *cor. rub. Xyloal.* ana ℈i. *gland. querc.* ʒij. *nuc. m.* ℈v. *sant. rub.* ʒß. *sacch.* ʒß. F. Trag.

Tragea ad Lac promovendum de *Spina.*

℞. *Cryst. pp.* ʒiij. *marg. pp.* ℈j. *sem. fan.* ʒij. *agn. cast.* ʒj. *lact.* ʒiß. *cinam.* ʒj. *macis* ℈ß. *zingib.* gr. vj. *sem. cor.* ℈j. *sacch.* ℥iij. *fol. auri* no. ij. F. Tragea. Dosis ʒj.

Tra-

Tragea in Mensibus nimiis de *Spina.*

℞. *Spec. diacubeb.* ʒj. *arom. rof.* ʒiß. *mag. cor. perlar.* ana ℈ij. *lap. bam. pp.* ʒß. *smaragd. pp. carniol. pp.* ana ℈ß. *facch.* ℥ij. F. Tragea.

Tragea in Mensibus nimiis *Timai.*

℞. *Sem. cor. pp.* ʒiij. *nuc. m. galang.* ana ʒi. *cor. rub. pp.* ʒiß. *caryoph.* ℈i. *spec. arom. rof.* ʒii. *facch. rof. tab. ad pondus omn.* F. Tragea.

Tragea in Mensium suppress. *Costeri.*

℞. *Spec. dianth. diarrh.* ana ʒj. *rad. asari irid. cyclam. dict. alb. arist. rot. cyperi gent. zedoar.* ana ℈ij. *succin. alb. myrrh. cinam.* ana ℈ß. *feni. sesel. dauci* ana ℈j. *facch. ad pondus omnium.* F. Tragea.

Tragea in Mensium suppress. de *Spina.*

℞. *Troch. de myrrh.* ʒiß. *cinam.* ʒi. *sem. sesel.* ℈ii. *anis. fen.* ana ʒij. *herb. puleg. orig.* ana ʒi. *rad. pimp. arist. rot.* ana ʒß. *liquir.* ʒiii. *spec. diambra* ʒß. *facch.* ℥iv. F. T.

Tragea in Mictu cruento de *Spina.*

℞. *Rad. liquirit. raf. torm.* ana ʒii. *cor. rub. pp. spod. de ebor. croc. mart. adstr.* ana ℈ii. *troch. de carabe spec. diaplantag.* ana ℈i. *facch. cand. alb.* ℥ii. F. Tragea.

Tragea Nephritica *Quercetani.*

℞. *Tunic. inter ventric. gallin. sterc. alb. gallin.* ana ʒß. *pellic. inter. ovor.* ʒiiß. *herniaria cinam.* ana ℈iv. *nucl. mespil.* ʒii. *sem. fen. anis.* ana ʒi. F. Tragea. Vid. corp. ph. p. 227. b.

Tragea ant-Helmintica de *Spina.*

℞. *Corallin.* ʒi. *agar. troch.* ℈i. *rhab.* ʒi. *cc. ust.* ℈i. *cori pp.* ℈i. *cinam.* ʒß. *facch. alb.* ʒvi. F. T. contra vermes.

Tragea Pleuritica de *Spina.*

℞. *Specier. diarrh. Abb. mand. luc. p.* ana ℈iv. *sal. prun. sperm. ceti* ana ℈i. *camph.* ℈ß. *facch. cand. viol.* ℥ii. F. Tragea.

Tragea Pleuritica *Hartmanni.*

℞. *Sal. prun. fl. pap. err.* ana ʒiß. *cor. rub. pp.* ʒj. *sacch. viol.* ℥ß. F. Tragea.

Tragea ſtomachica *Brunneri.*

℞. *Cinam.* ʒij. *galang. macis* ana ℈j. *rad. ari pp.* ʒiß. *lap. cancr. pp.* ʒij. *sal. abſ.* ʒj. *ſacch.* ℥iv. *conf. alkerm. in compl.* ʒiß. *ol. cinam.* gutt. ij. *caryoph.* gutt. j. F. Tr.

Tragea ſtomachica *Ettmülleri.*

℞. *Sem. coriand.* ℥ß. *aniſ. fen.* ana ʒij. *rad. zed. zing. galang.* ana ʒj. *ſpec. diatr. pip.* ʒß. *ſal. arm.* ℈j. *elaeoſ. caryoph.* ʒij. F. Tragea.

Tragea ſtomachica *Timai.*

℞. *Sem. coriand. pp.* ℥vj. *paeon.* ʒiß. *cinam. macis caryoph.* ana ℈j. *cor. rub. pp.* ʒj. *ol. carvi* g. xi. *nuciſt.* gutt. vij. *man. chr. perl.* ℥iiß. F. Tragea.

Tragea ſtomachica de *Spina.*

℞. *Cinam.* ℈ij. *caryoph. macis galang. nuc. m.* ana gr. xv. *fl. roſ. r.* ℈j. gr. iij. *moſch.* gr. iij. *ſacch. canar.* ℥iiß. F. T.

Trochiſci de Abſinthio Meſue *P. A. V.*

℞. *Roſar. abſ. pont. aniſ.* ana ʒij. *rhab. ſucci eupat. Meſue aſari ſem. apii, amygd. amar. ſpic. Ind. maſt. folii* ana ʒj. *ſucc. endiv.* q. ſ. F. Troch. Vid. corp. ph. p. 369. a.

Trochiſci de Agarico Meſue *P. A. V.*

℞. *Agar. el.* ℥iij. *ſal. gem.* ʒj. *ſyr. acetoſ. ſimp.* q. ſ. F. Trochiſci. Vid. corp. ph. p. 369. a.

Trochiſci de Agno caſto *Rhaſis.*

℞. *Sem. agni caſti* ℥v. *endiv. portul.* ana ʒiiß. *cort. tamariſci* ʒv. F. Troch. cum decocto ſcolopendr. Vid. corp. ph. p. 369. a.

Trochiſci Albi *Rhaſis.*

℞. *Ceruſſ. aq. roſ. lot.* ℥x. *amyli* ℥iv. *gum. Arab. tragac.* ana ʒij. *camph.* ʒß. *cum alb. ov.* F. Troch. ſeu ſief album.

Tro-

Trochiſci Alhandal.

℞. *Tragac. gum. Arab. bdell.* ana ℥ij. macer. in *aq. roſ.* donec liqueſcant & cum majore parte hujus mucilag. *pulp. coloc.* à ſeminib. mund. ac minutim inciſ. ℥x. imb. ſicc. pulv. & tandem cum reliquâ mucilag. F. Troch. *Vid. corp. ph. p. 369. a.*

Trochiſci Alexiterii *Renodæi.*

℞. *Rad. zedoar. gent. torm. irid. flor.* ana ℥j. *angel.* ℥ij. *cinam. caryoph. macis* ana ʒß. *zing.* ℥i. *coriand. pp. roſar.* ana ʒi. *cort. citri* ℥ij. *ſucc. glyc.* ℥vi. F. Trochiſci in Peſte. *Vid. corp. ph. p. 359. a.*

Trochiſci Alexiterii *Ph. Nor.*

℞. *Rad. zed. pulv. è chel. cancr.* ana ℥iß. *cort. citri cond. ſem. angel.* ana ʒi. *bol. arm.* ʒß. *ſacch. cryſt.* ℥ij. ʒß. *mucil. trag. in aq. ther. extr.* q. ſ. F. Troch. in Peſte.

Trochiſci Aliptæ moſchatæ.

℞. *Ladani puriſſ.* ℥iij. *ſtyr. cal.* ℥iß. *ſtyr. rub.* ℥i. *lign. aloes* ℥ij. *ambræ* ℥j. *camph.* ʒß. *moſch.* ℈ß. *aq. roſ.* q. ſ. F. Trochiſci. *Vid. corp. ph. p. 361. a.*

Trochiſci de Alkekengi ſeu Halicacabo.

℞. *Fr. halicacab.* ʒiij. *ſem. citrulli, anguriæ, cucurbit.* ana ʒiiiß. *bol. arm. gum. Arab. thuris ſang. drac. amygd. amar. ſucc. glyc. tragac. amyli, pinear. mund. ſem. pap. alb.* ana ℥vi. *apii hyoſc. ſuccin. alb. terr. ſig. opii* ana ℥ij. *cum ſucco halicacabi vel cum aq. roſ.* in quâ ejuſd. fr. ſicc. fuer. macerati aut *julep. roſ. vel viol.* F. Troch. Vid. corp. ph. p. 370. a.

Trochiſci de Aniſo *Meſue.*

℞. *Aniſ. ſucc. eupat. Meſ. inſp.* ana ʒij. *ſem. aneth. ſpic. Ind. maſt. folii fol. ab. rad. aſari, apii, amygd. am.* ana ʒß. *aloes* ℥ij. *ſuc. abſ.* q. ſ. F. Trochiſci. Vid. corp. ph. p. 370. a.

Trochiſci Bechici albi *Zvvelfferi.*

℞. *Semin. quatuor. frig. major. excort.* ℥iß. *Papaveris albi. Pinearum mundat.* ℥j. Contundantur minutiſſimè ad formam pultis, affuſa paulatim *aqua roſarum* ſuff. quant. ut per cribrum ſetaceum anguſtum ferè totaliter tranſmitti queant, quâ aſſervatâ pulticulâ accipe, *Pul. Sacchari Can. albi* ℥xvj. *Rad. Ireos flor. albiſſima Amyli* ana ℥iij. Et *cum ſuperiori ſeminum pulpa*, (ſi verò illa non ſuffecerit, Mucilaginis Tragacanthi ſ. q. addita) fiat maſſa tenax, addendo, ſi libet, aliquid *olei Aniſi*, aut etiam *Moſchi*, formenturque ex illa Trochiſci pectori dicati, ad tuſſim & catharros tenues incraſſandos proficui. Vid. corp. ph. p. 354. a.

Trochiſci Bechici albi *Pharm. Nor.*

℞. *Radic. Iridis* p. ℥iij. *Sacchari albi* ℔j. *Cum Tragacantho* f. Trochiſci. Vid. corp. ph. p. 354. a.

Trochiſci Bechici albi *Ph. Ultraject.*

℞. *Sacchari albiſſ.* ℥x. *Amyli* ℥v. *Irid. Flor.* p. ℥ß. *Liquirit.* p. ℥ij. ô *Aniſi* ℥ß. *Gummi Tragacanth.* ▽ roſar. extracta q. ſ. f. Trochiſci. Vid. corp. ph. p. 354. a.

Trochiſci Bechici Nigri *Zvvelfferi.*

℞. *Semin. quatuor frigid. maj. excort.* ℥ij. *Papav. albi* ℥j. Ex his minutiſſimè contuſis, affuſa paulatim ſ. q. *Succi liquiritiæ* in aq. Roſarum diluti, efficiatur pulpa, per cribrum ſetaceum anguſtum transmittenda, qua interim ſervata, diſſolve ſeorſim *Succi liquiritiæ nigri concreti* ℥iv. vel v. in ſuff. quant. Aquæ roſarum fragrantis ad pultis formam. Quibus pulpis in mortario commixtis, adde *Reſinæ Storacis calam.* ℥j. *Pul. rad. Ireos flor.* ℥iij. *aniſ. fœnic.* ana ℥j. *ſacch. can. alb.* ℔iiß. Et fiat (ſi ſuperiores pulpæ non ſuffecerint) additâ ſuff.

quant.

quant. Mucilag. Tragacanthi, Massa seu Pasta, ex qua formentur Trochisci pectorales, tussientibus & catarrhosis dicati. Vid. corp. ph. p. 355. a.

Trochisci Bechici rubri *Antipleuritici & Pectorales, Zwelfferi.*

℞. *Species omnes Trochisc. Bechic. albos ingredientes*, quibus adde *Extracti flor. papav. errat.* vel *Rhead.* ℥ij. *Rad. Enulæ* ℨij. *Pul. Boli Armenæ præp.* ℥iß. *Croci opimi* ℨij. Ex omnibus probè unitis fiat beneficio Mucilaginis Tragacanthi (si pulpæ seminum & Pinearum non suffecerint,) cum *infusione Flor. Papav. Rhead. facta* massa seu Pasta, s. a. ex qua formentur Trochisci, qui in omnibus pectoris affectibus, tussi antiqua, Pleuritide, Sputo cruento, imò in phthisi ipsa cum emolumento exhibentur. Vid. corp. ph. p. 355. a.

Trochisci de Benzoë *ad suffitus pretiosos, Zwelfferi.*

℞. *Resinæ Storacis Calam.* per expressionem factæ ℥j. Liquef. leniter in patella, cui impastentur sequentia: *Pul. Benzoës electæ* ℥iij. *Moschi* ℈j. &, si lubet *Ambræ griseæ* ℈j. *Pulv. Carbonum tiliæ* q. s. Pro massa durissima calore leni efficienda, ex qua vel Trochisci vel Pastilli instar ceræ Hispanicæ formentur, qui omni jure pro pastillis Hispanicis habendi & proponendi. Vid. corp. ph. p. 361. a.

Trochisci Bechici albi *P. A. R.*

℞. *Sacch. albiss.* ℔j. ℥viij. *ireos* ℥iß. *amyli* ℥iiß. *mucil. trag. alb. cum aq. ros. fact.* q. s. F. Trochisci. Vid. corp. ph. p. 354. a.

Trochisci Bechici albi *Willisii.*

℞. *Sem. pap. alb.* ℥vj. *fl. pap. rub.* ℨj. *extr. glyc.* ℨij. *fact.*

lact. sulph. ʒß. *sacch. penid.* ℥ij. *cum trag. sol* F. Troch.

Trochisci Bechici grysei *Norimb.*

℞. *Liquirit. pp.* ʒij. *spec. ireos* ℥ß. *sem. anis.* ℥j. *styr. calam.* ℥iß. *sacch. alb.* ℔ij. c. *mucil. trag. ol. anis.* gutt. ij. F. Troch. Vid. corp. ph. p. 354. a.

Trochisci Bechici nigri P. A. V.

℞. *Succ. glyc. inspiss.* ℥iv. *styr. cal.* ℥iß. *sacch. cand.* ℥iiß. *spec. diaireos Salom. loch san.* ana ℥ß. *sacch. penid.* ℔ß. *sacch. alb.* ℔ij. ℥iij. *mucil. trag. c. aq. hyss. fact.* q. s. F. Troch. Vid. corp. ph. p. 355. a.

Trochisci Bechici nigri *Norimb.*

℞. *Sem. anis. fœn. liquirit.* ana ℥ß. *succi liquir. sacchari* ana ℔j. F. Troch. Vid. corp. ph. p. 355. a.

Trochisci Bechici nigri de *Spina.*

℞. *Succ. liquirit.* ℥vj. *sem. anis. fœn. cap. ven. rad. liquirit.* ana ʒiij. *gum. Arab. spec. diair. sal.* ana ʒj. *mucil. trag. c. aq. tuss. & hyss. f. sacch. alb.* ℥ij. F. Troch. Francofurt.

Trochisci Bechici rubri P. A.

℞. *Spec. troch. alb. constit.* ℥ij. *bol. arm. pp.* ʒj. ℈ij. cum *inf. trag. f. in aq. ros.* F. Troch. Vid. corp. ph. p. 354. a.

Trochisci de Benzoë August. externi.

℞. *Benz.* ℥vi. *lign. al.* ℥viij. *styr. cal.* ℥iij. *mosch.* ʒß. *ireos* ℥ij. *sacch. cand.* ℔iij. F. Troch. pro fimo cum *aq. ros.* Vid. corp. ph. p. 360. *a.*

Trochisci de Benzoë interni *Zvvelfferi.*

℞. *Sacch. canar.* alb. ℔j. sol. in s. q. *aq. ros.* ad consist. tabul. coq. redig. in quo ab igne remoto dissolve resin. *styr. cal.* p. expr. f. ℥j. ubi parum refrix. pulv. *benz. in granis* ʒvj. *lign. al.* ℥ß. *rad ireos flor.* ℥i. *mosch.* ℈i. in aliq. gutt. *aq. ros. sol. ol. benz. stillat.* ℥i. *mucil. trag.* q. s. cum aq. fl. aurant. facta, F. Troch. Vid. corp. ph. p. 358. a.

Tro-

Trochisci de Berberibus *Mesue.*

℞. *Berber.* ʒij. *spodii lign. al. sem. acetosæ, mast. gall. mosch. nard. Ind.* ana ʒj. *gum. Arab.* ʒiij. *rof. rub.* ʒv. *aq. rof.* q. s. F. Tr. Vid. corp. ph. p. 370. a.

Trochisci Cordiales Regii *Zvvelff.*

℞. *Sacchari Can. albi* ℥vj. Cui in pulverem redacto adde *Ambræ gryseæ* ʒß. prius cum *Sem. Citri excort.* ℈j. probè subactæ, item: *Moschi orient. opt.* ℈j. cum nonnullis guttulis *aq. flor. Arantiorum, Citri* an. recent. extim. & radula comminutor. & contusorum subtiliter ʒvj. *Magist. solub. n. Margarit. Oriental.* ʒß. *Coralliorum rub. Matris Perlarum* an. ʒij. *Elæosacchari, Cinamomi* ʒj. *Sacchari rosati* ℥j. Misceantur exactè, ac cum suff. quant. Tragacanthi in aqua Rosarum soluti fiat Pasta, ex qua Trochisci efformandi.

Qui vires collapsas reficiunt, Spiritus vitales & animales recreant, & gratum anhelitum efficiunt. Vid. corp. ph. p. 359. a.

Trochisci de Camphora *Mesue.*

℞. *Ros. rubr.* ʒiv. *sacch. alb. mann.* ana ʒiij. *santali citr.* ʒiiß. *glyc. spodii* an. ʒij. *sem. 4. fr. maj. gum. Arab. tragac. nard. Ind. croci* an. ʒj. *lign. al. card. maj. amyli, camph.* ana ℈ij. cum *mucil. sem. psyllii extr. c. aq. ros.* F. Tr. Vid. corp. ph. p. 371. a.

Trochisci de Capparibus *Mesue.*

℞. *Cort. rad. cappar. sem. agn. cast.* ana ʒvj. *nigellæ nast. calaminth. succi eupat. acori amygd. amar. fol. rutæ arist. rot. ammon.* ana ʒij. *cyperi rot. scolopend.* ana ʒj. trita cum *ammon. in acet. sol.* F. Tr. *Vid. corp. ph. p.* 371. *a.*

Trochisci de Carabe seu Succino *Mes.*

℞. *Carab. seu succin.* ʒvj. *corn. c. ust. gumm. Arab. assati*

cor. rub. ust. trag. succ. acatiæ hypocist. balaust. mast. lacc. pap. nigr. ass. an. ℥ij. *thur. croc. opii* an. ℥j. gr. xv. *mucil. psyll.* q. s. F. Troch. Vid. corp. ph. p. 371. a.

Trochisci Cephalici *th. H.*

℞. *Sacch. alb.* ℥vj. solve in *aq. rosa.* q. s. ad consist. tab. coq. in quo dissolv. *ambr. grys.* ℈j. *extr. lign. al.* ʒj. *cardam.* ʒiij. *elaeos. caryoph.* ℥j. cum *mucil. trag. c. aq. ros. & cin.* s. F. Tr. Vid. corp. ph. p. 372. a.

Trochisci Cephalici *Michaelis.*

℞. *Succin. pp.* ʒij. *spec. diambr. diam. d* an. ʒß. *sacch. in mucil. trag. sol.* F. Tr.

Trochisci Cephalici *Timæi.*

℞. *Magist. succin. alb.* ʒiij. *spec. diambr. diam. d.* an. ʒij. *cardam. min.* ℈iv. *ambr. grys.* gr. v. *mosch.* gr. iij. *c. trag. in aq. apopl. sol.* F. Tr.

Trochisci de Coralliis *Galeni.*

℞. *Corall. rub. bol. arm.* an. ℥j *terr. Lemn. balaust. amyli* an. ℥ß. *hypocist. sem. hyosc. opii* an. ʒij. *succ. plant.* q. s. F. Tr. Vid. corp. ph. p. 372. a.

Trochisci de Coralliis *Nicolai.*

℞. *Corall. rub. cinam. myrrh. amomi sem. pap.* an. ℥ß. *schæn. croc.* an. ʒij. *cal. arom. xylobals. cass. lign. folii mast. fol. polii mont. pedis columb. rad. phu asari* an. ʒj. *mucil. trag.* q. s. F. Tr. *Vid. corp. ph. p.* 372. *a.*

Trochisci Cordiales *Mins.*

℞. *Sacch. cand. alb.* ℥viij. *conf. alkerm.* ℥j. *lap. ♀. pret. pp.* an. ℈j. *ol. caryoph. cinam.* an. ℈ß. *cum mucil. trag. cum aq. ros.* F. F. Tr. Vid. corp. ph. p. 372. a.

Trochisci Cordiales *Michaelis.*

℞. *Conf. alkerm.* ʒiß. *magist. cordial.* ʒj. *pulv. conf. pret.* ℈j. *sacch. in mucil. trag. sol.* F. Tr.

Tro-

Trochisci Cordiales *Timai.*

℞. *Confect. alkerm.* ℥ß. *spec. hyac.* ʒij. *ambr. gryſ.* gr. vj. *moſch.* gr. ij. *ſacch. in aq. cinam. ſol.* F. Tr.

Trochisci Cordiales *th. H.*

℞. *Sacch. alb.* ℥iv. *ſol. in aq. cinam.* q. ſ. coq. ad conſiſt. tab. in hoc diſſ. *ambr. gryſ.* ℈i. *moſchi* ℈ß. in *ol. roſ. ſol. cum ſacch. pulv.* ʒiß. *cort. citri contuſ.* ʒi. *elaoſ. roſ. cinam.* an. ʒii. cum *mucil. trag. in aq. roſ.* F. Tr. *Vid. corp. ph. p.* 373. *a.*

Trochisci de Croco *P. A. V.*

℞. *Croci* ʒiii. *roſ. rub. ammios myrrh.* an. ʒiß. *lign. al.* ℈ii. *cum mucil. trag. aq. roſ.* f. F. T. *Vid. corp. ph. p.* 373. *a.*

Trochisci Cypheos *P. A. V.*

℞. *Uvar paſſ. majer. ſeu Zibebarum tereb. coct.* an. ℥iii. *myrrh. ſchœn.* an. ℥iß. *cal. arom.* ʒix. *cinam.* ʒiv. *bdell. el. ſpic. Ind. caſſ. lign. cyperi bacc. jun.* a. ʒiii. *aſphalt.* ʒiiß. *croci* ʒi. *mell.* q. ſ. *vin. cret. par.* F. T. *Vid. corp. ph. p.* 373. *a.*

Trochisci de Alumine *Minſ.*

℞. *Alum. crud. rad. pyrethri* ana ℥ß. *pip. long.* ℥i. *ſem. hyoſc. farin. ſilig. cret. alb. nitri pp.* ana ʒiß. *zing. alb. caryoph. opii pp.* a. ʒi. *cum ſucc. urt. min.* F. Tr.

Trochisci Diarrhodon *Nicolai.*

℞. *Roſar. recent.* ʒiii. *ſpod.* ʒii. *ſantal. rub.* ʒiß. gr. vii. *albi* ʒi. gr. xii. *croci* ℈iiß. *camph.* ℈ß. cum *aq. roſ.* F. T. Vid. corp. ph. p. 379. a.

Trochisci de Eupatorio *Meſue.*

℞. *Mann. ſucc. eupat.* ana ℥i. *roſar.* ℥ß. *ſpodii ex ebor.* ʒiiiß. *ſpic. Ind.* ʒiii. *rhab. aſari, aniſi* ana ʒiiß. cum *aq. cuſcuta* F. Tr. *Vid. corp. ph. p.* 374. *a.*

Trochisci Catechu *Screta.*

℞. *Sacch. alb.* ℥iii. *ſucci catechu* ℥i. *conf. alk.* ℥ß. *ambr. gryſ.* gr. vi. *moſch.* gr. iii. *ol. cinam.* gutt. iii. *cum mucil. trag.* F. T.

Tro-

Trochisci ad Fœtorem oris *de Spina.*

℞. *Conf. alkerm.* ʒß. *mosch.* gr. iv. *ambr.* gr. iij. *sacch. penid. thomæi* ana ℥ij. *ol. ros.* gutt. xv. c. *mucil. trag.* F. Tr.

Trochisci pro Fumo in suppr. mens. *Mich.*

℞. *Myrrh.* ʒiß. *asphalt.* ʒj. *troch. alb.* ℈ij. *bals. sulph.* q. s. F. Tr.

Trochisci pro Fumo cum moscho *Schr.*

℞. *Benz.* ℔j. *styr. cal.* ℥vij. *ros. rub.* ʒj. *lign. al.* ℥ß. *caryoph. sant. citr.* an. ʒij. *sacch. alb.* ℥viij. *moschi zibeth.* a. ʒß. m. cum *inf. trag. in aq. ros.* F. T. Vid. corp. ph. p. 360. a.

Trochisci de Gallia moschata P. A.

℞. *Lign. al.* ʒv. *ambr.* ʒiij. *mosch.* ʒj. *mucil. trag. cum aq. ros.* f. F. Tr. Vid. corp. ph. p. 361. a.

Trochisci ad Gonorrhæam Renodæi.

℞. *Sem. agn. cast. lact. ros. balaust.* an. ℥ß. *scob. ebor. succin.* ana ʒiß. *bol. arm. in aq. centinod. lot.* ℥ij. *sem. plant.* ℈iv. *sassafr.* ℈ij. *cum. mucil. sem. cydon. in aq. nymph. extr.* F. Tr.

Trochisci Gordonii *P. A. R.*

℞. *Sem.* 4. *fr. maj. mund. pap. alb. malv. bomb. portul. cyd. bacc. myrtill. tragac. gum. arab. pinear. mund. pistac. liquir. mund. hordei mund. amygd. dulc.* an. ℥j. *bol. arm. sang. drac. spodii ros. myrrh.* ana ℥ß. *sacch. cand. ex hydrom.* F. T. Vid. corp. ph. p. 374. a.

Trochisci Hermetici seu mercuriales *Screta.*

℞. *merc. dulc.* ℥ß. *diagrid.* gr. xviij. *cc. phil.* ℈ij. *cinam.* ℈j. *sacch. alb.* ℥ß. *c. gum. trag. & cond. ros.* F. Tr.

Trochisci Hysterici *Ph. Lond.*

℞. *Ass. fœt. galb.* ana ʒiiß. *castor.* ʒiß. *asari arist. long. fol. sabin. matric. nepeth.* ana ʒj. *dict.* ʒß. *gum. in succ. aut decocto rut. macer. & col. & ad mell. consist. coct.* F. Tr.

Tro-

Trochisci de Gallia Moschata *Zwelff.*

Ambra grysea ℨij Subigantur in mortario cum *Sem. Citri excort.* ℥iß. & cum *Sacchar. n. Citrati* ℥ij. permisceantur: porrò

Moschi orient. opt. ℨj. Solve in portiuncula *aq. Rosarum* ad pultic. atque *cum Essentia Citri seu Sacchari rosati* ℥iß. permisce, hisque superadde *pulv. lig. Aloes ponderosi* ℥j. Ex omnibus exactè mixtis addita s. q. *Mucilaginis Tragacanthi*, Aquæ Rosarum extractæ, fiat pasta ex qua formentur Trochisci.

æstantissimi sunt in cerebro & corde roborando, & totam naturam instaurando, proinde Senibus ldè proficui Sacchari tamen pondus nonnunquam lubitum augeri potest. Vid.corp.ph.p.361.a.

Trochisci Hedychroi *Andromachi ex Galeno P. A. V.*

Mari, Radicum Asari, Amaraci, Aspalathi ana ℨiij. *Schœnanthi, Calami odorati, Phu Pontici, Xylobalsami, Opobalsami, Cinamomi, Costi* ana ℨiii. *Myrrhæ, Folii Nardi Indiæ, Croci, Cassiæ ligneæ* an. ℨvi. *Amomi* ℨxii. *Mastiches* ℨi. *Vini Falerni* quantum sufficit. Fiant Troch. Vid.corp.ph.p.374.a.

Trochisci Joviales *Minsichti.*

Mag. Jovis Angl. matr. perl. cor. rub. ana ℨi. *ol. succ. cin. alb. rectif.* ℈i. m. & cum *gum. trag. in aq. hyst. n. diss.* F. Tr. Vid.corp.ph.p.375.a.

Trochisci de Liquiritia *Minsichti.*

Sacch. cand. alb. penid. ana ℥iv. *succ. liquirit. vel glycyrrhiz. extr.* ℨx. *spec. diair. simp. diarrh. abb. diamarg. fr.* ana ℨi. *sem. 4. fr. maj. alipt. mosch. lact. sulph.* ana ℨß. m. cum *mucil. rad. alth. cum aq. viol. extr.* F. Tr. Vid.corp.ph.p.356.a.

Tro-

Trochisci Moschardini *Schræd.*

℞. *Mosch. in aq. ros. sol.* ℈j. *sacch. alb.* ℥vj. *amyli* ʒv. *mucilag. trag. in aq. ros.* f. F. Troch. Vid. corp. ph. p. 362. a.

Trochisci de Myrrha Rhasis.

℞. *Myrrh.* ʒiij. *lupinor.* ʒv. *fol. rut. mentastri puleg. cerv. cumin. rubiæ ass. fœt. sagap. opopan.* ʒij. diss. *gum in acet. scillit. & t. succ. artem.* F. Troch. *Vid. corp. ph. p.* 376. *a.*

Trochiscatæ Margaritæ *Minsichti.*

℞. *Sal. Perlarum Orientalium* candidissimi atque ab omni acerositate liberi q. v. *solve in aq. roris majali.* supra triticum collecta, vel in alia cordiali: Solutioni guttatim immitte *Sp. Vitrioli rectif.* quantum ad præcipitationem requiri videbitur, & præcipitabitur pulvis albissimus ad fundum, quem remoto phlegmate edulcora, & exsicca, ut est artis, verum enim Margaritarum Magisterium habes.

℞. *Hujus Magisterii* ℥j. *Ol. rosar. veri, Cinamomi* an. ℈j. Misc. & *cum Tragacanth. in aq. Rosar. & Cinamomi ana dissolut.* f. l. a. Trochisci parvi, quos thesauri instar custodi, & ad usum repone.

Ad cordis affectus, utpotè, dolorem, angustiam, tremorem, pulsationem, palpitationem & animi deliquia prædicantur efficaces. Vid. corp. ph. p. 375. a.

Trochisci de Nitro *Minsichti.*

℞. *Rot. de succ. herb. de succ. rib.* an. ℥viij. *spec. diarrh. abb. spir. vitr. irror. nitri pp.* an. ℥j. *pulv. ros. rub. vitriol.* ʒij. *ol. cinam.* gutt. iij. m. & cum *trag. in succ. citri diss.* F. Troch. Vid. corp. ph. p. 376. a.

Trochisci odontalgici *Timæi.*

℞. *Opii puriss.* ʒij. *caryoph.* ʒiß. *ol. nuc. m. expr.* ʒj. *camph. extr. croc.* an. ℈j. F. Troch.

Tro-

Trochisci Ophthalmici *Minsichti.*

℞. *Cerussæ lotæ* ℥j. *Corn. Cervi s. igne calc. Sarcocollæ nutrit. Tutiæ præp.* an. ℥ß. *Gumm. Arabici, Tragacanth. alb. Amyli* an. ʒij. *Matris Perlar. præp. Nihili albi, Olibani, Opii spagyricè præp. Camph.* an. ʒß. Misc.& cum albumine ovorum f. trochisci oculares pro collyriis variis cum appropriatis parandis. Valent ad omnis generis passiones oculorum. *Vid. corp. ph. p. 376. a.*

Trochisci Antipestilentiales *& sublinguales, Zwelff.*

℞. *Sacch. alb.* ℔ß. vel ℥vj. Solvantur in *succi scordii recenter expressi* & depurati ℥, circiter quatuor,& ad consistentiam tabulati satis solidam coquendo redigantur,in quo ab igne remoto dissolve *Extr. Zedoariæ, Succi hordei inspissati* an. ʒij. *Cort. Citri recent. extim.* radula prius comminut. & subtiliss. contusorum ʒvj. *Ambræ gryseæ* ℈j. prius cum *Sem. Citri excort.* ℈j. probè subactæ, *Moschi orient.* ℈ß. *Oll. still. Cinamomi, Rutæ* an. ℈j. *Nuc. Mosch. expr.* ʒß. Quæ omnia ac singula l. a. probe adunita superaddita sufficiente quantit. Mucilaginis Tragacanthi,redigantur in massam,è qua formentur Trochisci.

Ii in peste,desævientibus morbis malignis, ac contagio,cum emolumento adhibentur,singulis auroris aliquot eorum assumendo,& si penetralia aut domos arano contagio suspectas,invisas,sub lingua nonnullos occultando. Vid.corp.ph.p.359.a.

Trochisci de Papaveri *Minsichti.*

℞. *Sacch. penid.* ℥ij. *sem. pap. alb.* ℥ß. *melon. excort. cucurb.* an. ʒij. *succ. glyc. ext. bol. arm. rub. pp. fl. sulph. comp.* an. ʒiß. *trag. alb. amyl.* an. ʒj. *ext. fl. pap. err.* ʒß. *cum*

mu-

mucil. sem. cydon. cum aq. pap. err. F. Tr. Vid.corp. ph.p.377.a.

Trochisci Pectorales cum ambra.

℞. *Spec. diair. usit.* ℈viii. *diambr. completæ pulv. rad. ir. fl.* ana ℈iv. *amyli* ʒß. *troch. gall. mosch.* ℈iv. gr. viii. *ambr. grys.* ℈j. gr. viij. *sacch. alb.* ℔i. *mucil. trag. c. aq. ros.* f. q. s. F. Tr. *Vid. corp. ph. p.* 357.*a.*

Trochisci Pectorales *Timæi.*

℞. *Succ. liquirit. depur.* ℥j. *spec. diatrag. fr.* ʒij. *lact. sulph.* ℈iv. *diacodii* ʒß. *sacch. penid.* ℥iii. *mucil. trag. c. aq. ros. fact.* F. Tr.

Trochisci Pestilentiales Duc. Mantuani.

℞. *Magist. fragment. pret.* ʒiß. *lap. bez. or.* ʒj. *marg. or. unic. ver.* ana ℈iv. *extr. anth. contray.* ana ʒj. *c. succ. scorzon.* q. s. F. Tr. Vid.corp.ph.p.377.a.

Trochisci Prophylactici *ex Schr.*

℞. *Bol. arm. in succ. citri inf. & exsicc.* ℥j. *cor. rub. pp.* ℥ij. *rasur. cc.* ʒj. *succ. alb.* ℈ij. *rad. torm. pimp. imper. angel. zed. cinam.* ana ʒij. *croc.* ℈j. F. Pulvis, cujus ʒij. *mithr.* ʒj. *ol. cinam. angel.* gutt. j. *sacch. alb.* ℥iij. cum *infus. trag. in aq. angel.* F. Tr. Vid.corp.ph.p.377.a.

Trochisci de Radice Rhodia *Minsichti.*

℞. *Rad. rhod.* ℥j. *cort. rad. mandrag. nucl. persic. opii spagyr. pp. myrrh. rub.* ana ʒvj *fl. pap. err. croc. or. ros. rub.* ana ℥ß. *sem. hyosc. alb. aneth. apii* ana ʒiij. *nuc. m. cubeb. camph.* ana ʒii. *cum mucil. sem. psyll. & cydon. c. aq. lact. extr.* F. Tr. Vid.corp.ph.p.378.a.

Trochisci Ramich *Zwelff.*

℞. *Succ. acetos.* ℥xvi. *rosar.* ℥i. *bacc. myrti* ℥ii. *semel fervef.* & coll. add. *gall. rec. trit.* ℥iii. coq. iterum addendo *rosar.* ℥i. *sant. citr.* ʒx. *gum. Arab.* ℥iß. *sumach, spodii* an. ℥i. *omphacii* ʒvii. *gran. myrti* ℥iv. *lign. aloes*

aloes, caryoph. macis nuc. m. ana ℥iv. F. Troch. Vid. corp. ph. p. 378. a.

Trochisci de Rhabarbaro *P. A. V.*

℞. *Rhabarb.* ʒx. *succ. eupat. amygd. am.* ana ʒiv. *ros. rub.* ʒiij. *spic. Ind. anis. rubiæ, rad. abs. asari, sem. apii* ana ʒi. *mucil. trag. cum aq. cuscut.* f. q. s. F. Trochisci. Vid. corp. ph. p. 379. a.

Trochisci contra Raucedinem.

℞. *Succ. liquirit.* ℥iß. *croc. or.* ʒiij. *myrrh. el. olib. alb.* ana ʒivß. *trag. gum. arab.* ana ʒvj. *carn. dactyl.* no. ix. *sacch. cand. alb.* ℥ij. *vin. alb.* q. s. F. T. *Vid. corp. ph. p.* 357. *a.*

Trochisci Regii pro suffitu *Timæi.*

℞. *Gran. benz. styr. cal.* ana ℥ij. *ambr. grys. mosch. zib.* ana ℈ij. *ol. ros.* ℈iß. *cinam.* ℈j. *caryoph. citri* ana ℈ß. *bals. Ind.* q. s. F. Troch.

Trochisci de Rosis *Rhasis.*

℞. *Rosar. rub.* ℥ß. *lign. al.* ʒij. *mast.* ʒiß. *cinam. abs. pont. nard. Ind. cass. lign. schan.* ana ʒj. c. *decoct.* 5. *rad. aper.* F. T. Vid. corp. ph. p. 379. a.

Trochisci sublinguales *alii Citrati Zwelff.*

℞. *Cortic. Limoniorum recent. & extimorum*, radula prius comminut. & subtiliss. in mortario lapideo contusorum ℥iß. *Cort. Arantiorum* itidem *extim. rec.* & uti supra contus. ℥ß. *Essent. Citri sacchar.* ex recent. *Citri cort.* uti supra, paratæ, ℥iß. *Ambræ gryseæ* prius cum *Sem. Citri excort.* ℥ß. probè subactæ, *Moschi oriental.* ℈ß. *Pulv. Sacchari albiss.* ℥iij. Fiat ex omnibus mixtis suff. quant. Mucilaginis Tragacanthi addita, Pasta seu massa tenax, ex qua formentur Trochisci sublinguales parvi; pro delicatioribus, qui ingrata medicamenta aversantur. Vid. corp. ph. p. 356. a.

Trochisci sublinguales *Norimb.*

℞. *Confect. Alkermes* ℥ß. *Succi Chermes* ℥ij. *Ambræ, Mosch. opt.* an. gr. v. *Sacchari finiss.* ℥viiij. F. s. a. Trochisci. Vid. corp. ph. p. 356. a.

Trochisci de Santalis *Mes.*

℞. *Trium Santalor.* ana ℥ß. *rosar.* ʒiiiß. *herb. aut succ. cor. insp.* ʒiij. *bol. arm. sem. cucum. cucurb. citrull. portul. spodii* ana ʒij. *camph.* ʒß. *c. mucil. trag. aq. portul. sol.* F. Trochisci. *Vid. corp. ph. p. 379. a.*

Trochisci de Satureja *Minsichti.*

℞. *Saturejæ exsicc.* ℥ß. *majoran. orig.* ana ʒij. *flor. lavend. ros. rub. anth.* ana ʒiß. *lign. aloes pond. gum. Arab. tragac. rad. caryoph. ireos flor.* ana ʒj. *caryoph. nuc. m. cardam. min. cubeb.* ana ʒj. *ambr. grys. mosch.* ana ℈j. M. & cum *alb. ov.* F. Troch. *Vid. corp. ph. p. 379. a.*

Trochisci de scylla *Ph. Lond.*

℞. *Scill. pp. involv. eas pastæ coq. in clibano* ℔j. *farin. orob. alb. vel cicer. rub.* ℥viij. F. Tr.

Trochisci Diaspermaton *Galeni.*

℞. *Sem. apii ammios* ana ℥ß. *anis. fœn.* ana ʒij. *opii cass.* ana ʒj. *c. mucil. trag. aq. pluv.* f. F. T. *Vid. corp. ph. p. 380. a.*

Trochisci de Spodio *P. A. R.*

℞. *Rosar. rub.* ʒiß. *spodii* ʒx. *sem. acetos.* ʒvj. *portul. coriand. pp. sumach.* ana ʒiiß. *amyli ust. balaust. berber.* ana ʒij. *gum. Arab. assati* ʒiß. *omphac.* q. s. F. T. *Vid. corp. ph. p. 380. a.*

Trochisci de Sulphure & Tutia.

℞. *Sulph. vivi camph. tragac.* ana ʒj. *tutiæ pp.* ℥ß. *c. aq. ros.* q. s. F. Troch. *Vid. corp. ph. p. 381. a.*

Trochisci de Terra sigillata.

℞. *Sang. dracon. gum. Arab. troch. ramich. ros. rub. amyli acatiæ hypocist. lap. hæmatit. balaust. bol. armen. terr. sig.*

cor.

cor. rub. carabes ana ʒj. *spod. de eb. marg. pp. trag. sem. pap. nigr.* ana ℥iß. *ros.* ʒj. *portul. cc. ust. thur. masc. comar. cupressi, croc.* ana ʒij. *aq. plant.* q. s. F. Troch. *Vid. corp. ph. p.* 380. *a.*

Trochisci de Violis P. A. V.

℞. *Fl. viol. purp. rec.* ʒv. *amyli* ʒiij. *sem. pap. alb.* ʒiiß. *rhab.* ℈v. *sem. plant.* ʒj. *ol. caryoph.* ℈j. *cum aq. ros.* F. T. *Vid. corp. ph. p.* 375. *a.*

Trochisci de Violis solutivi.

℞. *Viol. martial. mediocr. exsicc.* ʒvj. *turbith.* ℥iv. *succ. glyc. scamm. pp. mann.* ana ʒij. *syr. viol.* q. s. F. T. *Vid. corp. ph. p.* 381. *a.*

Trochisci de viperis *Galeni.*

℞. *Carn. viperin. anetho, sale & aq. coct.* & post factam à spinis separat. nonnihil exsiccat. ℥viij. *pan. tritic. puriss.* bis cocti, triti & cribrati ℥ij. F. T. cum jure in quo carnes viper. coct. fuer. inung. ol. caryoph. Vid. corp. ph. p. 381. a.

Trochisci vitæ *Minsichti.*

℞. *Man. Chr. simpl.* ℥viij. *conf. alkerm.* ℥iß. *margarit. troch. n. ambr. grys.* ana ʒj. *moschi lap.* 5. *pret. pp.* ana ℈j. *elæos. cinam. caryoph.* ana ℈ß. M. & cum *trag. in aq. ros. diss.* F. T. Vid. corp. ph. p. 383. a.

Trochisci de Xyloaloe *Mes.*

℞. *Lign. al. ros. rub.* ana ʒij. *mast. cinam. caryoph. gall. mosch. spic. Ind. macis nuc. m. cubeb. cardam. utr. pastin. cort. citri* ana ℥iß. *mosch. ambr.* ana ℈ß. *mell. passul.* q. s. F. T. Vid. corp. ph. p. 383. a.

Turbith Minerale seu præcipitatum luteum *Le Mery.*

Hydrargyri ex Cinabari redivivi ℥iiij. inde retortæ vitreæ, & affunde *olei vitrioli* ℥xvj. Impone retortam arenæ mercurioque soluto ignem adhibeto, & hu-

miditatem destilla, sub finem fortiter satis pellatur ignis, ut exitus patefiat parti postremorum Spirituum; hinc frange retortam, ac in mortario vitreo materiam quam in ea reperies pulverisa: huic aquam tepidam affunde & in instanti materia transibit in luteum pulverem, quem multis iteratis lotionibus edulcorabis postea in umbra afficabis.

Potenter per vomitum & per alvum purgat: Exhibetur in Veneris morbis à granis duabus ad sex in pilulis. Vid. corp. ph. p. 300. a.

Turbith, sive Mercurius Præcipitatus *Zvvelfferi.*

℞. *Mercurii sublimati corrosivi.* q. pl. Solvatur, ebulliendo parùm, in *aquæ fontanæ* l. q. vitreo tamen aut terreo in vase. Solutio filtrata *præcipitetur cum oleo Tartari per deliquium facto*, ac guttatim infuso. Præcipitatus pulvis aquâ affusâ & decantatâ, sæpiusque recenti aquâ reaffusâ edulcoretur, donec nulla acrimonia sive salsedo gustu ampliùs percipiatur: Pulvis, qui remanet, insipidus, siccetur, usuique asservetur.

Ad icteritiam sanandam obstructionibus reserandis, ac febribus diuturnis curandis efficax est. Dosis sit à gr. iiij. ad v. & vi. in Theriaca, semel vel bis in hebdomade exhibita. *Vid. corp. ph. p.* 300. *a.*

Turbith. Minerale rubrum *Zvvelff.*

℞. *Mercurii præcipitati rubri simplicis* ℥iß. cui superaffunde *Olei Tartari per deliquium facti* tantundem. Digere per unum alterumque diem; hinc *aqua simpl. affusâ edulcoretur*, parumque lenissimo igne calcinetur. *Ultimo Spiritus vini rectificatissimus, super ipsum accensus, conflagret*, ac pulvis usui reponatur: cujus

cujus dosis gr. v. vj. ad viij. Vid. corp. ph. p. 300. a.

Vel sequentem tibi modum *ostendo*.

℞. *Mercurii legitimè sublimati* ℥ij. *Solvatur in Aquæ simplicis* aliquot guttulis saltem *Olei Sulfuris acutæ*. s. q. Solutio filtretur per chartam ac uno alteróve die leni calore digeratur; *tandem Olei Tartari per deliquium facti*. s. q. guttatim instilla, ut præcipitetur pulvis rubens, qui ab aqua separandus, edulcorandus aquâ sæpius affusâ ac usui asservandus est: Ad morbos venereos perutilis. Dosis gr. IV. V. VI. VII. VIII.

V.

Vitriolum Veneris *Le Mery*.

Solve Cupri in parva frusta secti ℥ij. in *Spiritus Nitri* ℥v. vel VI. Effunde solutionem in cucurbitam vitream, & *evapora igne arenæ*, quartam circiter humiditatis partem; residuum repone in cella vinaria, aliove frigido loco, in quo per sex aut quinque horas quiescere permitte, fient crystalli cœrulei, quos separabis, perge in evaporando, ac crystallisando, quousque totum extraxeris, assicca hos crystallos, eósque in phiala probè obturata serva; caustici sunt, quibus utuntur ad superfluas carnes absumendas. Si relinquantur hi crystalli, in cella vinaria in vase pleno detecto abibunt in liquorem iisdem usibus aptum. Vid. corp. ph. p. 354. a.

Vinum Absinthites de *Spina*.

℞. *Rad. pimp. petasit*. ana ℥iij. *enul. angel*. ana ℥iß. *zedoar. gent*. ana ℥ß. *fol. cardb*. Miij. *scord. meliss*. ana Mij. *summit. abs. cent. min. dict. cret*. ana Mj. *cort. citri aurant*. ana ℥iii. aff. *vin. rhen*. mens. 80. F. Vinum in Peste præservativum.

Vinum Arthriticum *Schræderi.*

℞. *Fol. chamædr. chamæp. summit. salv.* ana ℔iß. *fl. prim. ver. anth. lil. conv.* ana ℔ß. *rasur. lign. guaj.* ℥viij. *visc. q.* ℔ß. *rad. chinæ* ℥iij. *caryoph.* ℥iv. *vin. musti* mens. 80. ponantur ad fervescent. *Vid. corp. ph. p.* 449. *a.*

Vinum Catharcticum *Rulandi.*

℞. *Fol. sen. pulv. troch. alb. cont.* ana ℥i. *zing.* ℥ß. *vin. alb.* ℥xij. inf. p. n. col. F. Vinum.

Vinum Cachecticum *Ettmülleri.*

℞. *Herb. cochl.* miv. *nast. fumar.* ana mij. *rad. cich.* ℥iij. *scorzon.* ℥ij. *caryoph.* ℥j. *cort. frax.* ℥iß. *bacc. jun.* ℥ij. incis. & cont. ind. vino.

Vinum Cephalicum *Dolæi.*

℞. *Herb. beton. cardb. major. salv. rorism.* ana Mj. *fl. anth. spic.* ana Pj. *lign. guaj. sassafr.* ana ℥j. *sem. anis.* ʒij. *acid. tart.* ℥ß. M. incl. nod. & aff. *vin. rhen.* mens.

Vinum cephalico-spleneticum *Schr.*

℞. *Rad. caryophyllat.* ℥iiß. *cich.* ℥iß. *enul.* ℥j. *herb. ceterach. veron. c. fl. cardb. c. flor. epat. stell. c. fl. summ. cent. min.* ana Miß. *cort. aurant.* ℥ß. ʒij. *incid. herbæ cont. rad. & cort. & inf. vin. mens.* 8. *Vid. corp. ph. p.* 450. *a.*

Vinum in chlorosi *Timæi.*

℞. *Herb. meliss. chamædr. artemis. agrim.* ana mß. *sabin. rad. enul. in fl. rub. tinct.* ana ℥ß. *salsap.* ʒvj. *Fl. cheiri rorism. apic. flav. lil. alb.* ana Pj. *sem. dauc. anis. fœn.* ana ʒij. *croc.* ʒß. in f. *vin.*

Vinum Epilepticum purg. *Mich.*

℞. *Rad. pæon.* ℥ij. *herb. prim. ver.* Mj. *fl. pæon. lil. conv. til.* ana Piij. *rad. hell. nig.* ℥j. *rad. jalap.* ℥ß. *cardam. cubeb.* ana ʒiß. *sem. pæon.* ʒj. asperg. *spir. epil.* incl. nod. & immitt. in *Vinum.* Vi-

Vinum Epilepticum purg. *VValdſ.*

℞. *Rad. 5. aper. angel. pæon.* ana ℥j. *herb. beton. ſalv.* ana Mj. *fl. til. ſtæch. lil. conv.* ana Pj. *fol. ſen.* ℥iß. *agar.* ℥ß. *ſem. cartham.* ℥j. *crem. tart.* ℈ij. *cinam. zing. macis* ana ℈i. in f. *Vinum.*

Vinum Hippocraticum laxat. *Ettmülleri.*

℞. *Bacc. jun.* ℥vi. *rad. acori veri fol. ſen. ſ. ſ.* ana ℥ß. *rad. hell. nig.* ℥ij. *cinam. galang. zing.* ana ℥j. *crem. tart.* ℥ij. *vin. rhen.* ℔iß. ſt. in loc. cal. p. 3. d. & n. hinc col.

Vinum Hydropicum laxat. de *Spina.*

℞. *Rad. ebul. ſamb.* ana ℥ß. *rub. tinct. ſan. petroſ.* ana ℥i. *ſumm. abſ. cardb. chamæp.* ana Mi. *cent. min. agrim.* ana Pi. *ſoldanell.* Mj. *fl. ſamb. geniſt.* ana Pi. *ſem. fæn. apii* ana ℥ß. *rad. mech.* ℥vi. *ag. troch.* ʒiij. *rhab. opt.* ℥vi. *aloes roſat.* ʒiij. *fol. ſen. el.* ℥x. *vin.* ℔viii.

Vinum Hydropicum *Th. Hoffm.*

℞. *Ciner. tamariſci junip. vitis ſalic. geniſt.* ana Mi. *rad. vincetox. valerian.* ana ʒii. *urt.* ℥ß. *angel. enul.* ana ʒi. *ireos* ʒij. *liquirit.* ʒi. *bacc. jun.* ℥ß. *rhab. el.* ʒij. *ſem. citri* ʒi. F. Nodulus in vino vel in dimid. parte acet. & aq. macer. *Vid. corp. ph. p. 450. a.*

Vinum in Hypochondriaco malo *Th. Hoffm.*

℞. *Rad. cich. polyp. q. ſan.* ana ʒiij. *cort. inter ſamb.* ʒij. *herb. beton.* Mß. *ceterach. meliſſ.* ana Mi. *fl. borr.* Mß. *rhab. el.* ʒiii. *fol. ſen.* ℥i. ʒii. *elleb. nig.* ʒj. *cinam.* ℈ii. *zing.* ʒj. *cryſt. tart.* ʒij. inciſ. & cont. inf. *vino.* Vid. corp. ph. p. 451. a.

Vinum Ictericum de *Spina.*

℞. *Rad. chelid. rec.* ℥vi. *curcum.* ℥ß. *rhab.* ʒij. *herb. abſ. cent. min.* ana Pj. *fol. ſen.* ℥j. *ſem. naſt.* ʒiij. *croc.* ℈j. *fl. hyperici* mj. *cinam. zing. galang.* ana ℥ß. inciſ. includ. nod. & inf. *vino.*

Vinum Ictericum *Michaelis.*

℞. *Rad. rhab.* ʒij. *caryophyllat.* ℥ß. *croc.* ℈ß. *sterc. anser.* ℥ß. *fl. cent. min. Persic. herb. cardb. scolopend. fragar.* ana Mj. *rad. urt.* ʒij. *fœn.* ʒiij. *limat. chalyb.* ℥ß. *tart.* ʒiij. M. F. nodul. & inf. *Vinum.*

Vinum Menagogum *Timæi.*

℞. *Herb. rorism.* Mj. *meliss. dict. cret.* ana mß. *Apic. flav. lil. alb. fl. cheiri lavend. bell. hort. calend.* ana Pj. *croci* ʒi. inf. p. 3. d. in *vin. Hisp.* ℔iv. F. vinum in suppress. Mensium.

Vinum Martiale *Dolæi.*

℞. *Ras. lign jun.* ℥i. *cort. rad. capp. frax. tamar.* ana ℥ß. *rad. vincetox. zed.* ana ʒij. *polyp. q.* ʒiij. *fol. ebul. samb.* ana Mj. *herb.* 5. *aper.* ana Mß. *bacc. laur. jun.* ana Mj. *limat. chalyb.* ℥ß. *croc. mart. aper.* ʒij. *sal. tart.* ʒiij. *vin.* q. s. in Hydrope usurp.

Vinum Martiale *Michaelis.*

℞. *Essent. mart. Mins.* ℥i. *cass. lign.* ʒij. *cinam.* ʒiß. *anthophyll.* ʒi. inf. in *vin. malv.* ℔ii. in loc. cal. p. 3. d. postea col. & F. vinum in Chlorosi usurp.

Vinum Matricale *Schræderi.*

℞. *Herb. meliss. puleg. cap. ven. salv. calaminth. artemis.* ana Mß. *fl. schœn.* ℥ß. *calend. cheiri* ana Pij. *nuciß. macis cubeb. cardam. gran. parad. zedoar.* ana ʒj. *vin. gen.* Mens. 4. Vid. corp. ph. p. 450. a.

Vinum Passulatum purg. *Timæi.*

℞. *Fol. sen. mund.* ʒij. *summ. cent. min.* mß. *flor. trinit. bell.* ana Pi. *flaved. citri crem. tart.* ana ℈i. *pass. maj.* ℥iß. inf. *Vinum.*

Vinum Pectorale *Ettmülleri.*

℞. *Rad. ir. flor.* ℥j. *helen.* ʒij. *zed* ℥ß. *herb. marrub.* mij. *hyss. rorism.* ana mj. *sem. anis. fœn.* ana ʒvi. *pass. min.* ℥iß. incis. inf. in *Vinum.* Vi-

Vinum Pestilentiale *Timæi.*

℞. *Rad. enul. pimp. scorzon.* ana ℥j. *cort. citri fraxini* an. ʒvj. *fol. cardb. scord. dict. cret.* an. mj. *com abs.* mij. incis. incl. sacc. & aff. *vin. alb.* ℔. 48. F. Vinum.

Vinum Podagricum purg. *Mich.*

℞. *Herb. chamædr. chamæp. anagall.* ana mj. *fl. hyper.* Piij. *anth. beton.* an. Pij. *Rad. hell. nigr. jalap.* an. ℥j. *hermod. turb.* an. ʒvj. *crem. tart.* ℈ij. *cost. arom.* ℥ij. incis. & contus. incl. nod. & inf. *vin.*

Vinum in Quartana *Ettm.*

℞. *Cort. chinach.* ʒvj. *lign. guaj. rad. gent.* an. ℥ij. *fl. cent. min.* mj. *cinam.* ʒij. *caryoph.* ʒj. *lap. cancr. pp.* ʒß. *sal. tart.* ℥iij. F. *vin. med.*

Vinum Sanctum *Schræd.*

℞. *Vin. alb. opt.* ℔xv. *lign. guaj. salsap.* an. ℥iiß. *fol. sen. s. s.* ℥iij. *polyp. q.* ℥ij. inf. & diger. 24. h. in. *vin.* prodest. in lue ven. Vid. corp. ph. p. 451. a.

Vinum Scorbuticum *Minsichti.*

℞. *Vin. rhen.* ℔iv. *succ. cochl. nast. aq. beccab. acetosæ* an. ℥iv. *rad. raph. sylv. enul. camp. ireos n. in orbic. ten.* incis. an. ℥iß. *sem. eruc. cont.* ℥j. m. pon. in vitro & in loc. frigid. ad suos usus reserventur addendo *nuc. m.* no. ij. Vid. corp. ph. p. 458. a.

Unguentum Ægyptiacum *Zuvelff.*

℞. *Mellis cum decocto absinthii , & scordii* (forsitan melius foret cum decocto vel *Succo Plantaginis* , *Millefolii* , vel *Hyperici*) *despumati* ℥xvj. *Viridis æris subtilissimè triti* ℥iv. *Aceti Scillitici.* ℥vj. Mixta invicem in sartagine cuprea, satis violenter inter initia coquantur , donec ex colore viridi conversa sint in spadiceum, postea leni igne ad satis crassam & ultra ordinariam consistentiam inspissentur,

tur. Tum admiſce *Aluminis*, *Salis Armoniaci* ana ʒß. *Succi Scordii* ℥iv. *Alliariæ*, *Rutæ* ana ℥iij. Coquantur iterum lento igne ad juſtam conſiſtentiam, addendo in fine, ubi parùm refrixerit, *Theriacæ electæ*, *Mithridatii* ana ʒß. *Camphoræ* verò ʒj. *Cum Spiritu vini* vel alio ad pultis formam redactæ, & quodammodo ſolutæ prædictis, dum adhuc parùm calent, optimè miſceatur, paratumque uſui reponatur. Vid. corp. ph. p. 687. b.

Unguentum Ægyptiacum ſimplex.

℞. *Æruginis* ʒv. *mellis* ʒxiv. *aceti fortis* ʒvij. coq. omnia & F. Unguentum. Vid. corp. ph. p. 687. b.

Unguentum Ægyptiacum comp. *P. A. R.*

℞. *Ærugin.* vulgò *virid. æris* ℥iv. *alumin. ſal. arm.* ana ʒß. *ſucci ſcord.* ℥iv. *alliar. rut.* a. ℥iij. *acet. ſcill.* ℥vi. *mell.* cum *decocto abſ. & ſcord.* deſp. ʒxvj. coq. omnia ſimul lento igne ad medioc. ung. conſiſt. add. *ther. elect. mithrid.* ana ʒß. *camph.* ʒj. M. F. Ung. *Vid. corp. ph. p.* 687. *b.*

Unguentum Ægyptiacum *Zvvelff.*

℞. *Mell. c. ſucc. plant. & millef. deſp.* & coct. ℔j. pulv. *cryſt. ærugin. ſ. virid. æris cum aceto parat.* ℥ij. *acet. ſamb. vel roſ.* ℥iß. *ſucci milleſol. plant. rec. expr. & depur.* ana ℥j. coq. & F. Ung. Vid. corp. ph. p. 688. b.

Unguentum Adſtringens Fernelii.

℞. *Ol. roſ. cum aq. alum. ſæpius ablut.* ℔iß. *ceræ alb.* ℥iv. *acat. bacc. myrti balauſt. cort. gland. granat. gallar. imm. nuc. cupr. rhois culinariæ*, *maſt.* ana ʒj. *trit. macer. in ſucc. meſp. & prun. ſylv.* p. d. 4. dein ſicc. igne lento & cum *ol. & cera* F. Ung.

Unguentum Agrippæ *P. A. R.*

℞. *Rad. bryon.* ℔ij. *cucum. aſin.* ℔j. *ſcill.* ℔ß. *ireos* ℥iij. *filic. ebul. tribul. aq.* ana ℥ij. *ceræ alb.* ʒxv. *ol. oliv.* ℔iv. *rad.*

cum

cum tribul. macer. in ol. p. 8. d. dein coq. expr. & col. addendo *cer.* q. ſ. F. Ung. Vid. corp. ph. p. 678. b.

Unguentum Anodynum *Minſichti.*

℞. *Ol. anodyn. n. ſept. flor.* ℥vj. *amygd. dulc. hyoſc. expr. pap. expr. lumbr. terr. hyper.* ana ℥j. *ping. cati ſylv. anſerin.* ana ʒvj. *ſucci depur. nicot. cham. verben.* an. ℥iv. m. & coq. ad ſucc. conſumpt. dein cum *cer. alb.* F. Ung. Vid. corp. ph. p. 639. b.

Unguentum de Alabaſtro *P. A. R.*

℞. *Flor. & herb. Chamæmeli, Rutæ* ana manipulos duos, *Roſarum, Betonicæ* ana manipulum unum, *Rad. Altheæ* ℥ij. *Ol. Roſati* ℔iß. Contundantur & ad aqueæ humiditatis exhalationem coquantur, poſtea colentur & exprimantur. Ex colatura cum *Alabaſtri puri & pulveriſati* ℥iij. & *Ceræ albæ* ſufficienti quantitate fiat Unguentum.

Confert omni capitis dolori, ſive is per eſſentiam, ſive per conſenſum, cum & citra febrem obortus fuerit. Vid. corp. ph. p. 641. b.

Unguentum Alabaſtrinum Phar. *Hagienſ.*

℞. *Succorum per aquæ calidæ humectationem expreſſorum* ſcil. *Florum Chamæmeli* ℥ij. *Roſarum rubr.* ℥j. *foliorum Rutæ, Betonicæ* ana ʒvj. *Radicum Altheæ* ℥j. *Olei Roſacei Omphacini* ℥vIIII. *Alabaſtri puriſſimi* tenuiſſ. lævigati ℥iß. Infundantur per noctem & coquantur lento igne ad ſuccorum conſumptionem, & cum Ceræ albæ ℥iiß. f. Unguentum. Vid. corp. ph. p. 641. b.

Unguentum Alabaſtrinum *Zvvelff.*

℞. *Florum Chamomillæ Rom. recent.* ℥v. *Roſarum recent.* ℥iij. *Rutæ hortenſis, Betonicæ* ana recent. ʒij. *Rad. Altheæ recent.* ℥j. Inciſa & contuſa nec non cu-

cucurbitæ vitreæ immissa, infundantur per aliquot dies, *in Olei Rosati omphacini,* vel *olei simplicis* (quod melius foret, eò quod illud jam dum alienis virtutibus satis imbutum sit) ℔iß. Fiatque una vel altera lenis ebullitio in Mß. Humiditate quæ prodit, asservatâ, postea oleo adhuc calenti ex herbis expresso & colato addantur Alabastri puri & subtilissimè triti ℥iij. Iterumque aliquamdiu digerantur, sæpiùs Alabastro (quod fundum petit) commoto vel subinde agitato; Adde tandem Ceræ albæ libram semis. Et ubi refrixerit, aliquamdiu agita in sartagine, superiorique prolectâ particulâ aquositatis addita, fiat unguentum in parva quantitate, ut singulis annis recenter parari possit, ne si diutius asservetur, situm contrahat, aut rancidum evadat. Vid. corp. ph. p. 641. b.

Unguentum album sive de Cerussa *dictum Avicennæ P. A. R.*

℞. *Lythargyri albi loti* ℥ß. *Cerussæ lotæ* ℥xx. *Ceræ alb.* ℥xxviii. *Olei Rosati* ℥viii. *Albuminum ovorum* numero quatuor. Ceræ in oleo Rosato liquatæ injice Cerussam & Lithargyrum probè contrita, misce, ac postremò adde albumina ovorum. Commendatur ad ambusta, Erysipelata, scabiem, & cutis vitia à salsa pituita & bile usta enata, ad prurigines ac pustularum eruptiones, acrem serpiginem, attrita, & intemperiem ulcerum calidam. Vid. corp. ph. p. 656. b.

Unguentum album Camphoratum *P. A. R.*

℞. *Olei Rosati, Cerussæ* ana ℔j. *Ceræ alb.* ℥iij. *Albuminum ovorum* numero sex, *Camphoræ dilutæ cum spiritu Ros.* ℥ij. F. Ung. s. a. Vid. corp. ph. p. 656. b.

Un-

Unguentum album *Zvvelff.*

℞. *Cerussæ Venet. Cribratæ* ℔ij. *Olei Sambuci ex floribus, Aceti Sambuci* n. m. parati an. ℔iß. Coquantur in sartagine igne lenissimo, spatula continuò agitando, ad consistentiam unguenti, in quo liquefac. *Ceræ albæ* ℥iv. (Si opus fuerit) & ubi penitus refrixerint, *Albuminum ovorum conquassatorum* & in aquam denuò resolutor. n. v. diu multumque agitando misceantur, item pulv. *Olibani albiss. subtiliss. triti* ℥iij. Fiatque unguentum ad sedandas inflammationes, Erysipelata, & combustiones efficacissimum. Vid. corp. ph. p. 656. b.

Unguentum album Camphoratum P*har. Hagiensis, Amstelodamensis & Ultrajectinæ.*

℞. *Olei Rosarum* ℔j. *Ceræ albæ* ℥iij. *Cerussæ* ℥vj. *Camphoræ cum pauxillo olei rosacei tritæ* ʒij. Fiat s. a. Ung. Vid. corp. ph. p. 656. b.

Unguentum de Althæa simplex *Nicolai P. A. R.*

℞. *Radicum Althææ* libram unam *Sem. Lini*, *fænugræci* an. lib. dimidium, *Butyri* libras quatuor, *Ceræ* libram unam, *Therebinthinæ* ℥ij. *Resinæ* ℥vj. Radices & semina contusa macerentur in aquæ sufficienti quantitate, dein coquantur, donec emittant crassam & viscosam mucilaginem quæ exprimatur. Tùm:

℞. *Expressæ mucilaginis* libras duas: Coque cum Butyro, & cum aquosum illud in Mucilagine consumptum fuerit, Ceram cum Resina liquatam, colatam, & his ab igne depositis Therebinthinam addito, & secundum artem unguentum parato.

Usu celeberrimum ad emolliendum, calefaciendum,

dum,& humectandum, pectoris dolorem à frigore contractum abolet, laterumque doloribus felicissimè adhibetur,&c. Vid. corp. ph. p. 654. b.

Unguentum Anodynum *Schræd.*

℞. *Flor. rof. sylv.* m. x. *herb. & cort. exter. hyosc.* rec. m vj. concisa coq. in *vin.* mens. ß. hinc. expr. & col. colat. l. ign. ad mell. cons. inspiss. adde *ping. suill. castr.* ℔ij. m. ad ignem, ubi parum refrig. fuerint, admisce *opii in vin. sol.* ʒj. *croc. pulv.* ad magnit. avellan. duar. *extr. fl. verbasci* ℥ß. F. Ung. in Podagra & Nephr. usurp. *Vid. corp. ph. p.* 639. b.

Unguentum Anodynum *ex CC. Schræd.*

℞. *CC. dimid.* minutim incisum ponatur in cacabo *vino* pleno, add. semper vino q. s. bull. ad vini consumpt. deinde abjecta crass. CC. parte medulla remanens fricetur manib. adde postea *ol. abrot. hyperici aneth. scorp. lumbr. terr. nuc. lauri rut. spic. sabin.* ana ℥ß. *axung. hum.* ℥iß. *cast.* ʒij. *nitri* ʒiß. *euphorb.* ʒß. M. F. Ung. *Vid. corp. ph. p.* 640. *b.*

Unguentum Anodynum *Ettm.*

℞. *Ung. alab.* ℥ß. *medull. crur. vit.* ʒij. *ol. pap. exp.* ʒj. *hyosc. expr.* ℈ß. *ceræ* q. s. F. Ung. in cephalalg. usurp.

Unguentum Apoplecticum *de Spina.*

℞. *Ol. mast.* ʒiii. *castor.* ʒi. *rut.* ʒiß. *pulv. lavend. bacc. lauri* ana ʒß. *caryoph.* ℈j. *ping. vulp.* ʒiii. *ol. rut.* gutt. v. *mast.* gutt. vii. *succin.* gutt. iij. *medull. crur. vit.* ʒii. F. U.

Unguentum Arantii de Succis.

℞. *Ol. ros.* ℥vi. *omphac.* ℥iii. *succ. plant. sol. hort. cent. min. lapath. acut.* ana ℥iß. bull. ad succ. consumt. postea adde *cer. alb.* seorsim liq. q. s. inspergendo paulatim *litharg.* trit. ʒiß. *plumb. ust.* ʒiii. *pompho-*

lyg.

hyg.℥ii.*hord.ust.*P.ß.*bol.arm.or.camph.*a. ʒi his omnib. simul mixtis ultimo loco adde *ung. popul.* ℥i. *infrig. Gal.* ℥ß. F. Ung. *Vid.corp.ph.p.694.b.*

Unguentum ad Ariduras *th.H.*

℞. *Ung. alth. ol. pop. laur.* ana ℥iiß. *ol. oliv. jun.* ana ℥v. *lumbr.* ʒiß. *ping. tax. ursi,* ana ℥iß. *sem. cum.* ℥i. *sev. cerv.* ʒiß. *virid. æris* ʒiß. *ceræ virg.* ʒiß. F. Ung.

Unguentum Aureum Marggravii.

℞. *Ol. comm.* ℔ii. *cer. citr.* ℥vi. *tereb.* ℥ii. *resin. pini coloph.* ana ℥iß. *mast. thur.* ana ℥i. *croci* ʒi. M. F. Ung.

Unguentum ad membra ex igne ambusta *P. A. R.*

℞. *Camphoræ,* ℥i. *Olei Rosarum* ℥iii. *Cerussæ albæ* ℥vi. *Pulveris Olibani electi* ℥ii. *Album ovorum* No. VII. In plumbeo mortario misceantur & agitentur optimè. Vires ex nomine patent. *Vid.corp.ph.p.* 635.b.

Unguentum ad Ambusta *Zvvelff.*

℞. *Butyri recentis non saliti* ℔ii. ℴℴi *Oliv. recentis*, vel hujus loco ℴℴ *Sambuci aut rosar.* ℔i. quibus immergantur *Gran. Junip. viridium immaturorum* conquassatorum ℔j. *Fl. recent. Sambuci* ℥vj. *Rosar. recent. pallid.* vel *alb.* ℥iiii. Facta maceratione diebus aliquot; tandem paucis ebullitionibus peractis coletur; colato adde *alb. ovor.* ℥v. Misceantur conquassando sedulò, ut fiat unguentum, seu Linimentum album; præsentissimum remedium ad ambusta omnia. Singularis verò requiritur modus illo utendi.

Patienti ergo sæpius, ut multoties de die, & nocte; locus ambustus, hoc unguento plumâ, vel pennâ gallinæ inungatur, non adhibitis ligaturis; sed lin-

teolo

teolo raro pars ambusta leniter contegatur, donec crustæ sponte decidant,& ita illa ad sanitatem reducantur.*Vid.corp.ph.p.636.b.*

Unguentum *aliud ad Ambusta Zvvelff.*

℞. *Baccarum Juniperi viridium* ℔i. *Cremoris lactis* (vulgò Milchramb) *recentis*, non acidi, sed in recenter emulsò lacte in superficie facti, ℔ii. vel plus. Coquantur simul leni igne baccis prius conquassatis,in unguenti mollis formam, nec nimium,ne comburatur,coletur post modum, & efficiatur unguentum, quo locus ambustus prima die singulis propemodum horis secunda die,singulis alternis,& tertia, ternis singulis vel quaternis horis, leniter inungatur,pennulâ gallinæ, partes ambustæ non obvolvantur multum fasciis,sed saltem linteolo, foraminulis pervio, obtegantur ut semper spatium exhalandi habeat calor.Vid.corp.ph.p.636.b.

Unguentum ad Ambusta Gelu *sive de Rapis Minsichti.*

℞. *Axung. porcinæ* ℥ii. ♂ *Chamom. Ros. Viol.* ana ℥i. *Tritic.exp.* ⊡*æ* ana ℥ß. *Æsipi, Sevi Cerv.* ana ʒiii. *Ciner. cancr.fluv. Olibani* ana ʒii. *Mucilag. rad. Althaæ,Sem. Lini,fœnugr.* ana ʒvi.*Succ.rap.expr.a.*℥viii. Mixta bulliant ad succi consumptionem, & cum *Cera citrin.* fiat l. a. unguentum; cui circa finem immisce *Vitell. ovorum* No. iv. Fissuras, Ulcera, Apostemata,quæ sunt aperta,manuum,pedum & aliorum membrorum à frigore corrosivo facta, curat. Quotidie autem bis vel tèr locus affectus est inungendus. Vid.corp.ph.p.636.b.

Unguentum Anodynum *P. A. R.*

℞. *Olei lil. alb.* ℥vj. *Anethini*, *Chamamel.* ana ℥ij. *Amyg-*

Amygdalorum dulcium, ℥j. *Pingued. Anatis, Gallinæ* ana ℥ij. *Ceræ albæ* quantum satis est. In oleis & pinguedinibus Ceram liquando fiat unguentum.

Dolores quacunque in corporis parte mitigat, unde nomen quoque traxit. Vid. corp. ph. p. 638. b.

Unguentum Anodynum *Zvvelfferi.*

